


LOPKE DE CORELLA

—  
DE ARTE  
CURATIVA

ESTRELLA, 1555









4000 €

C26

10° - Japan in Navarre

p. 2.

DEAR

SECRETARY

OF THE

LEGATION

OF THE

UNITED STATES

AT

PARIS

FRANCE

1870

1871

1872

1873

1874

1875


1876

1877

4000

0

1000



# DE AR

TE CVRATIVA

LIBRI QVATVOR.

Quibus sanandi mor-  
bos breuis traditur ratio,  
grauiorumq; Medico-

rum multa explican-  
tur theoremata. Al-

fonso Lupeio

Curaleano

autore.



1555

VBI

EST TH

ESAVRVS

TVVS

IBI ET CO

R TVVM





# Amplissimo;

Illustrissimoq; Domino Domino Petro Ramirez ab Arellano, Aquilarenfi Comiti, &c. Alfonso Lopez de Corella

S. P. D.



Xcellentissimus Plato, omnium Philosophorum citra controuersiam princeps, Comes Illustrissime, secundo libro de Republica, ad maiorem eorū quæ differit perspicuitatem, Gigis cuiusdā sententiosam profecto narrat fabulā: ait quidē Gigem quondā pastorem, amulum fuisse nactum, cuius talis erat natura & admiranda proprietas, ut quoties qui illum gestabat introrsum ad manum verteret gemmam, à nullo conspiceretur: præciosissimus quidem annulus, & qui ijs nempe qui auitatem amant possit nonnunquam multum commodare: quan

§ ij

## E P I S T O L A.

do si non vltra, saltem posset ab inimicis tutum, & a truculentis bestijs gestantem securum reddere, nimirum gemma introrsum ad manum versa. Porro si id genus gemmas vel alias quæ alio admirando modo tuerentur, pecunijs inuenire possent viri potentes: credo equidẽ q̄ precij magnitudo illos minime deterreret, vt illas sibi compararent: nam si adamantem & smaragdum, quorum vnus præter perspicuitatem, & aliter præter virorem vix quiquam habet tanti pendunt, quid facerent lapidem, qui in medijs & grauibus periculis posset illos reddere tutos. Cæterum neq; ipse dubito, quin eos qui ali quod opus vellent publicare, inueniendæ gemmæ, quæ in libro veluti in annulo affixa librum multum commendaret, atq; quomodolibet illum a detractorum mordacitate tutum redderet, magna inuaderet cupido. Verum cum id genus gemmas reperire liceat nemini, nam nec Gigisipsetã fortunatus fuit, vt vere quem fabulantur lapidem inueniret. Consueuerunt hi qui opus aliquod volebant publicare, dicare quidem illud viris præstantissimis, vt illorum patrocinio extimaretur magis ruiusq; prodiret in lucem. Est quidem virorum illustrium fauor gemma quædam, quæ libro veluti annulo cuidam agglutinata: non solum annulum, verum etiam eius tutatur artificem. Ob id porro Aristoteles maximus quidem Philosophus voluit

## E P I S T O L A.

phus voluit suis annulis, suis inquã operibus, Alexandri quamdam gemmam, eius scilicet fauorem conciliare: atq; ad eundem modum Plinius expetiuit Vespasiani Cæsaris opem, & Plutarchus gratiam Traiani. Cæterum si viri tam insignes, qui talia promebant opera, qui annulos ex tam exquisito fabricabant auro, q; eius exactissimus gradus satis & super illos poterat illustrare, iidemq; munire, non decreuerunt tam exacta opera citra virorum tam præstantium opem diuulgare. Iure sane merito ipse qui non ex auro, sed ex viliori vena patro annulos, debeo totis conatibus talem fauorẽ indagare, qui veluti lucidissima quædam gemma vilissimo adsuta annulo, eius vsque adeo augeat gradum & præcium, vt qui illum fuerint contemplati, gemmæ valore allecti plumbum cui insidet non auer sentur. Mente vero voluens Comes Illustrissime, a quo supremæ notæ viro fauorẽ ipse exorarem, quo hæc opella ornata & munita in medium prodiret, a tua dominatione pluribus de nominibus hoc decreui expostulare: tum ob tuam indecibilem humanitatem mihi morbo cuidam quo tua Illustrissima dominatio vexabatur impugnanti, satis & super cognitam: quæ quidem securum me facit, q; non dedignaberis tuum patrocinium operi impendere: tum etiam, q; tanta est tua generositas & præstantia, tantum illustrissimi tui gene-

## E P I S T O L A.

*ris decus, q̄ persuasum mihi habeo, q̄ cuilibet operi quamuis  
 obscuro, vel tantillo radio poteris lucem effundere. Est tu nempe,  
 vt semel dicam, Arellanæ gentis vera propago, cuius nobilitas  
 & antiquus splendor quis est cui non satis pateat: q̄ si  
 quis ignorat, annales consulat Nauarros: quibus reperiet, q̄  
 ex Gallorum Regum regia Prosapia illustrissimã ducit originem:  
 ipsiq; annales docebunt quanti apud Nauarros fuerit eminentissimus  
 ille tuus progenitor, cuius arbitrio si ille voluisset Rex  
 Henricus, & Petrus Rex germani, ambo suas lites discernendas  
 voluissent. Erat quippe in Nauarra a Rege secundus, maturi iudicij  
 vir, & amplissimo patrimonio decoratus. Qui cum a Nauarro Rege  
 rogaretur, vt Regis Petri partibus staret, & hoc magnificentissimis  
 præmissis pollicitationibus, non quidem dignum duxit, Henrici  
 Regis causam reputans æquiorẽ: quo factum fuit, vt Regem  
 Henricum sic sectaretur, vt pro illius muniendo iure, præter alia,  
 multa oppida quæ Nauarra legitime possidebat reliquerit:  
 tandem patrimonium & vitam in prædicti Regis gratiam libenter  
 obtulit: cuius facti non inmemor gratissimus & munificentissimus  
 Rex multa largitus est illi, quem in aduersis tam fidum nouerat  
 Arellano: opus certe Rege dignum, q̄ viro ex stirpe regia pronato,  
 sibi ad aras vsq; obsecundanti, tantis beneficijs*

## E P I S T O L A.

eis beneficijs profequeretur. Cæterum nec silentio inuoluere  
 placet, q̄ cum Arellani nominis tam antiquam memoriam in  
 historijs reperio, me aliquando coniectasse, q̄ ex Aureliana  
 gente, illustrissima apud Romanos familia, ipsa duxerit origi-  
 nem: præter quidem vtriusq; gentis splendorem, ipsum nempe  
 Arellanum tam affine Aurellano est, q̄ hæc me conijcere  
 mouit. Non est quippe nouum, vt temporis diuturnitate in  
 vna dictione vna litera & tres pereant, uel mutantur: habet  
 mus porro exploratum, q̄ in expeditionibus quas Romani in  
 Hispanias fecerunt, & ex Aurelijs, uel si maui Aurelianis,  
 quorū unus Iulius erat Cæsar, aliquot aduenisse. Cæterum  
 cum lateat neminem, multos ex Romanis in Hispanijs deinde  
 fuisse commoratos: non aliena uidetur coniectura, ut ex Au-  
 relianis, uiris quidem præstantissimis Arellanorum illustris-  
 sima familia præclaram duxerit originem. Vt cūq; uero hoc  
 sit, tantum præ se fert decus & splendorem Arellana proge-  
 nies, q̄ ipsi Aureliani inter Romanos satis conspicui & illu-  
 stres, si eis liceret Arellanam gentem agnoscere lætarentur  
 maxime, & præ gaudio gestirent, q̄ eorum stirpe tales sur-  
 culi fuerim pronati. Cæterum si proprijs naturæ muneribus,  
 si claris antiquorum imaginibus, si tandem undiq; micæ Co-  
 mes illustrissime, quis tam mordax erit & auarax, q̄ opus ti-



## EPISTOLA.

bi dicarum audeat sugillare. Illud igitur qua soles humanitas  
te suscipe, quod si tuum fauorem & patrociniū exposcit,  
īdicat etiam q̄ si quid maius autor haberet, quod tuæ Illus  
strisimæ Dominationi posset offerre, totis faceret neruis  
& animo. Verum ipse minime dubito, q̄ prout tu es  
gratiosissimus & splendidissimus, q̄ non xer  
niolum, sed mittentis animum ex  
pendes. Vale: ex Peralta  
Nauarra.

PRAEFATIO  
Alfonfi Lopez  
de Corella in Quatuor libros  
de Arte Curatiua.



Vanquam multi ingenio celebres, & doctrina praestantes viri, artem scripserint curatiuam, lector candidissime, non est cur mireris quod ego ingenio & doctrina infinitis prope dixim numeris ab ijs superatus: hoc de medicina practica & de illi seruiens theoretica opus, quod perspicacem & satis eruditum virum desiderat, ausim publicare, quoniam vel ob hoc solum in publicum auderem prodire, quod tam felici ingenio tam raraq; eruditione viri, tam absoluta medicinae monumenta nobis reliquerunt, fateor quidem, quod si magnus Hippocrates & non satis laudatus Galenus, alijq; horum diligentissimi amulatores non scripsissent, quod nulla fiducia de medica arte lineam exararem, quis enim venti inops remum arripere non timeret quis vero nullo astute gubernatore tam altum pelagus auderet nauigare? Verum enimvero postquam tantorum autorum indefesso studio accurataq; diligentia medicinae fundum redditum est tranquillius. Nam veluti portum illud nobis reddiderunt, ausus sum cum vultis alijs: quod illi antiqui sulcarunt mare nauis quam firmis apposis carinis idest indubitatis dogmatibus con-

## PRAEFATIO.

paſſa reliquerunt transfretare, tantis porro ducibus an-  
niſus, immaturore ætate, de philoſophica hiſtoria &  
de Theorica medicina aliqua publicavi opera, ad qua  
exaranda iuuenilis animi quidã impetus forſan incitauerat,  
ſed Deo auſpice, licet accuratius rem poterã nunc  
pertractare, non ſucceſſit infeliciter: nam viri eminentiſſimi  
qui conſiderarunt, quanta philoſophiæ & medi-  
cinæ placita ex antiquorum penu deprompta ipſe di-  
lucidauerim, meos conatus & labores minimè vitupera-  
runt: non defuerunt tamen, qui dixerunt me in tertio mei  
Enchiridionis libro tranſeunter nonnulla medicina  
pratiç placita tetigiſſe, altiusq; debuiſſe figere pedè:  
agnoui eorum ſententiã non vnde quaq; à ratione eſſe  
abhorrentem, maximè cum theoreticã medicinã tra-  
ctare, non tam mei iuris ſit, qui longè à muſicis ſemotus  
aſſiduis diſſertationibus nõ vtor, ac medicinae pratiç  
euoluere arcana, cuius vſui aſſiduã operam nauo. Ve-  
rũ ab hac aggrediẽda prouincia multa me auertebãt:  
multa quidem dehortabantur, illud verò erat maximũ,  
quod vt i medicũ iuuenem ad amoliẽdos morbos non  
æque ac medicum ſenem omnes deſiderant. Sic curati-  
uã Methodũ à medico iuuenẽ traditam: videbatur  
mihi vel ſolo titulo non eſſe excipiendam, accedebat  
etiã quod conſiderabam aliquos parum oculos di-  
cturos eſſe, quod cum tot preſtantiſſimi viri in ſcriben-  
da medicina practica hucusq; ſudarũt, me aliquid velle  
addere: eſſe poſt tot de Troiana obſidione ſcriptores:  
Iliadem velle contexere. Verũ altius omnia hæc me:  
cum voluens, minimè dignum duxi partem medicinae  
quã in alijs operibus non tractaui ſcribendam aſſume-  
re: conſideraui enim eorum opinionem qui putant me-  
dicinã non rectè eſſe factãdam, niſi ab ijs quos cana  
barba, & rugis arata frons & caluicium decorat, ab in-  
certo

## PRAEFATIO.

*Certo vulgo sumpſiſſe principium, quod ſolum iſs quæ  
quis adhibuit experimentis arbitratur medicinam an-  
niti, reſporrò longè aliter ſe habet: quando vera curan-  
di Methodus potius à ratione quàm ab experimento pro-  
ficiſcitur, vt Gal. dicit tertio de locis affectis, & ſexto li-  
bro medicamentorum localium, atq; eſto quod verum  
eſſet, medicinam ex ſolis experimentis conſtare: vt Pla-  
to libro tertio de iuſto, & Quintilianus libro ſecundo  
inſtitutionum oratoriarum inſinuarunt, non inde colli-  
gitur quod hi qui in curâ diſaegrotis multos annos col-  
locarunt: medicinam experientia acquiſitam perſpicua  
cuiſſe calleant: quoniam qui bonorum autorum lectioni  
inuigilat, eorum gaudet inuētis, & omnia quæ illi mul-  
to didicerunt viſu ſuo intellectui poteſt ſuppeditare,  
qui verò ex ſuis experimentis vult conſtituere artē, per  
incerta diuagatur, & antea ſi ſypheos poſſet explorare la-  
bores, quam veram medendi Methodum tradere, ſed  
in hoc explicando ſuperuacaneum eſt immorari, cum  
ſatis & ſuper à Galeno multis de locis, præcipue libris  
de Methodo ſit id enucleatū. Caterum nollem vt à me  
diſtum putares, vſum nihil facere ad artē. Certo enim  
ſcio quod ſi verum eſt Afranij poetæ à Gellio citati te-  
ſtimonium, qui vſum & memoriam artis magiſtrā eſſe  
dixit, maximè eſſe in medicina, reſpue tamē & execror  
eorum futilem & ridiculam opinionem, qui tantū ſuis  
experimentis confiſcunt, quod velleo ſolū, quod ex Pro-  
ſerpinæ ſint peculio, putant morbos eſſe pellendos: nil  
iuuenum facientium labores, etiā ſi firmis ſapientū me-  
dicorum eorundemq; probatiſſimis annitantur experi-  
mentis, atq; cum hæc ipſe promo, nō tam meas qui iam  
duo de viginti annos medicinam factitavi; partes ago,  
quam multorum iuuenum, qui cum de literis ſint bene  
meriti, ab omnibus qui prouectioris ſunt gratis retro re-*

## P R A E F A T I O.

**l**inqui putant, censentq; solum eos qui deuexæ sunt æta-  
tis medicinam practicam exaraturos, sed quorum hæc  
hi iactant, cum nunquam dicent, quod si aliqui in con-  
sultiores aliquid si dijs placere dunt, pulchras videbis  
dicendi veneres, hymetium mel & lac gallinacum, fa-  
ladinum expositum & Christophorum de Honestis,  
agnosces plane quam rancidos & male versatos scripto-  
res ditauit fama. Caterum si diuturnum silentium tan-  
tum amant, sola mq; inclinatam ætatem elucubrandis li-  
bris idoneam esse dicant: cur Auicennam tanquã me-  
dicorum coragum & coripheum, ipsi venerãtur, quem  
non dem quadraginta expletis annis, inuidis fatis con-  
cessisse fatentur. dicant oro aliqui horum qui septuage-  
simum annum attingunt, an in scribenda arte curatiua  
suum laudatum superent principem, non quidem asse-  
rent, quia excessit ille iam ex humanis, at si fato non  
fuisset sanctus, nihilo secius huius scripta quam reliquo-  
rum non probarent, adeo verum est quod dixit elegan-  
tissimus ille poeta, pascitur in uinis liuor post fata re-  
quiescit. Caterum quando hi nicolosabonardas phi-  
lonios & gordonios laudãt: qui post Auicennã quem  
summis laudibus vehunt, curãdi scripserunt artem: non  
est cur mihi vitio vertant, quod summos & præstantes  
excolendo viros, breuem artem tradere voluerim: fa-  
teor quidem indubitata & omnibus excipiẽda præce-  
pta, ab Hippocrate & Galeno esse tradita, sed qui ex  
gymnasijs segressi curãdi morbos prouinciam sumunt,  
diffusiores in diuersis auctoribus reperient curandi ratio-  
nem, quam inexercitatum virum decet, scio Aetium &  
Paulum & Alexandrum quemlibet vno volumine satis  
feliciter hæc rem expleße: verum multa in ijs auctoribus  
reperies, que accurata egent expositione, non illotis  
aiunt manibus ad curationes quashi viri tradũt, accessu-  
rus est.

## PRAEFATIO.

rus est nouitius medicus. Porro nec solum his autoribus explicandis ego nauaui operam: sed praecipua quoque Hippocra. & Galenus, & arabum praestantissimi, de morborum sanandorum ratione dictarunt, huic inferuili bello: ubi eorundem autorum multa explicauimus dogmata, multaque quae medicorum vulgus putat absurda asseruimus: multasque neotericorum iam receptas opiniones grauium medicorum suffultis placitis refellere tetraui, atque ut Sabonarolas, Gordonios, & Philonios dimittam, qui solum in Auicenna dilucidando laborarunt, recentiores medici, qui de arte curatiua scripserunt: fere omnes illos sunt aemulati, scripsit Leonellus, sed non alio quam Gordonius direxit calamum, scripsit Fontanonus, sed exue illum a sermonis mundicie, non reperies illum aliquid quam Auicennae loqui imitatores & asseclas. Ceterum Fuchsius ad antiquorum normam quinque de sanandis morbis, tradidit libros, in quibus multos explanationem obscuriorum dictorum, quae apud graues medicinae practicae scriptores reperiuntur: (ad Methodi maiorem perspicuitatem) video desiderasse: hanc rem porro si ille intendisset, non dubito quin potuisset absoluere. Verum suum executus est institutum: intenditque in quem elegit scopum. Quod enim medicinae practicae explanationi parauit decentius hoc docuit: ego itidem meum institutum sequor, sub compendio posui, quae mihi visa sunt ad agnoscendam Methodum breui nouitios medicos posse dirigere, atque ut nunquam tam puerilem imbibi opinionem, ut putarem, hoc exiguo edito libello ceteros medicinae practicae compilatores esse obliterandos, minimeque consulendos, ita minime illorum scriptis (ad hanc exarandam opellam in qua multa quae illi noluerunt elucubrare explicare tetraui) sum perterrefactus, tantum porro abest quod ceterorum ut vocant practicas



## PRAEFATIO.

voluerim comprimendas, quod considerans ex eis le-  
ctorem qui grauioribus autoribus nō indulget, multa  
posse excerpere, percurro breuiter, in protritit minis  
mēstigans calamum: cū enim possem hic multa de mor-  
borū signis & causis inserere, perfunctorie transeo, nisi  
quando de ijs est controuersia: vel obscuritas explica-  
tionem exoprans, breuitati etiam indulgens de victus  
ratione hic nil memini, sat esse putauī ad hanc legitime  
præscribendam, quæ vno capite mei Enchiridij fui cō-  
plexus. Cæterum cum præcipuus morbos curandi sco-  
pus, non tam in assignatione medicamentorum, quam  
in vera tradenda methodo consistat, non est cur quis à  
me expectet, grandi & inuitata remediorum supelle-  
ctile: vt quidam optant, me impleturum esse phylaras,  
execranda est enim aliquorum medicorum cōsuetudo,  
qui vt suarum literarum diuitias, reconditamq; doctri-  
nam obtinent, à remedijs protritit abstinēt, et ijs quæ  
non sunt in communi vsu: vt indoctam decipiant plebe-  
culam magno vtuntur suorum remediorum præconio,  
exquisitas ab ijs videbis queri herbas, animalia sepulchra  
rijs nunquam nota, faciunt vnguentis & emplastris ser-  
uire confectiōnes decoctaq; cōcinare iubent, quibus se  
iactant neminem medicorum fuisse vsurum: o rursus arro-  
gantia velle fucata doctrina apud vulgum famam au-  
cupari. Synceriori porro doctrina se mōstrat, qui quod  
potest facere cum mentha nō petit ab agalochō, quod  
cum melle à balsamo nō petit spurio, pulchre enim in  
id genus medicos siue maui impostores: dixit Plinius  
vigesimo quarto libro, ca. primo, medicina à rubro ma-  
ri imputatur, cum remedia vera pauperimus quisq; co-  
net. Cæterum licet Pliniana sententiæ ego prorsus non  
accedam, non tamen non possum illi nō assentire, esse  
multos medicos qui cum verum medicamen in horto  
possim

## PRAEFATIO.

possint inuenire, hoc pili non faciunt, quæ longe sunt  
asportata vel alijs inusitata summopere laudat: tantum  
porro abest candidissime lector, quod horum senten-  
tiam probem, quod si cumino solo possem ventriculi  
frigiditati subuenire, nunquam aromaticum rosaceum  
propinarem, si possemq; hepar calfactum succo intubi  
extra admoto sanare, nunquam vnguentum rosaceum  
vel de sandalis admouerẽ: quod si decocto hordei vel  
muba vel oximellite humores bene preparari censerẽ,  
nunquam syrupis vel alijs decoctis vterer: tantum quip-  
pe in votis mihi est, rebus facilibus vti, & ea quæ captu-  
ram & lucum præferunt non propinare: video enim  
quod Hippo. & Gal. alijsq; celebres viri, qui in compo-  
nendis pharmacis, ijs medicis personatis non erant infe-  
riores, non in multis describendis syrupis, conficiendisq;  
electarijs, neq; in multis componendis purgatorijs phar-  
macis, sed in methodo tradenda suã eruditionem mō-  
strasse: lege Galenum, apud quem vix vnũ electarium  
cordiale ex delicatis medicamentis paratum videbis, vix  
tria reperies electaria ex ijs quæ nostrates stomachica  
vocant, vixq; sex confectiones purgatorias offendes,  
quod si eius mendii methodum & artem curatiuã ad  
Glaucanem scrutaberis, videbis plane quã parce de re  
medij tractet, de regulis curatiuis quam abunde: quid  
hoc nisi quod ille vir excellentissimus, sensit virum do-  
ctum paucis medicamentis posse medicinam factitare:  
dummodo eis recte vti didicerit, cū ergo luce vt aiunt  
meridiana sit clarius, veram artem curatiuã in veris tra-  
dendis præceptis consistere: opere precium me facere pu-  
taui, si in ijs explicandis maiorem operam quam in no-  
uis preciosisq; describendis confectionibus, nouisq; tra-  
dendis vnguentis, nouisq; pilulis buccinandis impende-  
rem: quod si in hæc tenderet animus, scirem miscere, vt

## P R A E F A T I O .

multi faciūt species electarij diarhodonis & aromatici rosacei, & nouum construere electarium, nec difficile esset speciebus hierę picę addere myrobalanos & agaricum, & nouas pilulas concinare: nec operosum mihi esset, speciebus de tribus santalis addere diachridiū & nouam tradere confectionem purgatoriam, sed in hoc student alij, qui nonis semper gaudent, quibus semper disciplinent protrita, sed forsan hoc faciunt, vt medicinae aliquid addāt, qui signum ignorantiaē putant protritis vtī, ingeniosus labor, calida miscere sine ordine frigidis: omniaq; quę purgant simul congerere, & facere confectionem vt illi dicūt magistralem descriptione nostra, sed de hijs scriberem & intergo & horū ineptias nunquam finirem, quos vel hoc solū excusare placeret, qui quod sciunt monstrant: qui quidq; in pectoribus habēt libenti pandunt animo, nam sunt quidam qui ex pusillissima magna agunt proœmia: multaq; de lente referunt, dicentes arcanis quibusdam remedijs quę nemini volunt pandere: sæuissimos posse pellitare morbos, atq; cum composito vultu hæc pronuntiant, iactant flatu, inflant buccas, cum vix vt in lib. de odio dicit Plutarchus, fit aliud peius inuidię genus, qui enim quod ab altero docti sunt occultant, nil differunt ab improbiis mulieribus, quę spurios partus subiiciūt, vt in prima epistola dicit magnus Basilius, sed mihi crede quod nullam iacturam res publica patitur horum medicorum, qui tanta de se referunt secreta nō diuulgentur, si enim intro aspicias, quam prorsus nil (vt Plinianis verbis vtatur) reperies, inuenies maluam vel betam, coryandrū præparatum, margaritas perforatas, & nō perforatas, cranium hominis iuuenis, & dextrū cornu caprę, sic enim decipiunt coruos hiantes: dicentes etiam multa habere dictata, sed nolle ea publicare ne videantur inhiare facta  
ma

## PRAEFATIO.

ma, honesta causa videtur enim sequi illius sententiam, qui pleno ore quadamque catoniana gravitate, buccina uit: sic vive tanquam nemo sentiat te vixisse: in qua philosophus Plutarchus dicato opere subtilibus fuit innectus argumentis. Ceterum lector prudentissime quam libenter meos labores ego monstrare non erubesco, nec paenitet reserato pectore meas vigilias publicare: confidero enim quod si minus recte dixero ex hoc utilitatem nanciscar, quod ab eis qui mea scripta legerint monitus ero: licet enim iniquo me afficiant animo, & in hoc commodabunt, quod corrigendo reddent me cautiorem & ab illa qua me tenebat ignorantia extrincabunt, considerabuntque forsitan, quanvis ingenio sint morbidus, & in opere longo fas esse obrepere somnum, opus longum dico, licet brevibus sit complexum charitatis, quando totam medicinam exsequitur, qui de omnibus morbis volumen scribit: si enim prolixitatis essem amator, tractando solum quae in hoc dilucidatur libello, Nicolos et Jacobos de partibus multi loquentia possem superare, sed ut in enarrandis medicamentis ostentationem fugere volui, sic etiam & in ipsa scribenda arte curatiua: quae si tibi placuerit benevole lector, nil me mouebunt morsus maledicentium, quando & horum laudes cum sint fucatae & insynceris modis omnibus sunt cauendae: ut lib. de vitiosa verecundia dixit magnus ille Cheronens. Ceterum si hi qui nunquam non calumniatur considerarent, quanto sudore latinam epistolam amico mittant: vel de re medica quantumuis facili tractent: temperarent se forsitan a tanta maledicentia, perspicueque viderent, facilius esse reprehendere quam imitari: verum cum reprehendendo suam ignorantiam manifestant, audet viri lepidissimi censoriam virgam sibi vindicare, & libelli nuper editi solo conspecto titulo

## P R A E F A T I O.

Illico pronunciant, nihil dictum quin prius dictum, nil est scribere quam furtim aliorum opera depromere, talium quidem virorum digna sententia, qui cum syrumpū noa audeant propinare, nisi à variānæ vel montianæ practica desumant, putant quod opus de medicina edere, nil est aliud quā integras ex Iacobo de partibus sumere chartas, pro se respōdeant aliq, p me respondent lucubrationes, me evoluisse clāssicos nec fuisse dedignatum proletarios verāre autores: nec calumiam adinvenisse rebus protritit & iam enucleatis explicandis, nec quenquam suorum inventorum per me esse de fraudatum laude, sed pregitat blaterones & viros maledicos dimittere, qui aperte proclamant: viros in literis multum exercitatos, qui suas seriosas lucernas in elucubrando vel dictando collocarunt: minimè posse medicinam recte exercere: qui cum hæc effutiunt: quid aliud quam Hippocratem et Galenum & tandem omnes qui posteritati scripta reliquerunt: de medica arte faciunt male meritos, qui etiam fœdior potest esse morbus, quod & eos qui multorum autorum lectione gaudent, palam vituperant & calumniatur: illud tritum in medium proferentes, pluribus intentus minor est ad singula tenus: prohi pudor, ac si magis à vera medicina mens nō subduceretur, cum ipsi in chartarum vel alealuu tempus conterunt, mitto quod ferme omnes medicos qui solis suis syrupis incumbunt, vel mercatura vel negotiatio aliaq, mularum mille offendicula, à bonis literis reddūt abdicatos, quæ verò ab ijs qui cum medicis sint, lucri causa mittunt merces ad Indos, vel causam diapidandi quod medicina præstat, quotidie aleam jaciunt, quotidie complicat & displicant chartas: an hoc sit medicinæ recte factitandæ maiori impedimēto, quam successivis horis recreandi causā evolvere Platonis &

## P R A E F A T I O.

Ciceronis opera : legere Plutarchum & Lucianum , & per Hieronymi & Augustini & magni Basilij viretadiuagari : praestant quae hi Galenum : sed hic in naturali philosophia in totis suis operibus se ostendit exercitatum. De philosophia vero morali quae veluti quaedam theologia est, dictatum tradidit opus : cui titulus est de corrigendis animi peccatis. Porro in astrologia veriatum, multis quidem in locis, fuisse tamen libris de diebus decretorij sic monstravit, dictatq; libro de theriaca ad Pisonem : decere medicum multarum scientiarum notitia esse decoratum : ideo nullam scientiam ille quae medicinam posset ornare & locupletari non introscepit. Scientiae enim mutuo se adiuuant, & aliquando videbis apud Insimum poetam quod medicinae decreto maiorem lucem praestat : quam quae scripsit eruditissimus medicus : lege libros Galeni de dogmatibus Hippocratis & Platonis, & videbis quantum ab autoribus qui medicinam non scripserunt fuerit ille adiutus ad veritatem promendam & dilucidandam, sed de ijs plusquam satis non quidem est opus : viri male feriatas sed ingenio probis satisfacere : horum enim iudicium vt in symposio dixit Plato. magis quam multorum insipientium est verendum. Quorum sane blateramenta nec tantillum probos laboris possunt comparare : ego sane mediis fidius experior, quod quo plus meis laboribus aliqui detrahere conantur, hoc magis viri praetantissimi meam medicam operam frequentius postulant, & me honoribus magis presequuntur : garriant igitur ipsi vsq; ad rauium. Tuq; lector optime huius opellae & aliarum quas prope diem in medium promam, esto aequus & beneuolus iudex, quod si opus non probaueris, prebabis animum. Vale ex Peralta Nauarrae.





# DE ARTE CVRATIVA.

LIBER PRIMVS.

## PRAELVDIVM.

### AD CAPITIS MORBOS.



**D**E humani corporis morbis mihi tractaturo, de ijs quibus caput affici solet prima non immerito fiet inuestigatio, quoniã caput omnium membrorum est dignissimum & præstantissimum, vt potè quod cogitationis qua inter cūcta animalia solus dignatur homo, est sedes & promptuariū, quod non solum à Platone in Thimeo verum etiã ab Aristotele. xxxiii. sectione problematum, problemate. vij. fuit dictatum, in quorum sententiã pedibus & manibus innuit Galenus, qui lib. iij. de decretis omne imperium, omne regimen, omne tandem gubernaculū capiti: vel si maius cerebro naturam demandasse, aduersus Crypsippū multis rationibus nisus est persuadere: libro verò. iij. de locis efficacissima ratione probat: virtutem animalē cerebro locari, quòd ea scilicet læsa medicamenta capiti admota iuuant, non sic aliã parti applicata, multæ alię sunt rationes ex dissectionibus depròpte, quas Galenus libris de decretis longo & sublimi prosequitur sermone, mitto illas quas iuxta sapientis poetæ testimoniū & hominum consuetudinē excerptas esse ait, quod Minerua scilicet ex Iouis cerebro fuerit procreata, q̄ capite anuamus & renuamus, quibus rationibus licet non multū efficacibus astipulatur quod capite salutamus & resalutamus, quod capita aperiri aspectu magistratuum fuerit

A

## LIBER PRIMVS

cōsuetudo, licet hoc Varrone autore, quem Pli. xxviij.  
 libi capi. vj. citat, valetudinis gratia à maioribus fuerit  
 institutum, quo firmiora utiq; fierent. Ad idem alludit  
 quod Pileus qui capitis est indumentum seruis in liber-  
 tatis signum fuerit dari solitus. Cæterum hominis utili-  
 tati natura maximè consulēs cerebrum sursum locauit,  
 eiusq; causa erectam figuram homini dedit. Quoniā si  
 vt Aristoteles. iij. libro de partibus animalū ait, vasta  
 corporis mole assideret, pōdustardiorē redderet men-  
 tem & sensum. Mitto quod in sublimi cerebrū locatum  
 sensum ministerio perspicacius et prōptius vtitur. Non  
 quidem tāta perspicacitate tantumq; locum visus & au-  
 ditus peragrarent, si homo erectam nō esset natus figu-  
 ram. Verū enim uero subscribendum Galeno non iur-  
 dico qui propter oculos dixit cerebrū sursum esse lo-  
 catū, sensio quippe propter cerebrum ibi esse locatos  
 oculos, cerebrum porro propter mentis cōgruitatem,  
 vt rectè ab Aristotele dictum est, hanc sibi postulasse  
 arcem. Neq; hoc Galeno viro perspicacissimo displic-  
 uisse autumo, quod si ratione manuum. iij. lib. de vñ  
 partium, hanc figuram homini esse impartitam insinuat,  
 & mentem quæ manus imperat intelligit, quæ non so-  
 lum vt minus hebetesceret, sed vt sensuum & manuum &  
 pedum melius ministerio vteretur: hanc figurā exopta-  
 uit. Brutæ verò animantes vti carent mēte, ita ea figura  
 & eo ornatu, qui menti est decentior caruerunt. Cæte-  
 rum cum has causas erectæ figuræ audis, finalē causam  
 intellige. Efficaciēs quippe causa natiuus est calor, qui eo  
 quo d homini maior quam cæteris animantibus est, illi  
 erectam esse figurā dictauit Aristo. est verò maior non  
 intensiōne, sed vi & temperatura, quo quidem est tem-  
 peratior calor, hoc magis sursum potest niti. Ab ipso  
 etiam innato calore, qui Hippocrati dicitur natura eue-  
 nit: vt

## DE ARTE CVRATIVA. 3

nit: vt talis fiat membrorum affirmatio. Hominis enim calor qui si Galeno. ij. lib. de temperamentis credimus, quid diuinū habet vti mentis congruum est instrumentum ita molitur figurā quæ mentis vsui magis cōuenit. Cum verò hoc faciat hominis natiuus calor, non aberrasset Lactantius Fir. Si quæ de igne dicit, de hoc intelligeret calore, hic quidē. ij. lib. in titu. cap. x. ait ignem solum esse hominibus datū in immortalis argumētum, hoc em̄ si sic vt ille intelligit: intelligas, falsum est, cū & feles igne vtatur, & multæ animantes eo vterētur si sibi semper liceret. Verū non immerito possumus dicere, solum homini datū esse ignem, id est calorē tam insignē, qui quatenus nullus alius est calor qui menti possit seruire, dicere possumus esse datū in immortalitatis argumētum, atq; q̄a figura erecta ratione mentis, quæ superæpenit homini est impartita, non mirū quod dicamus, id illos auctores quos notat Gal. voluisse, qui dixerunt hominem solum esse erectū: vt posset cælū aspestare, sub hoc verborū inuolucro forsā intellexerūt, hominem solum esse erectū, vt haberet mentē, quæ cælestia posset contemplari: huc tendit q̄ dicit diuus Basilius cōdione de verbo attēde tibi ipsi, qui ait erectū te finxit Deus solum ex omnibus animalibus: quo ex ipsa figura scias q̄ vita tua ex superna cognatione exiit. Cæterū si corporis moles vt Ariūto. dixit cogitatrici facultati est impedimento, claret conuenienti iure mentis sedē esse cerebrum, & non cor: quādo si dicta facultas cordi assideret, à tota carnis illa molæ quæ supra cor est hebetesceret, & vt ita dixerim oneraretur, a deo enim sensuū organis multā carnem esse impedimēto sensit Plato. quod dixit in Thimeo caput debiliter esse cōstructū, ne multa scilicet carne ceniōria ipsa lgerentur, nec obstat quod libro de scientia ex cordis carnis mollitudine sensuum

perspicaciam voluit iudicare. Nā est o quod fateamur, primam cogitatricis facultatis sedem cerebrū esse, non inconueniens est asserere, quod qui mollē carnem cordis habent sint ingenio perspicaces, & hi quibus cor durum est, ingenio duri: quoniā carnis cordis mollitudo quatenus bonā temperiem indicat, supra perspicax ingenium attestatur, in quē sensum Arist. ij. lib. de anima dixit, molles carne aptos esse ingenio, atq; vt hi qui cor molle habent vt plurimū cerebrū habeant molle, sic his quibus cordis caro dura est, cerebrū est durū, quapropter hi difficulter percipiunt. Solent tamen vt prefata parte dixit Plato quę iam perceperint fixe & tenaciter tenere. Sed aliquis aduersus dicta insurget dicens, falsum esse quod ex homero citat Gal. illū scilicet sensisse facultatem cogitatricē assidere cerebro, qñ primo Illiadis dixit, pelide autē dolor factus est intus autē sibi cor, in pectoribus hirsutis bifariā cogitauit, vbi in corde facultatem cogitatricē locari sentit, ad hoc respondere possumus, quod etiā si Homerus firmiter tenuerit cogitatricē facultatem cerebro assidere, cor cogitare prædicta parte dixit. Quia voluit indicare in homine irato non rationē iudicare sed facultatē irascendi cuius cor est domiciliū: ad insinuandū igitur quod in pelide non ratio sed irascitiua potentia imperabat cor cogitare dixit, eo modo intelligemus dictum Euangelij, ex corde exeunt prauę cogitationes, sanctissimus vero Hieronymus, vel hac autoritate fuit cōmotus ad credēdum cor esse cogitatricis facultatis aulā. Verūm quid dicta Homeri contemplatur, inueniet eius carmina potius Crysippo quā Galeno fauere, tredecimo quidē lib. iliadis ait, alij autē in pectoribus ponit mentē late sonans Iupiter, & .xx. lib. inquit scis Neptune meā in pectoribus voluntatē, sed quidquid Homerus senserit Galeni opinio vndiq;

## DE ARTE CVRATIVA.

5  
vndiq; munita manet. Verūm de ijs hęc sufficiant quę  
veluti præludium ad capitismorbos posuimus ad alio  
rum membrorum affectus sua præludia exaraturi.

### DE CAPITIS DOLORE.



Apud tunc dolore corripitur cū tristi affi  
citur sensu atq; tristis hic sensus ( qui vere  
dolor est ) non est morbus sed sympho-  
ma. Cū verò dolor autoribus dicitur mor-  
bus pro affectu capitur qui dolorem gene-  
rat: vt elicitur ex ijs quę dicit Gale. ij. lib.

apho. com. vj. Ceterū non vna duntaxat capitis pars do-  
lore præhendit: inuadit quippe dolor carnē mus-  
culosam pericraniū & vtrasq; meningēs atq; cerebrum  
quādo Galeno lib. de multitudine autore & ipsum sen-  
su præditū est, licet Arist. ij. de partib. anima. ca. x. aliud  
docuerit, cuius sententiā Auicenna & ferme omnes cete-  
ri medici profitētur, porro capitis dolor quandoq; est  
primo geniū malum, interdū ex aliorum membrorū vi-  
tio procreatur, qui primo geniū recensq; malū est ce-  
phalalgia nuncupatur, qui inueteratus est dolor si totū  
caput præhendit. Dicitur cephalica, quod si solā capitis  
dimidiā partem tenet hemisphæria vocitatur, proficisci-  
tur verò dolor nunc à causā externa vt potè largi vini  
potu, infecto aere, vel vitiata aqua: nūc à causā interna,  
ab intemperie scilicet, vel à prauis malisq; qualitate infe-  
ctis humoribus, vel ob humorū plenitudinē. Porro non  
quælibet intēperies nata est gignere dolorē: quoniam  
vt. ij. lib. medi. loca. dixit Gale. vehementissimi dolores  
sunt, qui sunt iuxta caliditatē & frigiditatē: moderati  
verò qui iuxta siccitatē, ad humiditatē verò nullus con-  
sequitur dolor. Quod si lib. i. de sympho. causis dixit.

in m̄le m

A iij

humidum & siccum: si absint calfactio & in frigidatio  
 citra violentiam corpus cōtingere, noluit quod siccitas  
 per se nō sit sufficiens gignere dolorem, voluit tamen  
 quod siccitas quæ distendendo dolorem producere va  
 let, à rebus quæ solum siccitate superant, non inducitur,  
 quoniam producit siccitas dolorē distendendo: disten  
 sio quæ à siccitate fit, fit natia humiditatis vacuatione  
 vel eiusdem expressione. Porro hæc expressio vel va  
 cuatio à sola siccitate nō producitur, fit expressio à sic  
 citate frigiditati iuncta, vacuatio ab eadē adiuta calidi  
 tati. Porro cum tāta siccitas in membro est inducīta etiā  
 si absit caliditas & frigiditas se sola potest distendere  
 membrum, proindeq; dolorem inducere. hæc enim vi  
 dentur consentanea ijs quæ parte citata dicit Gal. quæ si  
 vera sunt, claret errasse Fuchsiū qui in sua practica di  
 cit siccitatē non posse gignere dolorē. In cōmentarijs  
 verò. j. lib. de Symp. cau. pugnancia videtur dicere. Nūc  
 dicit quod siccitas nō parit dolorē, quia licet agat agit  
 remisse, nunc verò dicit, quod siccitas immodica ex acci  
 denti concitat dolorē, quia facit tensionē: si tensionem  
 facit, eius actio non tā minuta est, vt ad dolorē inducē  
 dum non valeat: in eadem parte dicit quod Aristo. vo  
 luit humiditatem & siccitatē omnis actionis esse expe  
 res, quod contrariū est ijs quæ. j. lib. de facul. natu. Gal.  
 de Aristotele sentit, licet sentiat Aristo. in libris proble  
 matū solum duabus qualitatibus vti. Verū & in proble  
 matis lego humiditate vt actionem explet illum fuisse  
 vium. Prima quippe sectione proble. vltimo ait, egritu  
 dines quæ fiunt ab igne curari humiditate. Cæterū an  
 notandum est Gale. ij. lib. medi. loca. dixisse, ob capitis  
 vehementē dolorem neminē vnquam animi deliquio  
 comprehensum mortuū fuisse. Contrariū Plin. xxv. lib. ca.  
 ij. insinuauit. Sed hic forsā sub capitis dolore auditus  
 dolorem

## DE ARTE CVRATIVA.

dolorem fuit complexus, qui cum ab inflammatione proficiscitur. Animi deliquium mortem producēs solet gignere, atqui citra auditus inflammationem in alsi dua & vehementia animi deliquia ex capitis dolore ex morbo gallico orto aliquos incidere vidi.

**C**Vrant capitis dolorem, medicamenta quæ alterant, sanguinis missio, pharmaca quæ repellunt, humorum concoctio, eorūdem purgatio, pharmaca quæ auertūt, ea quæ in pactos humores discutiūt, necnon quæ caput roborant.

**C**Vm à sola qualitate proficiscitur dolor medicamentis solum alterantibus profligatur, quem caliditas peperit tollunt medicamenta infrigidantia, quem genuit frigiditas medicamenta calfacientia, quem procreavit siccitas sanant medicamenta humectantia. Cæterum cum caput ex calore dolet, paratur infusio ex oleo rosaceo probe apparato. In ipsa autē corporibus quibus vehementem frigiditatem inducere veremur, qualia sunt fœminarum & eunuchorum ac puerorum: apponendum esse camæmelinum, secundo locatum dixit Gal. verum neque in dictis corporibus rosaceum quo communiter vtimur est circucidendum, quando ex oleo crudo non est confectum nec gellidum est infrigidatum. Quo circa non timendum est, vt vehementem frigiditatem inducat, formidandum verò est si frigiditatem inducere cupis chamæmelinū, vt ex officina asportatur apponere, quādo hoc potius calfaciet quam infrigidabit, cum igitur illud applicare intendis refrigerandum est, vt Galenus dicit in aqua vehementer frigida collocatum. Cæterum si caput multū æstuat parum succi lactuæ & cucurbitæ & solani vel plantaginis



ginis rosaceo miscebis, cauebistamen vnice ne medicamenta multum adstringentia capiti apponantur, quoniam meatus capitis obstruendo, non leuiter solēt incommodare: nec t̄ quidam scioli sis audaculus qui in omni dolore et calore genito, quantumvis magna sit plenitudo populeum vnguentum applicant, quando huius vnguēti vehemens frigiditas humores ad modum inraffat. In ipsoq; capitis meditullio stipat. Neq; in hoc vnguento est adstrictio qua cerebrum valeat roborare. Ceterū parantur embrocæ ex rosis, violis, nymphaea, semine lini, magnoq; adurēte calore ex folijs cucurbitæ, lactucæ, omnia hæc sunt in aqua coquēda. Post linteola in dicto decocto madefacta capiti admouere, vel ex alto infundere, linimētum paratur ex oleo rosaceo, & oleo violaceo, & oleo de nymphaea, ex folijs sendiuæ & portulacæ tritis & cum alba cera mixtis. Prodest etiam vnguentum rosaceum, ex fantalis ceratum proficuum esset, nisi de eius vehemēti adstrictione timeretur, magno exurente calore plenitudine non apparente opitulatur populeum vnguentum. Porro ex nominatis herbis potes parare sacculos. Ceterum omnia hæc medicamēta solum parti anteriori capitis sunt admouēda: vt decimoquarto Methodi, & secūdo de medicamen. locali. Gale. docet. Sunt enim in parte anteriori futuræ quibus facile quodvis medicamentorum genus penetrat, non fert etiam citra magnā molestiam occiput refrigerantia medicamenta, propterea quod istic principium spinalis medullæ existit. Ceterum quia via qua ex naribus ad cerebrum est breuis & manifesta, ideo iuuabit succum aliquem frigidum naribus admouere, vel vaporem rerum infrigidantium per nas resuscipere, hoc ex ijs quæ Gale. dicit tredecimo Methodi, & libello de instrumento odoratus, est maximè perspicuum,

## DE ARTE CVRATIVA. 9

perspicuum, iuuat enim aquã rosaceam, vel decoctum violarum per nares attrahere ocysissime hæc cerebrum refrigerant. Proindeq; dolorem mulcent. Inter omnia verò quæ capitis calfactioni cito succurrunt aer frigidus est. Ideo si aer æstuat, flabella vel alia quæ aerem frigidum reddunt, non sunt negligenda. Cæterum cum à frigiditate est obortus dolor, calfaciis illud oleo de amygdalis amaris, oleo anethino, vel oleo irino, vel laurino, vel rutaceo, vel oleo de costo, vel oleo cui incocta fuerit verbenaca. Quando autem Galeno secundo libro de Medicamentis localibus præstantissimum, cum ijs oleis & cera poteris concinnare vnguentum: magna vexante frigiditate, aqua vitis caput fouebis. Infusio etiam ex rore marino, & hyssopo, & saluia, & stæca de optimo vino decoctis præclare ad tollendã frigiditatem auxiliatur. Si à siccitate verò proficitur dolor, à medicamentis humectantibus est petendum auxilium. Prodest oleum de amygdalis dulcibus, succus pinearum, vnguētum quod resumptiuū vocant. Quod si caliditas frigiditati fuerit adiuncta præclare facit oleum de cucurbita, oleum violaceum, cum his oleis & cremore seminis lini, & cera alba optimum concinatur vnguentum. In magna verò capitis siccitate decoctum capitis veruecis nõ instrenue solet succurrere, facit etiã ad humectandum lac quod etiam si debilis sit virtus potest capiti admouere quidquid Auicenna & eius expositores dicant.

**C**um sanguis dolorem procreat, incunctanter est vena secanda. Porro si dolor solum vnam capitis partem tenet. Ex humeraria illi respondente est fundendus sanguis. Si verò totū occupat caput nunc vnam, transactōq; interuallo alterã aperies. Estimare

A v

tamen diligenter oportet vt Gale. dicit libro. iiii. de sanitate tuenda, an in capite solū sit fixus dolor, an etiam sit in thorace, dorso & lumbis id quod in magna plenitudine contingere solet. Si dolor solum caput corripit, vena humeraria vt diximus est fundēda. Si verò non solum caput sed thoracem dorsumq; præhenderit media est aperienda, vt cuilibet laboranti parti subueniamus. Hæc enim vena, quæ sunt supra collū & quæ sunt infra respicit. Cæterum in inueterato dolore venā frontis aperire vtile est, cuius venæ sectio & inter initia occipiti laboranti solet succurrere, quia sufficienter à parte affecta reuellit, verum si magna est plenitudo, præsertim prius aliquam cubiti venam aperire. Cæterum licet plenitudo non sit in dolore ingenti quem biliosus humor vel in febre, vel citra febrem producit, venæ sectio iuuare solet: magnitudo enim morbi etiā si non sit plethorica sanguinis missionem exoptat, quare & in vehemēti dolore à causa frigida pronato reuellendi causa & gratia alicuius grauis mali anteuertendi, si vires & artas cōsentiunt & humoris crudi non adest copia non inutiliter solet mitti sanguis.

**A**D concoquendos humores frigidos & crassos prodest mel rosaceum, syrupus de hyssopo, syrupus de thimo, syrupus de quinque radicibus, tandem omnes syrupi qui vim calfaciendi habent, quatenus attenuant viasq; patefaciunt, crassos humores concoquant, ad idem facit decoctum quod habet corticis apii, petroselinii, ruscii, fœniculi, singulorum manipulum medium, origani, satureiæ, stæcadis, maioranæ, saluiæ, eupatorii, singulorum drachmastres, feminis fœniculi, anisi, dauci, cubebæ, cinnamomi, & cardamomi, singulorum drachmam vnam, coquantur in aqua iustæ quantitatis.

## DE ARTE CVRATIVA. 11

titatis vsq; ad medietatem excoletur & saccharo dulce reddatur, de quo sumat æger, singulis diebus mane vñcias quinq;. Et totidem ante cœnam, quibus si viscidus est humor miscebis vñciam vnã oximellit. Est tamen considerandum quod vbi pituitosorum humorum magna est copia, quod syrupi multum calfacientes solent incommodare, nimirum distendendo status generant, proindeq; dolorem augēt. Eo nēpe modo quo in colli dolore medicamenta vehementer calfacientia solēt dolorem exacerbare, vt. xiiij. methodi, Gale. dixit. Quare errāt multum qui syrupum de stœcade, vbi magna est humoris pituitosi referētio propinant. Ad præparandos humores melancholicos dicti syrupi, quatenus attenuant iuuant. Singulariter valet decoctum quod habet hordei, buglosi, boraginis, lupulorū fumarix, singulorum manipulum vnū, scolopendrig, scabiosæ, caparis, eupatoriij, cicoreę, thimi, singulorum manipulum medium glycyrrhize repurgatę, anisi, fœniculi, singulorum drachmas duas, coquantur in aqua iustę quantitatis quo ad dimidiū absumatur, deinde excoletur: et adde zucari quod sufficiat, & albis ouorū purificetur. Si biliosus verò acrisq; humor dolorē gignit syrupi infrigidantes ad acrimoniam obtundendā iuuant: prodest syrupus acidus, oxisacchar, syrupus de violis, syrupus de intubo, facit decoctum quod habet hordei, violarum, vtriusq; intubi, nymphę, singulorū manipulum vnum, prunorū numero. viij. casutę & seminum frigidorum maiorū & minorū omnium vñciam vnã, santali rubri drachmas tres: coquantur in aqua iustę quantitatis vsq; ad medietatem. Deinde colo transfundantur, & adiecto saccharo ius dulce reddatur quod cum albis ouorum purificetur, cui addantur succi granatorum acidorū vel syrupi acetosi vñcię quinq;, & fiat potio de qua

modo dicto vtatur æger. Est verò hic obiter annotandum quod cum in hac parte & in toto libro humorum concoctio dicitur, eorundem præparatio debet intelligi. Quæ verò dicatur vera concoctio abũde in Enchiridio diximus.

**M**edicamenta quæ repellunt fronti partiq; anteriori capitis admouere conuenit, in humore bilioso facit oleum quod immaturum nominatur, rosaceum, oxirhodinum: si frigidus verò est humor, facit succus menthæ, succus yfimbrij, oleum de mentha, atq; oleũ de mastiche aloẽ admixto. Gal. enim primo libro de arte curatiua ad Glauconẽ non solum medicamentis frigidis ad repellẽdum vtitur, sed etiam calidis adstringentem naturam habentibus, qua parte ait vtendum esse medicamentis repulforijs: in multitudine crudiore ac frigidiore tepidis, in calidiore autem & bilioso frigidis. Cæterum licet in febribus oboritur dolor, medicamẽta repellentia (quidquid Mesues dicat) non sunt interdicens. Hunc sectantes. Matthæus & alij practici dicũt, quod cũ fit euaporatio à toto corpore repellentia medicamenta esse fugienda. Sed tam alienum est hoc à ratione quod nulla refutatione eget.

**C**um ab humoribus mala qualitate infectis ortus ducit dolor quæ noxios humores purgant, sunt exhibenda. Est verò considerandum an prauis humores per vniuersum corpus oberrent, an in solo capite sint impacti, vel à particulari membro noxa contrahatur. Cæterum si noxij humores in solo capite sunt geniti exhibenda sunt quæ caput purgant. Si vniuersum corpus male habet, totum corpus purgabis: si vitio ventriculũ vel aliq; partis dolor oboritur vitiatò mẽbro, est succurrendum, Cæterum cum vniuersum corpus laborat,

DE ARTE CVRATIVA. 13

borat, exhibenda sunt quæ fortius purgant, quam si so-  
lum caput ægrotat. Si verò humores in capite sunt fixi  
efficacius medicamentum exposcūt, quam si ventricu-  
lus est mali seminarium, biliosos humores purgant ele-  
ctarium rosaceum, electarium de succo rosarum, con-  
fectio de prunis, pilulæ de rhabarbaro, pilulæ aureæ,  
prout fuerit quantitas humoris infestantis ægroti pensa  
tis viribus horum medicamentorum quantitatem exhi-  
bebis. Sat enim erit aliquādo rhabarbarum, vel hieram  
simplicem exhibere. Cæterum si biliosus humor in ven-  
triculo est, mitia medicamēta propina, ne fortibus me-  
dicamentis ventriculus lancinatus maiorē inde noxam  
contrahat. Adde quod facile humores qui ventriculo  
assident subducuntur, quare sufficit hiera cuius laudes  
septimo Methodi, copiose Gale. declarat, est verò cro-  
ci quantitas minuenda. Quia crocus caput percellit, an-  
notatum reliqui hoc Gale. secundo loca. eadem verò  
ratione pilulæ rufi, modo quo nunc concinantur nun-  
quam sunt exhibendæ, quia multam habent croci quan-  
tatem, habent etiam myrrham quæ sua natura dolo-  
rem capitis inducit. Cæterum vacuant humores pituito-  
sos, pilulæ de assa yaret, agaricū, pilulæ de agarico, pi-  
lulæ cocciæ, pilulæ sine quibus, multa sunt id genus. Sed  
in potritis calamus non spatiabitur. Cæterum melan-  
cholicos humores purgant epithimus, lapis cerurleus  
cōfectio hamech, pilulæ de fumaria, pilulæ inde, pilulæ  
arabicæ & de quinq; generibus myrobalanorum. Sed  
vt ad rē proprius accedam ad humorem biliosum exhi-  
bebis drachmas tres electarij rosacei, vel electarij de  
prunismixto decocto bilem præparāte vel aqua cico-  
ræ, vel oxalidis, poteris etiam miscere drachmā vnam  
rhabarbari, quod si de eius caliditate times macerabis  
illud & dicto decocto immittes: deinde fac expressio-

nem: qua facta adijcies electarij rosacei drachmas duas vel tres, prout fuerit morbus & ægrotantis robur, delictatis pharmacum auersantibus propinabis serum caprinum vel aquã intubi, cui grana quatuor vel quinq; diachridij fuerint iniecta. Vel milcebis cum pauxilla carne prunorum, vel cum saccharo violaceo, vel rosaceo grana quatuor diachridij, & hoc modo ægrotantem decipies. Si pilulæ magis placent, dabis pilularum auerrearum scrupulos quatuor, quibus miscere poteris scrupulum vnum rhabbari, vel ex vno scrupulo rhabbari, & granis quinq; diachridij cum electario rosaceo poteris concinare pilulas. Ad humorem pituitosum drachmastres vel quatuor antidoti indi, vel antidoti de carthamo cum decocto pituitam præparâte, vel de gluciat vnciam vnã mellis rosacei, cui scrupuli quinq; agarici trochiscati fuerint inmixti, vel exhibe decoctũ pituitam præparãs. cui agaricus, & turbit, & zingiber fuerint mixta, vel decocta, poteritq; decoctũ collo trãfundi. Si pilulæ placent accipiat pilularum de agarico scrupulos quatuor, vel tantundem pilularum cociarũ, si mitius vis purgare, exhibe pilulas de assayaret. Ad humores melancholicos porriges confectiõnis hamech, vel antidoti de sena drachmastres, cum decocto melancholiã præparante, vel cum sero caprino, vel bulliãt in sero caprino sex drachmæ prædictæ cõfectiõnis & excoletur. Si pilulas amat, exhibebis pilularum indarum, vel de quinq; generibus myrobalanorũ scrupulos quatuor formantum cum cõfectiõne hamech, atq; si lien laborat vt plurima ex parte melancholico humore infestante laborare solet, eius saluti vt proprio capite dicitur prouidendum est. Cæterum aduõtis humoribus infestantibus vt in dolore capitis ex morbo gallico orto infestare solent, pilulæ de fumaris, & foetidæ magnè sunt præ

DE ARTE CVRATIVA. 15

sunt præsidio. Porro humoribus ventriculum infestantibus indeq; caput repentibus: vomitus etiam iuuat, mulsa vel decocto anethi vomitus irritatur. Caterum purgatio quæ per clysteres fit in omni dolore capitis est præsentanea. Nam educendo reuellit. Hucusq; dictum est, de generali purgatione, particulariter autem à capite euacuantur medicamenta quæ per os vel nares humores educunt. Hæc enim capiti per alia medicamenta iam purgato præclare iuuant. Caterum medicamenta quæ per os educunt sunt gargarismi miscelæ māsoria, gargarismi parantur ex syrupo de stœcade, facit oximel, cui sit iniectus puluis zingiberis & acori, iuuat mulsa cui sit agaricus & sal fosilis indita, ex ijs quæ cum per os deuoluuntur purgant caput, est zingiber, galanga pyretum, & tandem omnia medicamenta, quæ vehementer calfaciunt: ex ijs medicamentis & cera mixtis concinari possunt pastilli māsiles, vel eisdem speciebus potest suffarcinari linteum ad pilulæ formam. Caterum per nares purgantur medicamenta calida quæ naribus infunduntur. Etenim medicamenta quæ gargarisando per os educunt, educunt per nares si naribus infunduntur. Prodest mulsa, decoctū saluiæ, vel stœcadis vel sampluci cum naribus attrahuntur, si efficaciorē operationem exoptas, prædicto decocto adde puluerem caryophyllorum, vel foliorum origani, vel puluerem nasturtij. Facit ad idē syrupus de hysopo, syrupus de stœcade, succus foliorum betæ, succus radici: betæ, efficacissimus est succus cucumeris sylvatici. Caterum pastilli manforij quos ore tenendos diximus naribus inditi, etiam per nares purgant, optimos facies errhynos ex theriaca vel mithridato. Annotandum verò est pro ijs particularibus euacuationibus. Quod si dolor est in membris quæ sunt supra cranium boles manforios &



gargarismata parum iuuare, quod enim tunc magis conuenit: est decocto discutiente, caput abluere vel vnguento humores digerere.

**A**D auertendum vitiles sunt pedum & crurum frictiones, lotiones, vincula, cucurbita, natibus & scoptulis agglutinata, quod si sanguinis apparent inditia, proficuum est vti sacificatione, qua parte fuerint affixa. Caterum si dolor sinciput tenet magno solet esse praesidio cucurbita occipiti fixa, si dolor occiput occupat frons vena recta scisa praestat opem, iuxta ea quae Hippo. prodidit in sententijs. Quod si veniseca hanc non audes committere, prolice ex naribus sanguinem. Caterum mirifice auertit cauterium iuxta carpum appositum quod ex fermento, & synapi, & melle, anacardino optime paratur: in diuturno vero dolore quae anteriorem capitis partem tenet, cauterium collo appositum iuuat. Facit idem quod retro aures ponitur. In dolore vero ex morbo gallico producto: mire prodest: vnguento quod ex argento viuo paratur, carpum & eam partem qua humeraria vena descendit linire.

**A**D discutiendum humores capiti impactos quos venae sectio nec purgatio euacuauit, profunt embroca calfacientes, euaporationes, vnguenta, emplastra, suffitus. Caterum ea medicamenta quae dolori ex frigiditate orto iuuare diximus: ad digerendas humorum frigidorum reliquias sunt idonea, decocto enim earum caput abluet. Idem decoctum facit ad euaporationes, ex eisdem herbis & caryophyllis & cardamomo, cubebis, & aniso sacculus suffarcinatus idem praestat. Porro si humores calidi dolorem procreant & iam est in inclinatione morbus, prodest decoctum camamelae,

## DE ARTE CVRATIVA. 17

camæ melæ, anethi seminis lini melilotifcæ nigraei. Cæ-  
terum si flatulentus humor est discutiendus, Decoctum  
cumini baccarum lauri roris marini pulegij est profici-  
uum, prodest oleum laurinum, irinum, anethinum, ex  
ijs oleis cum cera fit vnguentum. Eundem vsum præstat  
theriaca & mitridatum futura appofita. Discutiunt ve-  
ro fortiter reuelluntq; synapismus, emplastrū de tafia.  
Porro cum hæc medicamenta de internis ad externa  
humorestrahunt: efficacissime discutiunt, aliquando  
vero in inueterato dolore vt fortior fiat attractio, caro  
capitis scarificatur. Deinde medicamentum quod forti-  
ter digerit quale est synapismus apponitur, quem solū  
in dolore à causa frigida orto: Tertio de medica. locali  
apponi iussit Gale. sed reuulsionis nomine & in dolo-  
re quem calidi humores pepererūt: solet iurare. Porro  
non solum ijs medicamentis contenti fuerunt auctores,  
sed dolore obstinate reluctantē, non cedente ver: caute-  
rium futura anteriori esse admonēdum dixerūt. Quod  
remedium cap. de epilepsia noluit Alexander appro-  
bare de quo infra cap. de epilepsia. Cæterum ad discuti-  
endum caput atq; etiam roborandum, paratur suffitus  
ex puluere caryophyllorum thuris & masticis cum ce-  
ra mixtis, ad idem facit miscela ex puluere melantij pi-  
peris & baccarum lauri, cum labdano cōcinata: sepe pi-  
lularū massis vtimur ad suffitus. Massa enim pilularum  
de hiera simplici igni admota potenter caput exiccat,  
idem facit theriaca & mitridatum resinæ mixtæ & igni  
admota. Interim vero per os quæ humores digerunt  
sunt exhibenda cui rei seruiunt ea quæ sequenti sectio-  
ne ad caput roborandum vtilia esse dicemus. Porro de  
coctum gaiaci, vel cyne, non solum in dolore quem  
morbus gallicus creatiit, sed in alijs doloribus humo-  
res discutiendo prodest. Cæterum discutiunt humores

B

caput

capitis dolorem producentes olea calida auribus infusa: faciunt hoc oleum amaracinum, & oleum de amygdalisamaris: colligitur hoc ex Galeno tredecimo methodi.

**C**aput roborant ea quæ causæ dolori opponuntur, etenim ex calore caput læsum medicamenta frigida sunt solatio: ex frigiditate vero ægrum medicamenta calida sunt auxilio. Debilitas vero cerebri plurima ex parte ex frigiditate proficiscitur. Porro medicamenta odorata cerebrum corroborant, sicut foetida illud perturbant: Animalis enim facultas bono odore gaudet. Verum licet hanc facultatem medicamenta odorata sint nascita, solet fragrans odor replere caput, proinde sæpe incommodare. Cæterum iuuat ad roborandum cerebrum frigiditate læsum diamobarum, electuarium pliris diamoschos mitridatum theriaca; multa sunt id genus quæ caput roborando humores illi impactos etiam digerunt & discutiunt. Porro annotandum hic est, me multos qui leui de causa dolor inuadebat vini abstinentia à morbo vindicasse. Vinum enim vapores immitendo non solum in dolore à caliditate orto, sed in eo quem frigidus humor procreat si congruus non seruetur modus, multum solet infestare.

### DE VERTIGINE.



**V**ertigo autore Galeno quarto libro aphorismis commento decimo septimo, Est quando simul res conspectæ videntur circumuolui, & sensus visus repente destruitur: ubi tenebras circumfundî opinetur. Porro hæc

DE ARTE CVRATIVA.

19

ro hæc definitio solum vertigini tenebricosæ videtur  
 conuenire. Quoniam vt ille dicit quarto libro de ratio-  
 ne victus: sat est ad hoc quod dicatur vertigo, quod ca-  
 put circumagi videatur. Quod si simul tenebricosa fue-  
 rit visio, ait appellari vertiginem tenebricosam. Ex hac  
 parte forsan sumpserunt Arabes, vt diuersum facerent ca-  
 put vertiginis & scotomiam, vertiginem scilicet tenebri-  
 cosam, appellant scotomiam: verum vertigo tenebri-  
 cosa ad vertiginem vt pote ad genus reducitur, atq; iux-  
 ta id quod ex commẽto aphorismi alegati citauimus.  
 Tenebricosa visio est de ratione vertiginis, sed presius  
 fupfit ibi vt diximus. Gale. vocabulum vertigo, quam  
 in alijs partibus sumere consuevit. Caterum generatur  
 vertigo: vt quarto de ratione victus dicit Galenus: Ob-  
 inordinatam spiritus flatuosi motionem. Flatulentus ve-  
 ro humor qui vertiginem parit, vel in capite gignitur  
 vel sursum ex infernis defertur. Est autem aduertendum  
 quod vt Gale. parte citata ait: non omnino inuictus de-  
 bet esse humor qui vertiginem creat. Si quidem vt fla-  
 tuosi spiritus fiat generatio requiritur natiuũ calorem  
 humorem tenuare, dissoluere, & effundere: Quare non  
 tam frigidus & crassus est humor vertiginem creans,  
 vt prorsus inuictus non dissoluatur. Paulus tamen gelli-  
 dos glutinososq; humores huius morbi dixit esse cau-  
 sam, potest & hos natiuus calor si non elanguet effunde-  
 re & dissoluere. Quod si certe tam gelidi glutinosiq;  
 sunt: vt cuilibet dissolutioni repugnent: potius aliam  
 agridudinem quam vertiginem gignent. Hinc fit pa-  
 lam medicamenta multum calfacientia quæ adhibentur,  
 ijs quibus viscidis humoribus caput est refertum, posse  
 vertiginem excitare: etenim dissoluent hæc glutinosos  
 humores indeq; excitabitur flatulentus spiritus, qui ver-  
 tiginem procreabit. Caterum ignorandum non est,

B ij

quod licet vertigo plurima parte proficiatur ex humore in capite genito: vel ex vaporosa exhalatione quæ ex ventriculo ad caput fertur, quod aliquando oboritur ex sola oris ventriculi vellicatione. Hoc enim colligitur, ex ijs quæ dicit Galenus quarto libro Aphorismorum commento aphoris, si quis febrem non habens, ait sane fit vertigo ore ventriculi à malis humoribus morfo. Nam propter nervorum magnitudinē qui ad ipsum à cerebro veniunt, hac parte patiente animæ opera detrimendum patiuntur. In hac parte Gale. non ob exhalationem, sed ob solam compalsionem. vertiginem excitari dicit, & quid mirum cum ex sola cõpalsione morbus comitalis possit excitari. Curant vertiginem venæ sectio, repulsio, cõcoctio, purgatio, auersio, humorum discussio, capitis & ventriculi confortatio.

**C**onstantibus viribus notisq; sanguinis apparentibus humeraria sectio prodest. Atq; si viscidis crudisq; humoris magna est copia, à venæ sectione est abstinendum, vt elicitur ex ijs quæ de lethargi curatione tredecimo methodi dicit Gal. Porro in sanguinis missione considerandum est, illud quod dicit Aetius ne acruatim sanguis vacuetur. Propterea quod à quacunque leui occasione ager concidit, ~~vertigo~~ deuolutioni sit obnoxius. Hoc tamen generatim non est accipiendum, nonnunquam enim ob sanguinis plenitudinem animales vires possunt labefactari, ex quarum detrimento vertigo oboritur vbi sanguinem affatim mittere est opere precium.

*Aetiq.*

**C**um ex humoribus ad caput deorsum repentibus vertigo proficiatur: non absolum est, oleo rosaceo tepido anteriorem capitis partē illinire.  
Quod

DE ARTE CVRATIVA.

21

Quod si frigiditatem paues miscæ chamæmelinum, vel momentum castorij prædicto oleo iniçce.

**C**oncoctio plurima ex parte perficitur ijs medicamentis quæ pituitosos humores concoquere præcedenti capite exarauimus. Porro cum ex biliosis: vt ita dixerim exhalationibus malum hoc proficisci cõsideras: ea pharmaca propinabis, que biliosorũ humorum repugnent naturæ. Sed hoc inferius clarius dilucidabitur.

**P**urgatio est vtendum cum vitiosus humor vertiginẽ creat, redundanti humori suum adaptabilis pharmacum, humori bilioso quod bilem ducit dabimus, pituitoso quod pituitam vacuat, in ijs non immorandum duco, ad proprios humores superiori capite sunt descripta pharmaca. Cæterum si humores in ventriculo resident, purgatio quæ vomitu fit est admodum proficua, prodest aqua tepida, multa, decoctum seminis anethi, multa sunt quæ ad proliciendum vomitũ iuuant, que recensere esset superuacaneum. Porro biliosus ventriculi lancinans, deiectorio pharmaco optime purgatur, quam rem optime complet hiera simplex. Si vero vaporosa exhalatio quæ à ventriculo ascendit, ex humore pituitoso duxit ortum, præclare agaricus vel pilula de aloe fangineæ auxiliatur. In quacũq; autẽ vertigine non est omittenda purgatio quæ per clysteres fit, hi enim euacuant simul & reuellunt. Cæterũ à capite peculiariter purgant apophlegmatismi gargarismi sterantamenta & alia que superiori capite recensuimus, his est vtendũ vniuerso corpore prius sufficienter purgato.

**A**d auertendum iuuant frictiones vincula cucurbitæ natibus vel dorso vel scoptulis admotæ, &

B iij

tandem omnia illa quæ aduersus capitis dolorem iuuare diximus. Porro si vertigo oboritur ex vaporibus calidis qui per arterias ascendunt illas secare est proficuum: secandi formam tradit Paulus tertio libro capitulo duodecimo.

**Q**uæ in partos humores in hemierania vel cephalæa dissoluunt, dissoluunt etiam in vertigine, quare cataplasmata unguenta emplastra quæ diuini mortis subuenire diximus, vertigini etiã subueniunt. Idem dictum puta circa capitis roborationem.

**S**orex oris ventriculi morfu vertigo excitatur, rebus humorum acritudini obuersantibus est succurrendum: Hæc enim sunt quæ tunc ventriculum corroboraunt. Prodest syrupus de granatis, syrupus de omphacino, syrupus de succo citri, alia sunt id genus. Si vero pituitosus humor in ventriculo genitus huius mali est seminarius, alia via ventriculus est roborandus: post purgationem enim dabis aliquod electuarium calidum atque unguentis calidis ventriculum linies, saculumque ex rebus calidis & aromaticis suffarcinatum ventriculo appones. Quorum cum de ægritudinibus ventris tractabimus ab his de mentionem faciemus. In vertigine antiqua quæ ex ventriculo multa pituitosa excrementa creante profulcebat: vidi magnam vtilitatem sequi, iniusta parte quæ ad ventriculum est, indeque humore exalante, quod in cœliaca esse faciendum affectione Aetius docet.

#### DE PHRENITIDE.



**P**hrenitis Galeno autore secundo libro de symptomatum causis, non tantum ex calidis ortum habet succis: sed supra id etiam phlegmonem in cerebro & eius inuolucris excitat.

## DE ARTE CVRATIVA.

23

excitat. Paulus & Aetius solum membranarum cerebri inflammationem phrenitidem esse dixerunt, qui propria capita inflammationis cerebri exararunt. Quibus visus fuit astipulari Gale. quarto libro de causis pulsuum. Vbi dicit lethargus ex ipso potius cerebro gignitur. phrenitis præcipue ex tenui meningem enchiridio hæc absoluimus quæstionem ibidem ne eadem sæpius repetamus. Videbit studiosus lector, vnitam enim hic annotare dignum ducimus. Quod forsitan prædicti autores cerebri inflammationem sub phrenitide non sunt complexi. Quia inflammatione cerebrum obrepante diuersa symptomata quam inflammatis meningibus conspiciuntur, languent enim inflammato cerebro sic vires, quod nec corpus agitur, nec multus sermo produciuntur. Sed ab humore pergrauato cerebro, veluti motus vti in apoplexia ex sanguine iacet eger, videre enim est phreniticos in morbi vltima sæuitie taciturnos esse, & profusos depressos: quod ideo accidere est arbitrandum, quia iam malum altas in cerebro ægit radices: & tunc multi putant phrenitidem in lethargum esse comutatam. Cæterum quia phrenitis membri principis vel eius pannerum est inflammatio, non potest citra febrem esse: delirium enim quod sine febre est mania nuncupatur. Dicit enim Gale. primo libro porrhæti. In insanire omnes homines dicunt qui desipiunt citra febrem. Tertio etiam de vulgaribus. Comm. iij. inquit, Phrenitidem accepimus nulla re alia distare ab insaniam quæ febre: vti enim à biliosis humoribus gignitur phrenitis sic etiam insaniam. Accidit vero nonnunquam insaniam ex intemperie calida & sicca: vt quarto libro de causis pulsuum. capit. qui pulsus fiat inguinibus Galenus docet. Sed ad phrenitidem reuertamur. Quam citra cerebri vel eius membranarum inflammationem posse proficisci citata auto

B iij



ritate Galen. visus est innuere. Quippe qui ait à bilioso humore phrenitis generatur: vt lethargus à pituitoso, lethargus ex ipso potius cerebro. Phrenitis precipue gignitur ex tenui meninge vel ex septo transuerso. Vide quod phrenitidinem septum trāuersum: vt tenuē meningem dicit occupare. Porro quia symptomata quæ septi transuersi inflammationem comitantur ab illis quæ tenuis meningis parit inflammatio parum distāt, ob id ex septo transuerso phrenitidem gigni Galenum dixisse est credendum. Vere tamen phrenitis cerebri vel eius velaminum est affectio: hoc enim illum voluisse quæ quinto de locis affectis exarauit, luculenter ostendunt. Quibus verbis ait delirare solent: non nulli ob vitium quod in ore ventriculi consistit, & febribus ardentibus & pleuritide & peripneumonia. Sed quæ ob septi transuersi affectum accidunt deliria non multum distant à phrenitide, parum infra dicit ab aliarum vero partium nulla perpetuū delirium procedit dempto solo septo transuerso, cuius vitio excitatur delirium parum à continuo distans. Adeo vt veteres putauerint hac parte inflammatione affecta homines phreniticos euadere. Porro si verum esset: quod vndecimo libro cap. trigessimosexto dicit Plini. septo transuerso scilicet esse attritam mentis subtilitatem. Non mirum quod illo læso phrenitis: vt primogenium est malū oboriretur, falsum est tamen quod ille dixit. Nec sensui quidquid ille dicat quadrat, nullam in septo transuerso carnem esse. Porro Hippocrates vel quicumque autor sit tertio libro de morbis videtur insinuare phrenitidē esse septi transuersi primo genium malum quippe ait septum transuersum dolet in phrenitide. Sed reuertamur ad auctoritatem Galeni. Proxime citatam in qua abnuat septi transuersi inflammationem esse phrenitidem. Licet fatea

DE ARTE CVRATIVA. 25

est fateatur que ob septi transuersi affectus accidunt de  
 liria, non multum distare à phrenitide, quare veritatē  
 est consentaneum, vt quarto libro de causis pulsū lite-  
 ra habeat. Lethargus ex ipso potius gignitur cerebro;  
 delirium præcipuæ ex tenui meninge & ex septo trās-  
 uerso. Etenim licet ob ventriculi vitium vel in febribus  
 ardentibus & pleuritide & peripneumonia delirium  
 excitari soleat: non tamen tam frequenter vt ex septi  
 trasuersi affectione. Adde quod intermittit delirium  
 quod aliarum partium sequitur affectus. Quod vero ex  
 septo transuerso est parum à continuo distat; vt quinto  
 de locis à Galeno est exaratum. Quod si nunquam non  
 comitatur delirium septi transuersi inflammationem  
 hocq; delirium continuum est, quod alijs partibus in-  
 flammatis; præter cerebrum velocius membranas nō ac-  
 cidit. Bene merito dixit Galenus ex septo transuerso  
 esse delirium & non ex ore ventriculi vel pulmone vel  
 pleura. Cæterum differentiæ phrenitidis Gale. quarto  
 de locis autore simplices sunt duæ: ex ijs tertia compo-  
 nitur. Sunt quippe phrenitici, qui de ijs que oculis offe-  
 runtur recte quantum ad sensitiuam notitiam pertinet  
 iudicant; cogitando vero à naturali iudicio aberrant.  
 Alij quidem cogitatione, quidem falluntur, minime,  
 sensibus tamen difformiter mouentur. Sunt præterea qui  
 simul sensus & cogitationis vitio laborāt. Est vero hic  
 annotandum, quod secundum Galenum loco iam cita-  
 to & alijs multis locis: tres sunt interiores facultates,  
 imaginatio scilicet cogitatio & memoria. Sensum ve-  
 ro communem non facultatem: sed sedem animalium  
 facultatum: septimo libro de decretis nominat. Atqui  
 primo libro de his quæ fiunt in medicatrina, potentias  
 animales numerans has esse dicit sensum & mentem &  
 memoriam; in qua parte videtur insinuari, sensus com-

25

B v

munis prout facultas animalis est illum fecisse mentionem. Porro credendum est, secundum Galenum officium sensus quem Aristo. vocat communem ab imaginatrice facultate exerceri, & vbi sensum esse facultatē interiorem dicit ille: facultatem imaginatricem intelligi. Quæ eo quod officium primi sensus habet, communis potest sensus appellari. Cum vero septimo de decretis cerebri vocat sensum cōmunem, in hoc sensu intelligit quod à cerebro tanquam à facultatum interiorum, prima sede sensibus exterioribus demandatur vis sentiendi. Porro quamuis secundum Galenum tres sunt interiores potentie simplices species, phrenitidis species non sunt nisi duæ, vt colligitur ex his quæ dicit quarto libro de Locis. & secundo libro de Symptomatum causis: vbi regentis facultatis phrenitidem esse affectum dicit. Qua parte defectum vel amissionem memorie inter morbos frigidus numerat: libro etiam de Symptomata disse. Phrenitidis species recensens ad memoratiuam virtutem nullam refert, illud quod de thucidide Fuchsius citat, nil contra hoc. Ait porro tertia phrenitidis species laborasse illos quos refert Phocidides quibus prorsus abolita fuit memoria, ita vt seipso ignorarent. Vide quæ isti non erant phrenitici siquidem Gale. libro de Symptomatum differentiis ait. Hoc postquam à peste conualuissent, eatenus omnium quæ præcessissent fuisse oblitos: vt non solum propinquos, sed etiã seipso ignorarent. Est etiam aduertendum, quod Fruch. ex hoc aliquando læditur imaginatio, cogitatione illesa, & aliquãdo ratio labat imaginatrice vitata, & nonnumquam offenditur memoria alijs virtutibus non prave affectis, concludit diuersa esse harum virtutum loca. Galenus tamen secundo libro de motu musculorum eundem locum visus est tribuisse memoriæ & imaginatrici

DE ARTE CVRATIVA. 27

trici facultati, ijs quippe verbis ait, pars animæ imaginatiua quæcumq; ea sit recordari videtur. Libroramen primo de ijs quæ in medicatrina fiunt, contrarium videtur docere, cum dicit memoriam nil inuenire, sed solum retinere quæ sensu & mente sunt cognita. Nisi quis dicat virtutem imaginatricem, nõ prorsus orbant esse à vi memorandi, esseq; aliam facultatem, quæ dicitur memoria cuius officium est solum retinere & conseruare, quæ sensu & mente sint inuenta. Huicq; facultati aliumq; esse locum quã imaginatrici, sed de ijs alibi.

**C**Vrant phrenitidem sanguinis misio, medicamenta quæ repellunt, medicamenta quæ purgant, quæ refrigerant, quæ perniciosis symptomatibus medentur, quæ capiti impactos humores discutunt, quæ visceribus inflammatis succurrunt.

**S**Ipermittunt vires, nec ætas, nec tempus reclamat. Saluberrimum est inter phrenitidis initia mittere sanguinem, tum ad reuellendum fluentem sanguinem, tum etiam ad euacuandum. Octavius vero Horatius hortatur medicos: vt in sanguine fundendo parum audeant huic sententiæ astipulatur Aetius qui multa esse obseruanda inuit, vt ex phrenitico fundatur sanguis. Ait sane si phreniticum febre ab initio in prima die, aut secunda, vsq; ad quartum irruat, & non extrã mutatione alterius morbi succedat, & vrinæ fuerint subcruentæ, & facies rubicunda, & ætas vigoris, & bona corporis habitudo adest, & omnia signa simul indicant sanguinis multitudinem, vena cubiti secetur, ea quæ media est & pro viribus detrahatur, hæc Aetius. Porro quia in phrenitide ob magnam agitationem magna fit discussio, ac exhalatio. Ob id magna aduertentia san-

quis debet fundi. Hoc prædicta parte Aetius inuit, qui in solo initio sanguinis detractionem laudauit, nec in qualibet incipiente phrenitide, sed in ea solum quæ simul cum febre inuasit, ob hoc scilicet quod si ex altero morbo in phrenitidem fit transmutatio, ægroti vires ex morbo deiectæ non poterunt sanguinis missionem, atq; exhalationem & discursionem quæ ex vehementi fit motu tolerare. Verum licet parcius sanguinem esse mittendum iudicem in phrenitide quæ post quatuor dies inuasit; quam in ea quæ ab initio corripuit, non profustamen in illa à sanguine esse abstinendum censet; neque in ea etiam quæ alterius morbi fit transmutatione. Etenim vni virium robori attentus medicus esse debet. Vt nono methodi dixit Gale. Si hoc vero seruatum est, non solum septimo die, sed etiam sequentibus sanguis est mittendus. Si videris igitur tu phrenitidē octauo die virum cui robur non deest inuadentem: viribus confusus sanguinem detrahes, hauries tamen minus quam in principio. Quia temporis tractu non potuerunt vires non nihil exolui. Atq; quia in phrenitide magna fit exolutio & agitatio nullo tempore est sanguis affertim fundendus, si Aetio credimus. Hoc tamen nō videtur in perpetuum esse seruandum. Quoniam si virum cui magna adest plenitudo phrenitis inuadit, tutum videtur ad demendam plenitudinem optimeq; reuellendum & euacuandum, abundanter sanguinem extrahere. Si enim tunc parce sanguinem mittis, congrua reuulsione & vacuatione frustaberis, nilq; aliud facies quam humores agitare. Cæterum, secunda est in phrenitide vena humeraria: vt pariter reuellat, & à parte affecta vacuet. Sed si omnia signa sanguinis multitudinis indicant, non temere faciet, qui mediam secabit, vt ex his quæ capi de dolore capitis diximus est per spicuum.

Porro

DE ARTE CVRATIVA. 29

Porro quia Aetius solum vbi est sanguinis multitudo venam secare iussit, ideo mediam venam aperire monuit. Cæterum si phreniticus manū exhibere detrectat, aut magnus timor est, Quod licet eā exhibeat, ne post euacuationem sanguinis lancinata sæpenumero manu ex eo furenter perturbetur, venam frontis secare iubet Paulus & Alexāder. Verum inter phrenitidis initia nō videtur tutum venam frontis secare: siquidem tusa illa vena ad partem affectam confluet sanguis. Cum igitur magna est plectoria ab huius venæ sectione abstinemus. Conandum enim tunc est cubiti venam aperire, quæ si ger manum exhibere detrectat, cucurbitas spatulis agglutinabis: indeq; sanguinem detrahes. Post principium vero vbi in vniuerso corpore non est sanguinis tanta abundantia, tuto venam frontis tundemus. Quod si coate inter initia illam tundis copiosius sanguinem detrahes quam post initia: Sic enim attracti sanguinis non erit tantus timor.

**M**edicamenta quæ repellunt fronti & parti anteriori capitis: vt capitu. de cephalalgia diximus incipiente phrenitide sunt apponenda. Prodest oleum rosaceum, & oxyrhodinum, sunt vero hæc epithemata tepida applicanda. Quoniam cerebri membrana inflammata frigiditas rosacei non est tuta, nec caliditas etiam prodest, frigidum enim densat meatus & superfluitates capitis discuti non permittit. Quod vero calidum est feruorem duplicat. Hoc à nemine nisi ab Alexandro annotatum legi. Videtur tamen quod in viro robusto aere multum astuante quod citra periculum rosaceum frigidum possit apponi. Nam quod tepidum est, exurentes humores non attemperabit, maiorq; utilitas speratur ex calidorum humorum repulsio

et ab a  
et a

ne, quam ex obstructione damnum : si enim rosacei frigida tantū obstruret nec in dolore capitis esse tuta,

**P** Harmaca purgantia nullum classicum autorem in phrenitide exhibuisse lego. Post sanguinis missionem eam euacuationem quæ cum clysteri fit laudant. Porro cum qui phrenitide capiuntur multum exoluantur ab acuta febre, & ad hæc ex vehementi motu, propter hoc medicamenta purgantia quæ suo intenso calore agitant, & exoluunt, fuerūt in phrenitide illis suspecta. Nā si in acuta febre ubi vehemens motus non est, purgantia medicamenta nisi turgent humoribus non sunt tuta, quanto magis in phrenitide quam non est citra acutam febrem & vehementem agitationem. Seruantes igitur maiorum decreta clysterialium proluemus, licebit etiam nonnunquam potionem mitem exhibere, que partim humorum ardorem obstat, partim vero vacuet. Facit tamarindus & nyx cum frigida decoctione infusionis rhabarbari non nihil aliquando addemus, quod si alius ijs clementibus medicamentis non paret, & æger robustus est citra periculum electuarium de succo rosarum vel electuarium de prunis propinabimus, tam retusum in ijs pharmacis est scammonium, quod de scandescētia quam solet inferre non est timendum.

**A** D calorem febrilem extinguendum valet syrupus de intubo, syrupus de nymphae apozima ex decoctione corticum cicoreæ seminum frigidorum tam maiorum quam minorum hordei prunorum iubarum, decocto colo transfusio optime additur vntia vna datilorum acidorum, fiat leuisebulitio. Si corpus vero vehementer siccum & aridum videbitur

cur balneis ex simplici aqua est vtendum.

**A**D auertendum profunt vincula frictions curbita natibus & spatulis admotæ clysteres etiam vacuando auertunt.

**I**Nter grauiora phreniticorum symptomata sunt vigilis frequentes que moriones, aduersus insonias atque perturbaciones, soporifera medicamenta autores laudant quæ intus & extra sunt exhibenda, irrigandum est caput decocto violarum & rosarum & seminis papaueris. Ad idem prodest vnguentum populeum, quo tempora & frontem linies, intus vero exhibebis diacodion vel requiem magnam. Porro non sunt id genus medicamenta exhibenda, exacerbationis declinatione vt Aetius monet. Si enim exhibentur in vigore retrahunt, quidem ad somnum febris autem excitatur. Porro si pituitabili mixta huius mali est seminarium: Soporifera medicamenta vt Alexander dicit sunt fugienda, atque quia discussionem humorum inflammationem gignentium prædicta medicamenta prohibent. Ideo raro & non nisi urgente necessitate sunt propinanda. Adde quod ex immodica refrigeratione facile fit transitus de phrenitide in lethargum, quæ ob causam aqua agonisticè phreniticis non est tribuenda, accidit quod membranis inflammatis: vt supra diximus frigida nocent. Cæterum si vehementibus moribus agitatur phrenitici, pedes & brachia vincire conuenit, quoniam inordinatus motus virtutem debilitat. Porro est aliud symptomata quod phreniticis comitatur vrinæ scilicet cohibitio, huc est medendum faciendo teporem calido hydroleo circa pectinem atque vesicam. Deinde & impositione digitorum manus secundum loca premen-



tes excitanda est vrina. Hunc rei seruit crocum vel pediculum intra virgæ meatum ponere vt exputricem virtutem irritet.

**P**ost morbi vigorem discutientibus medicamentis est vtendum prodest decoctum serpylli, aut neptæ, aut origani, nec temere applicantur catechu & arietis pulmo aut gallus incisus atq; & in vigore morbi reuertendo de internis ad externa hæc medicamenta iuant.

## DE LETHARGO.



Via de somno non naturali in hoc capite & in sequenti multa dicentur. Annotandum est quod Gale. libro quarto de causis pulsuum ait, in somno animal non intelligere, non cogitare, non sentire, quod vt nemini imponat: sic est intelligendum, q; in somno perspicue nõ cogitat, nec imaginatur, sed animũ obscure em̃ tũc imaginari & cogitare. Secundo libro de motu musculorum ab ipsomet autore est dictum, quod si obscure tunc imaginatur, & virtus imaginatrici potentia motiua solet obedire, non est cur Fuchsius primo libro de symptomatum causis dicat: ratione carere cur aliqui dormientes vigilantium opera possint obire. Si enim qui vigilat cogitationi multum intẽsus, quæ ob oculos transeunt non videt, quid mirum quod in somno de exequendo motu tãta fiat imaginatio, quod facultas motiua tantæ imaginationi seruiat. Vi animalis motioni solum intenta alia non perceptante. Sed de lethargo iam sermonẽ aggrediamur, multa alia de somno naturali in meo enchiridio & quinquagenis videbit lector

DE ARTE CVRATIVA.

33

bit lector letharguste Galeno tertio libro metho-  
 di, vitium contrarium secundum speciem phrenitidis est,  
 eundem quippe locum quem phrenitis occupat, nam  
 vt ibidē ille dicit, in ea parte gignitur in qua princeps  
 animae pars residet, ab humore frigido contrario illi  
 qui phrenitidem parit creatur, vt excitata parte & li-  
 bro de atra bile liquido colligitur, vnde patet quantū  
 deerrent, qui solum partis posterioris cerebri lethargū  
 dicunt esse affectum. Porro lethargus spurius ex pitui-  
 ta bili mixta proficiscitur: vt Alexander dixit, licet au-  
 tam caros ex eadem lethargi materia proueniat, eo ab  
 illo dissidet vt dicit Paulus, quod in caro praecedat fe-  
 bris vehementia non sic in lethargo. Caterum lethar-  
 gici interrogati vt Aetius dicit respondent, caro vero  
 apprehensi minime, ego vero non arbitror, nulla re nō  
 differre humorem qui producit lethargum, ab eo qui  
 producit carum. Nam licet qui vtrūq; gignit morbum  
 pituitosus frigidusq; sit, autumo tamen tenuiorem esse,  
 qui carum creat, hocq; putrefactioni esse procliuiores:  
 hancq; ob causam vehementiorem ex eo excitari fe-  
 brem, porro quia humor tenuior est magis in cerebri  
 substantia potest imbibi, quapropter difficilius sensus  
 & motus carum quam lethargum consequitur. Porro  
 Auicenna. capi. de signis lethargi ait penes febrem, dis-  
 tingui lethargum a subet, innuit enim carum nō comi-  
 tari febrem cum lethargi semper sit comes, cap. etiam  
 de subet omnem profundum somnū subet vocat, vnde  
 constat: non quidquid arabibus dicitur subet, grecis di-  
 ci carum. Caterum Alexander non distinguit lethar-  
 gum a caro, imo carum dicit esse lethargum qui quantū  
 inclames qui eo praehenditur non excitatur, in eadem  
 parte. cap. v. primi libri videtur inuere posse esse lethar-  
 gum citra febrem.

C

**C**urant lethargum venæ sectio medicamēta quæ concoquunt, quæ purgant, quæ auertunt, quæ repellunt, quæ discutunt, quæ sympthomatibus medentur.

**V**enæ sectionem in lethargo vndecimo methodi laudat. Galenus si humoris crudi non adest copia, alijs scopi non reluctantur, fieri vero poterit vt inter initia ob humorum cruditatem venam secare non liceat, procedēte vero morbo humoribus magis concoctis tuto sanguis possit fundi.

**R**igidos & crassos humores à quibus lethargus oboritur syrupi calidi concoquunt, iuuat mel rosaceum syrupus de hyssopo oximel simplex & compositum, verum si neruosa pars est lesa à syrupis habentibus acetum est abstinendum, vt elicitur ex ijs quæ dicit Aetius, quod de syrupis diximus de alijs medicamentis etiam intellige.

**P**urgatio quæ per clysteres fit, in omni lethargo est utilis, prodest etiam ea quæ cum purgante fit pharmaco, nisi obstiterit virtus multiq; humoris crudi adfuerit copia, duodecimo enim methodi. monuit Gale. quod cum est febris cum multitudine crudorum humorum quæ syncopam solet producere, quod nulla alia euacuatione vtamur quam quæ fit per frictionem, idem docuit quarto libro de sanitate tuenda. Cæterum si virtus non reclinat nec crudi humoris multitudo impedimento est, proficuum est pituitosos humores lethargum producentes euacuare, hoc optime facit agaricus pilulæ de agarico diaturbit hiera ex colocyntide, aliqui hieram simplicem propter aloem veretur.

DE ARTE CVRATIVA. 35

tur: eorum tamen ratio vt in enchiridio dixi parū me mouet. Hæc vero sunt dicta de vniuersali euacuatione, particulariter à capite euacuant sternutamenta gargarismata Errhini & alia que in hunc vsum primo capitulo numerauimus.

**A** Dauertendum profunt crurum frictiones vincula cucurbitæ, spatulis agglutinatæ, cum cutis scapelo inciditur vehementius attrahunt & exciſant, cum igitur humoris crudi multitudo non verat curtem ſcarificabis, nec Matthæo aſſentiendum cenſeo, qui dixit maius incommodum inuehere in lethargo ſanguinem extractum per ſcarificationem, quam per venæ ſectiōnem, quia ſanguis extractus per cutis inciſionem eſt ſubtilior, primo aberrat aſſerendo hunc eſſe ſubtiliorē, cum membrorum naturæ ſit propinquior, & eſto quod ſubtilior eſſet nil probat, cum ſanguis qui eſt in partibus cutaneis non tantum obluſtatur humoribus crudis per totum corpus diſſeminatis ac ſanguis qui in magnis continetur venis, adde quod venæ ſectiō quia ex partibus principijs magis euacuat debilitat magis. Cæterum poſt euacuationem cucurbita occipitio cum multa ſiā fixa parte cui ſigitur inciſa iuuat, ſed de hoc infra.

**I**nter initia medicamenta repellentia fronti & partii anteriori capitis ſunt admouenda, iuxta id quod tredecimo methodi, dicit Galen. qui ait commune vtriq; vitio & ei quod cum ſopore & ei quod cum vigilijs inciſit eſt vt oxirhodinum in principio admoueas, nocent enim in principio olea calida quia fluxum auget, febremq; exacerbant, id quod vndecimo libro de ſimplicium medicamentorum facultatibus Galenus exarauit, qui cap. de caſtorio ait lethargicos & cataphoriz

cos affectus qui quidem adiunctam habent febrem, præstat non dictorum oleorum calidorum scilicet mace-  
rantes curare, sed potius ex rosaceo capiti colloq; impo-  
nere, hæc ille, ex cuius dictis non solum docemur, calida  
olea in principio esse repudienda, sed monemur  
etiam vt inter initia non solum capiti rosaceum impo-  
namus sed etiam collo, præclare enim medicamēta col-  
lo admota faciunt ad humores repellendos, qui ex par-  
tibus infernis ad caput confluunt, idemq; in phrenitide  
esse faciendum non est cur quisquam dubitet. Dicitur ta-  
men aliquis linimenta frigida apposita collo reniten-  
tur repulsioni quam medicamenta capiti admota mo-  
liuntur, videtur optime annotatum, verum si medicus  
considerat tantum esse ex partibus quæ infra sunt ad ca-  
put confluxum vt totis vijs huic confluxui sit repugnans  
dum, maior utilitas speratur, ex ijs quæ prohibentur ap-  
pocendi, quam damnum ex aliquorum vaporum in capi-  
te occlusionē. Adde quod frigiditas rosacei quod est in  
collo muratur etiam per magnas venas capiti, quæ qui-  
dem frigiditas tantum abest vt repulsionem veter, vt il-  
lam adiuet. Cæterum tepida & non frigida applican-  
da sunt epithemata in lethargo, nã si in phrenitide vbi  
si magna viget inflammatiō tuta non esse epithemata fri-  
gida, aliqui dixerunt, constat in morbo à frigidis hu-  
moribus orto vt lethargus est, nequaquam esse oppor-  
tuna. Cæterum ex dictis Aetij colligitur raro acetum  
epithematibus esse miscendum, quia si nervosa pars est  
læsa acetum extra appositum non minus quam ebibitum  
nocet.

**A**D discutiendum opitulatur decoctum stracæ dis-  
symbri, roris marini, floris camemelæ saluæ,  
coquenda vero sunt hæc herbæ in aqua cui acetum  
ti por

DE ARTE CVRATIVA.

37

si portiuncula sit admista, ipsæ vero herbæ aceto asperse capiti admotæ etiam iuuant, dūmodo neruosa pars non sit læsa, non cedente malo cucurbitam occipitio figere monet Aetius indeq; sanguinem per scarificationem detrahere: Porro non solum occipitio, affectione iam inclinante iuuat, sed etiam parti anteriori cū multa flāma, efficaciter enim sic discutitur humor, ad idem facit synapismus capiti admotus, prodest etiam balneum, gestatio porro cum in balneo lethargius fuerit enemate mordaciore est vtendum vt Aetius monet.

**S**ymphomata quæ lethargicos male habent multa sunt, inter ea vero præcipua sunt inexcitabilis somnus, vrinæ & excrementorum alui cohibitio, comitari etiam eos solent tremores neruorum contractiones, præcordiorumq; inflammatio, aduersus soporem prodest vapor herbarum, quas ad discutiendum laudauimus, præcipue si diste herbæ aceto fuerint insectæ, facit acetum feruefactum & lateri inspersum, excitant sulfur chalbanum, sternutamenta, ad prolicendam vrinam cataplasmata calida pectini sunt ad mouenda, manuq; est comprimendum, vt precedenti capite diximus, ad aluum irritandam clysteres acuti balani fortiter irritantes iuuant, aduersus tremores vnguenta castæa capiti & dorso sunt imponenda, prodest oleum irinum oleum de costo, oleū laurinum cum ijs oleis & pyretro caryophyllis & bacis lauri potest fieri vnguentum quod licet tremor non adsit ad discutiendum prodest, alia id genus. capitu. de neruorum tremore & contractione tibi videre licebit.

DE CATHOCO.

C iij



Athocus est quædam corporis tensio quæ à frigido & sicco humore proficiscitur, vt Gal. exponit commen. secundo prorrheticorum commento capite dolentes cum cathoce, atq; quia ex humore sicco hoc malum proficiscitur, ob id tensos aperosq; habent oculos qui illo corripuntur, vt eadē parte dicit Galen. & quarto libro de locis. Caterum tria esse cathoci genera auctor finitionum medicarum exarauit, vnum vocat somniculosum lethargo proximum aliud vigilans cui affinem tetanum esse & præfocationem vuluæ ait, tertium phreniticum misit inter se morbis cathoco & phrentide. Caterum de hoc tertio genere forsan fuit locutus Hippo. secūdo prorrheticorū. cum ait capite dolentes cum cathoce delirantes, vide quod cathochum de lirio adiunctum dicit se vidisse, hoc dupliciter potuisse accidere, Galenus ait vel vt immotum & concretum corpus totū esset exiguum tamen homo quipiam loqueretur, vnde dignosci poterat desipientia, vel desipētiam veluti ducem subsequuta est cathoce, qua iam completa non amplius loquebatur, iuxta hanc secundam Galeni expositionem cathochus iam facta nūquam est cum delirio, quare genus illud cathochus scilicet phrenitica completa cathoco minime conuenit, sed dicit aliquis cathochum spetiem delirij esse ait Aetius, secundum quod de ratione cathoce est vt sit cum delirio, ad hoc est respondendum vocabulum delirij fusa significatione capi ab Aetio, pro omni mentis læsione qua significatione amentia complectitur, possumus etiam dicere Aetium ideo cathochem delirij spetie dixisse, quia licet non loquantur mentis alienationem motu demonstrant, aliquando enim vicinos parietes attingunt, vt phrenitici, manusq; ad mouent ad caput & ad oculos

quæ ratione  
delirij potest  
esse cum catho  
co

## DE ARTE CVRATIVA. 41

diximus sanguis est fundendus: ijs non apparentibus primum venter clysteri est eluendus, iuuat clyster ex decocto saluæ stæcadis polyadij thimi ficuum vrticæ furfuris, decocto colotransfuso adde benedictam, vel hieram logadij balani acuti, tum ad auertendū tum ad euacuandum etiam sunt vtilis, atq; si æger pharmanum purgatorium potest ebibere, optimum est exhibere aliquid quod à capite vacuet: prodest confectio hæmæ vel electuarium de sena cum hiera colocyntidis & diacarthamo, interim vero quod medicamentum purgans non exhibetur, syrupi vim habentes calfaciendū & attenuandi sunt exhibendi, valet syrupus de thimo, syrupus de hyssopo, mulsa in qua origanum & tragonianum sint decocta.

**A**D auertendum, clysteres, balani, pedum frictiones, vincula, cucurbite, spatulis agglutinate iuuant: atq; vt in summa multa complectar, omnia quæ ad reuellendum in alijs capitis morbis iuuant, profunt in catocho.

**I**Nter initia caput oleo dulci irrigare iubat Aetius, deinde si caput calidius apparuerit, caput papaueris in oleo coqui iubet, si vero frigidius serpillum, vult enim calidos humores oleo cui papauer sit incustum attemperare, frigidus vero oleo in quo coctum sit serpillum. Cæterum ante sanguinis missionem periculosum est oleo frigido caput contingere, si quidem si ob sanguinis multitudinē caput occupantis & ipsum superimplentis caput est calidius, medicamenta frigida meatus obturando sinusq; cerebri comprimendo affectionem auerent, sinante sanguinis missionē admoventur,

C v



**A**D discutiendum humores catochum producen-  
tes, ea medicamenta quæ in capitis dolore dixi-  
mus profunt, atq; quia hic morbus partem po-  
steriorem capitis tenet, vt quarto de locis dicit Galen.  
ideo medicamenta discussoria illi parti sunt ad mouen-  
da. Cæterum si dictis medicamentis non cedit malum,  
vtilissimum erit cucurbitam eidem parti & primis ver-  
tebris apponere, cum forti enim flamma potenter dis-  
cutit, non ab re vero erit partē cui apponitur scapello  
scindere, indeq; sanguinem extrahere, auocantur enim  
sic humores de internis ad externa, ventriculiq; cerebri  
à magna plenitudine explicantur, post vero scarifica-  
tiones synapismus est ad prime accōmodus, sed omnia  
hæc iam ex superioribus patent.

## DE APOPLEXIA.



**A**poplexia est cum omnes corporis actio-  
nes tam voluntariæ quam motiæ defi-  
ciunt: eorum principio læso: vt Gal. dicit  
quarto lib. de locis. Ceterū licet plurima  
ex parte ex viscido & crasso humore apo-  
plexia gignatur, cōtingit tamē ex sangui-  
ne proficisci, vt libro de sanguinis missione idem profi-  
tetur. Cæterum apoplexiam ex sanguine genitam inter  
morbos frigidos numerat Gal. lib. de causis morborū,  
venis enim sanguine interceptis natiuum extinguitur  
calidum, sanguis vero sic interceptus plus inducit mor-  
bi frigidi notas quam calidi, hanc porro ob causam au-  
tumo auctores sine discrimine dixisse apoplexiam hu-  
moris frigidi esse prolem, sed hoc satis late. lib. de viti-  
commoditatibus explicauimus. Cæterum quia apople-  
xia ex humore pituitoso oboritur, ob id in deuexa ætate  
te accidit

DE ARTE CVRATIVA.

39

ad oculos, in summa vt dicit Aetius neq; phreniticis sunt  
 similes, neq; lethargicis, in hoc enim quod phrenitidi  
 assimilantur, ad delirium refertur catoche. Porro iux-  
 ta hæc quæ ex Aetio dictauimus, aliam expositionem  
 textui Hippocratis & auctoritati finitionum medicarum  
 possumus adaptare. Caterum qua ratione vocat ille  
 autor catochum phreniticum potest lethargum aliquã  
 & carum vocare phreniticas, nam possunt frigidi &  
 crassi humores nonnunquam soporem & dementiam  
 inuehere, vt ait Gale. tertio de vulgaribus commenta-  
 tertio, qui ait non est nouum collectis crudis humoribus  
 esse sopitos & multitudine & frigore succorū cru-  
 dorum, dementes quod ac redinem pariebant & calo-  
 rem putrescentes. Mitto quod sæpe ex pituita & bile  
 oboriuntur affectiones, quibus est sopor & delirium,  
 sopor proles est pituite, & delirium bilis, sed de causis  
 catochi iam dicamus. Porro causa catochi est humor  
 frigidus & siccus, vt secundo prorrhæ. & quarto libro  
 de locis Gale. qui ob id dixit palpebras manere aper-  
 tas in catocho apprehenso, Aetius vero qui non solum  
 frigiditatem & siccitatem huius morbi causam esse di-  
 xit, aliquando dormire, aliquando oculos apertos ha-  
 bere catocho prehenso dictauit, ibi etiam dixit quod  
 non sentiunt, nec audiunt, parte vero citata de prorrhæ.  
 commemorat Gale. quendam eius condiscipulum qui  
 postquam ex catocho conualuit, dixit se audire, quan-  
 quam non euidenter: Non nulla item memoria tenuis  
 se, præsentibusq; omnes se conspexisse, verum forsân non  
 erat hæc completa catoche vt illa de qua Aetius, sed  
 ad causas catochi rursus reuertamur vt curandi metho-  
 dus fiat perspicua. Porro iam dixi Galenum semper fri-  
 gidum & siccum humorem hunc morbum gignere di-  
 xisse, Aetius vero dicit nonnunquam proficitici a san-  
 C iij

*tribus m  
 de p<sup>o</sup> lo m  
 Equidant  
 Spat del  
 pace ad  
 tra*

guine, in eadem parte dicit ex humore atræ bilis magis contingere, parum infra ait, in febribus lethargo similibus consistere, omnia hæc non videntur simul coherere, nam febris lethargo similis multum euariat ab ea quam atrabilarius producit humor, pro ijs controuersijs diluendis aduertendum est, catochum quæ est mentis deprehensio cum corporis tensione ex frigiditate & siccitate scaturire, de hac semper locutus fuit Galen. cuius naturam expressit Paulus. cap. proprio in fine, postquam enim catochi notas apposuit ait, ad hæc alium ac diuersum catochum à vigili sopore ac comate tradunt non compositam sed simplicem quandam causam habentem frigidiorē quippe & aridiorē materiã, hæc Paulus ubi catochi de qua Galen. causam tradidit mentionem fecit, aliam vero catochi specie nunc à pituita vincente bilem, nunc à sanguine proficisci insinuat, ad hæc catochi genera referuntur potius quæ Aetius dicit, quam ad illam peculiarem catochum quæ ex frigida & arida causa ortū ducit, licet ipse indistincte etiam suam catochū ab atrabilario humore procreari exarauit.

**C**urant catochum venæ sectio, purgatio, auersio, humorum qui in capite sunt attemperatio, eorumdemq; discussio.

**S**anguinis plenitudine apparente, illico vena est secanda humeraria iuxta que Aetius & Paulus monent: sanguis vero pro ægrotantis viribus est detrahendus.

**P**urgatio quæ per clysteres fit, in omni catochæ est utilis: cum sanguinis apparuerint notæ, primo vt diximus

DE ARTE CVRATIVA. 45

te accidit frequentibus, vt dicit Gale. tertio libro apho-  
 rifimorum apho. apoplexię fiunt, nec obstat quod Hip.  
 sexto libro apho. dixit, apoplexie magis fiūt à quadra-  
 gesimo anno vsq; ad sexagesimum, quia intellexit: vt  
 Gale. exponit, de ijs apoplexijs quas atrabiliaris concit  
 humor, contentiosus tamen aliquis velitabitur,  
 generatim apoplexias magis fieri vsq; ad sexagesimū  
 annum quam vltra, Hippocratemq; generatim fuisse lo-  
 cutum contendet, dicit forsan, decrepita ætate apople-  
 xiam minus quam in ætate quæ est à quadragesimo  
 anno vsq; ad sexagesimum annum fieri, qua plurima  
 ex parte, hic morbus inuadit hominem cui à prima con-  
 formatione cerebrum imbecille est, & qui cerebri im-  
 becillitatis causa huic morbo est obnoxius: vt plurimū  
 si in illum incidit est ante sexagesimum suæ etatis an-  
 num, quoniam non poterit cerebri natura tantum reni-  
 ti quin antea succumbat, hæc vt cunq; sint dicta quę licet  
 plene non mihi arrideant, promere dignum duxi, quia  
 plusquam quadraginta apoplecticos vidi, quorum vix  
 tres sexagesimum annum erāt egressi, quod suspicari  
 me fecit, Hippocratis sententiam generatim esse pro-  
 mendam, verum cum hoc à Galeni sensu plane descis-  
 cat asseuerare ipse non auderem, est vero annotandum  
 Aristotelem libro de somno & vigilia insinuasse, postea  
 excitari apoplexiam ex venarum quasi singulares vocāt  
 compressione, cuius contrarium docet Gale. lib. de vti-  
 litate respirationis, qui ex talium venarum compressio-  
 ne nil pati animal asseuerat, dicit etiam secundo libro  
 de decretis nec soporem ex talium venarum, vel neruo-  
 rum compressione oboriri, quod si venis compressis  
 amittitur vox, id eo accidere dicit, quod simul compri-  
 muntur nerui qui sunt iuxta prædictas venas, secundum  
 hoc possumus dicere, vidisse Aristotelem venis com-

pressis apoplexiam excitari, quia simul neruorum fiebat compressio, errabat vero in hoc, quod ortum tamen mali venis attribuebat, cum neruis iuxta venas extantibus attribuere deberet. Cæterum fit apoplexia sepe cerebro vulnerato, ait vero Gale. septimo libro de decretis, incisione quæ in cerebro fit, non prius sensum & motum amitti, quam ad aliquem ventriculum vulnus penetraverit, hoc vero aliqui dicunt esse aduersum ijs que secundo de decretis ab eodem autore sunt tradita, vbi reperitur si detractis ossibus, aliquem ex eius ventriculis compresseris, statim efficies vt omni sensu priuetur animal, verum ego in ijs autoritatibus, nullam inuenio contradictionem, quando compressionem cerebri vel ventriculi intelligit Gale. quæ obstruit cerebri meatus, quæ constat magis posse facere ad sensum demendum, quam vulnus, quod ad cerebri non penetrat sinum, neque eum claudit.

**R**emedia apoplexiæ sunt, venæ sectio, purgatio, auersio, discussio, breuiter de ijs dicemus, quia ferme ea via est progrediendum quàm catalepsi.

**V**bi sanguinis apparuerit abundantia, confestim sanguis est detrahendus, iubent vero arabes simul ex vtroque cubito sanguinem mittere, vt æquo vtrique cerebri parti succurratur, hoc neminem ex græcis præcepisse video, Aetius enim ex dextra manu sanguinẽ mittere iubet, copiamque sanguinis diuidi, ob hoc quod conuoluerit oportet tantum & non exolueri, vt vires nec calorem extinguere, fuit porro parcus in sanguine mittendo Aetius, quia forsitan non ex sanguinis multa redundantia apoplexiam oboriri consentiunt.

sancit

DE ARTE CVRATIVA. 45

ſane ſi contrarium voluit non expreſſit. Porro ſanguine cerebrum ſuperimplente & occupante non videtur cur ſanguis aſſatim non mittatur, ſi enim in carocha quã ſanguinis multitudo generauit hoc eſſe faciendum ille docuit, non eſt cur in apoplexia non fiat, ſi igitur non ſolum ad excitandum ſed ad euacuãdum fit ſanguinis miſſio ſine formidine poterit quis ſanguinem extrahere, hoc enim ex Hippocrate & Galeno quarto de ratione viſtus colligitur, qui tradentes curationem apoplexiã dicunt, ſanguinem auferre oportet, inſpectã ſecundum habitum ætatemq; pluris minoris ratione, in hac vero parte ſi celebres autores dicunt, internam venam eſſe ſecandã, quod non perpetuum eſſe, quidquid muſa dicat, debes intelligere, etenim cum internam venam ſecare mouent, eſt quando magna eſt plenitudo ad eã ut à multitudine ſanguinis venarum fiant interceptio- nes & occluſiones, quando vero tanta plenitudo non eſt, humeraria vena iuxta eã quæ decimo tertio dicuntur methodi optime ſecatur: quod enim ibi dicit muſa quod in acutis morbis interna vena ſemper eſt ſecãda, à ratione eſt multum alienum, quando ſic & in phreniti de interna vena eſſet aperienda, ſibi ipſiq; aduerſatur, qui in pleuritide aſcendente, venam mediam vel humeralem ſecare iuſſit. Sed reuertamur ad dictum Aetiã, Porro ſi ſanguinis non eſt plenitudo & ſolum ad excitandum ſecamus venam, parce eſt ſanguis extrahendus, vt Aetiã monet, qui & in apoplexia ex crudis humoribus orta, excitandi cauſa innuit ſanguinem eſſe mittendum: Paulus etiam in omni apoplexia in qua vlla ſalutis ſpes eſt, venam incidere monuit, per ſanguinis enim miſſionem, omnes humores mouentur, illeq; motus eſt cauſa vt illi humores qui fixi cerebro adherent, impellantur alioq; tranſmutentur.

**P**urgatio quæ fit per fortes clysteres tum ad auertendum tum ad euacuandum iuuat, ad idem profunt balani, enitendum est quod infusum est emittatur per lumborum ac ventris frictionem. Porro concinatur clyster ex decocto steccadis anethi centaury baccharum lauri, decocto excolato addatur hiera, & electuarium de vascis lauri, nã vt Aetius & Paulus monent, quæ siatus discutiant sunt adhibenda; iuuat etiam euacuatio quæ fit per vomitus, præcipue si ex vetriculi cruditatibus malum est obortum, instillandum est decoctum feminis raphani cum melle, vel oximellite scylitico, vel pennam oleo madido illitam in os indere. Cæterum & potiones purgantes aliquando exhibere licet, hiera enim ausum fuisse tribuere Aetius scribit, permittit hæc affectio vt ille dicit, vel temere omnia tentare, peculiæ res capitis purgationes quæ fiunt cum apophlegmatismis odoramentis sternutamentis non sunt negligendæ. Porro apophlegmatismus ex aceto & scylitico in quo coctum sit origanum est vtile, fit ex oppoponaco & chalbano odoramentum, sternutamentum, cum elleboro albo & pyretro, iuuat multum ad pituitam ex capite proliciendam theriaca vel mel anacardinum ori instillatum.

**A**duertendum frictiones cucurbitæ & alia quæ superiori capite dicta sunt iuuant. Cæterum si præcordijs vel vtero apoplexiam obortam esse suspicaris, præcordijs ipsis, cum multa flamma cucurbitæ sunt ad mouendæ cutisq; scarificanda.

**A**d discutendum ea profunt quæ supra commemorauimus. Porro Aetius caput irrigare rosaceo cum aceto cui incoctum sit serpyllum aut spondi

## DE ARTE CVRATIVA. 47

ſpondilum iubet, hoc vero medicamentum potius est ad caput roborandum, prohibendumq; humorum affluxum, quam ad discutendum, sane in apoplexia ex humore frigido orta de qua Aetius loquitur, durum censeferem medicamentum frigidum adplicare, præter hoc enim quod frigida medicamenta humorum frigiditatem ad augent, cerebrum comprimunt & coartat quod in morbi est maiorem sæuitiem, esto etiam quod frigida conuenirent, acetum quia pars neruosa est læsa non vndequaq; est tutum. Hoc considerans Paulus oleo camæmelino & anethino, in quo coctum sit serpyllum & nepta & non rosaceo & aceto caput irrigare iussit; hoc porro Pauli linimenta & inter initia fas est vti. Cæterum discutunt fortiter synapismi, præstat vero cucurbitas cum multa flamma capiti figere, cutemq; scarificare, deinde synapismum vel aliud emplastrum fortiter calfaciens & exiccans capiti adplicare. Cæterum licet omnia hæc iuuare non videris, imo egisse animam ægroti tibi videatur, ne ille humo tradatur vsq; transeat triduum præcipere debes, hoc enim ex arabum monumentis accepimus. Nam graecorū aliquem hoc scripsisse nō memini, forsan arabes alluserunt Hippocrati sententiæ, qui septimo aphorismorum ait, quibus cerebrum sphacelatum est in tribus diebus pereunt, si vero hos euaserint sani fiunt, quid mirum enim quod considerarent quod apoplectico qui nullas viuentis præfert notas, cerebrum sphacelatur, dies igitur tres iuxta Hippocratis Aphorismum transire iusserunt, Nam si hos euaserint sperandum est & morbum declinare, & vires esse tam fortes vt morbus omnino superari possit.

## DE EPILEPSIA.





Pilepsia est conuulsio omnium corporis partium non perpetua, sed ex interuallis cum mentis ac sensuum laesione, vt Gale. dicit tertio de locis. Multa vero hic morbus sortitur nomina, dicitur sacer quod Galeno sexto de morbis vulga. displicuit, verum si ob id dicitur sacer, quia magnus est vt libro de industria animalium Plutarchus & sua arte curatiua Cœlius Aurelianus prodiderunt, absq; à scrupulo sic potest appellari, verum Plato. ob id sacrum morbum dixit, quia sacram occupat partē, quæ sententia minime fuit à Galeno probata. Cæterum comitialis dicitur morbus quia dissoluebantur comitia, si quemquam cum fiebant, hic inuadebat morbus. Porro tam detestabilis antiquis videbatur hoc malum, vt abstinerint à conturnicum esu vt dicit Plin. decimo libro. capi. vigesimo tertio, quia ipsa sola vt ipse dicit, præter hominem hoc malū sentiunt. Nō deerunt vero qui hoc non credent, quoniam Auicenna ait Hippocratem dixisse oues hoc malo frequenter corripī, dicunt etiam alij passerēs à patiendo morbum comitiale sic appellari, Aristo. vero trigesima prima sectione proble. pr. ob. vigesimo septimo, hominem solum inuadere epilepsiam dixit, sed de ijs hæc sufficiant. Subtilior enim est hæc quæstio, quam vt in ea immoremur. Cæterum tribus differentijs epilepsiam cōtineri, tertio de locis Gale. dicit, prima est cum primogenia affectione laborat cerebrum, secunda per cōsensum ventriculi ratione, tertia aliqua alia parte cerebro damnum mutuante. Porro humorem crassum huius morbi esse seminarium in eadem parte à Galeno est proditum, ait enim cæterum velox eius discussio crassum humorem spiritus meatum in cerebri ventriculis obstruentem hunc maxime affectum peperisse declarat, hæc

DE ARTE CVRATIVA. 49

rat, hæc ille, quæret tamen aliquis (nã fateor me ab aliquibus medicis fuisse interrogatum) quo modo velox discussio attestetur supra humorem crassum, siquidem humoris crassities veloci solutioni atq; discussioni nõ fauet sed obluatur, facilis est responsio, nam Gale. tradens causam epilepsie, hoc modo disseruisse intelligas, epilepsia totius corporis est conuulsio, conuulsio vel ab inanitione fit vel a repletione ex humoribus crassis, epilepsia ergo quæ conuulsio est, ab ijs causis vel ab vna earum debet proficisci. Caterum non fit ab inanitione, quia sic non subito fieret, & solueretur, cõfestim, relinquitur ergo quod fiat à repletione ex humoribus crassis, vt conuulsio quæ ob plenitudinem fit, hæc differendi arte & satis subtili vtitur Galen. pro confessio habens, quod conuulsio quæ fit à repletione ex crassis humoribus gignatur, ad alterum diuisionis membrum elidendum optime dixit non fit ab inanitione conuulsio, quæ est epilepsia, sed fit à crasso humore, ac si diceret, fit ex repletione, quia vero ex repletione fit, non mirum quod fiat subito & cõfestim soluat, quod neutiquam accideret si ab ariditate oboriretur: nec vero requiritur hũc humorem qui epilepsiam producit venenatum esse vt cap. de ephialta dicit Fontanonus, nisi quis omnem humorem crassum & nature inimicum venenosum vult appellare, sed hoc notius est quam vt explicari desideret. Caterum non est ignorandum, quod licet plurima ex parte ab humore crasso proficiatur epilepsia, quoniam nunquam humor subtilis & pruriginosus cerebrum vellicans hoc solet gignere malum, vt citato loco dicit Galenus. Porro cum ab humore sic mordicante epilepsia oboritur, non proprie dicitur ob repletionem euentre, potius enim praua qualitate quam quantitate mordens ille humor offendit cerebrum, vt cum quod fit non ex

D

inanitione dicemus illam epilepsiam proficisci, quod si  
 ea quam crassus humor creat subito fit, & confestim dis-  
 soluitur, patet hanc facile soluendam esse, sed de ijs lon-  
 gius capi. de conuulsione tractabimus, ibi enim decla-  
 rabimus Galenum non fuisse inicitatum, conuulsionem  
 quam peperit acris vel medicatus humor ad eam qua  
 ex inanitione fit posse reduci. Porro licet hoc ita sit, ne-  
 mo fatebitur veram inanitionem epilepsiae esse causam.  
 Ceterum licet epilepsia ab eodem ut plurimum humo-  
 re a quo apoplexia proficiscatur, facilius in illa se expli-  
 cat cerebrum quam in apoplexia, quia ut Galen. dicit  
 quarto de locis in epilepsia ventres magis cerebri, cor-  
 pus minus, in apoplexia corpus magis affici solet. Cae-  
 terum subnotandum est, quod morbus comitialis acci-  
 dit praecipue pueris, & longe frequentius recenter in  
 lucem aeditis, quia in ijs multa viget humiditas eorumque  
 cerebrum debile est, post hoc dicit Paulus adolescenti-  
 bus & adultis, qui sunt in aetatis florae minime vero seni-  
 bus, sed obstrepet aliquis cum a pituitoso humore ut plu-  
 rimum hic morbus oboriatur, videtur quod minus acci-  
 dat iuuenibus quam decrepitis, in quibus pituitae mul-  
 ta est copia. Veram Hippo. Pauli dictis videtur astip-  
 lari, qui tertio aphorismorum inter morbos iuuenibus  
 peculiare epilepsiam numerat, Galenus tamen miratur  
 quo modo Hippo. hoc scripserit, ait enim morbi comi-  
 tiales iuuenibus non accidunt multi haec illa. Ceterum  
 licet verum sit quod iuuenes multo rarius quam pueri  
 comitali corripiantur morbo, & hoc Galen. intendit,  
 non tamen hinc sequitur decrepitos iuuenibus frequen-  
 tius hoc morbo tentari, nam autoritari Pauli experi-  
 tia suffragatur. Raro enim qui in pueritia vel iuuetute  
 epilepsia non fuit correptus, in senectute hoc morbo  
 afflicatur, ad id vero quod obiectum est, quod in sen-  
 ctute

## DE ARTE CVRATIVA. 57

Autē pituitosi excrementi est multa abundantia, dicemus epilepsiam plurima ex parte accidere ijs quibus cerebrum à natura debile est, ideoq; difficulter ab arte superari, atq; quia qui ob cerebri debilitatem huic morbo obnoxij sunt, raro tantum possunt resistere, quin in primis ætatibus tententur, ideo primis ætatibus hic morbus est familiaris, qui enim ante senectutem hoc morbo non est correptus, cerebrum huic morbo parum prochiue esse indicat: iccircoq; rarenter si in huiusmodi morbum non incidit, ab eo in senectute apprehenditur. Hoc autē corroboratur ijs, quæ sexto libro apho. apho. vigesimo octavo Gale. ait, qui dicit necesse est naturam cerebrum esse imbecilius, si quis morbum comitalem passurus sit. Caterum sæpius viros quam fœminas hunc morbum occupare dicit celsus, durum videtur creditum, cum mulieribus cerebrum sit magis humectum, verum forsitan ratione menstrui sanguinis qui singulis mensibus expurgatur: huic affectioni sunt ille minus proclives, deorsum enim eunt humores in mulieribus, in viris vero maiore excitante calore superiora petunt, adde quod sæpe humor melancholicus: vt tertio de locis Galen. dicit epilepsiam parit, hoc vero humore magis viri quam fœminæ abundant.

**C**urant epilepsiam venæ sectio, concoctio, purgatio, auersio, accedunt quæ cerebrum & ventriculum roborant, hæc sunt pro huius morbi medella, quæ ad adultos attinent, quo modo vero pueri sint curandi excitandusq; epilepticus in fine dicemus.

**C**um accidit comitialis morbus ijs quibus menses vel hæmorrhoidum fluxus est suppressus, præclare facit venæ sectio, dum modo vires aerisq; tē-

D ij

## LIBER PRIMVS

ſ? peries humorumq; nimia cruditas non ſit impedimēto, hoc enim a Galeno didicimus, qui lib. de curandi ratione per ſanguinis miſionem ad anteuertēdam epilepſiā veritē tempore maleoli venas ſecare iubet, ſi vero affectio vexat in viro robuſto ex cubito profundemus ſanguinem, ſi enim maleolos ſecare iuſſit parte citata Gale. eſt quia ante vertere & non curare intendit, verum in ijs quibus menſes ſuppreſſi ſunt pro morbi medella iam vrgentiſ maleolos etiam ſecamus. Non eſt vero hic ſilentio inuoluendum quod Celfus die quo hęc affectio exacerbatur docet ſanguinem mittere, hoc eſſe faciendū forſan credidit, vt noxiuſ ſanguis qui motuſ eſt faciliuſ educatur, eademq; ratione die paroxiſmi ſoluere aliuſ præcepit, conſonū hoc ſatis ſententiæ eorū qui in quartana die acceſſionis phar maca eſſe exhibēda aſſeuerat.

**A**D preparandos humores craſſos valent ſyrupi vel decocta quæ vim habent calfaciendi & attenuandi. Caterum ſi à biliſo humore ventriculū inſeſtante epilepſia ducit ortum, ſyrupos exhibebimus qui bilis mordacitati & acrimoniæ repugnent, hoc enim modo attēperata bilis minus inſeſtabit, faciliuſq; à ventriculo vincetur, facit oxifacchar ſyrupus de ſucco citri de oxalide ſyrupus de intubo, omnibuſ vero ſyrupis miſcebis ſemen peoniæ quæ antipathia quadam epilepſiæ opponitur.

**A**D humores craſſos purgandū, celebratiſſimum medicamentum eſt agaricus, ex eoq; confectū pilulæ, pilulę de aſſayaret, alæ ſanguineæ, de ſina, quibuſ aureæ, ſi atrabilariuſ vero humor eſt in cauſa, confectio hanc electuariuſ de ſena pilulæ inde, ſi biliuſ humor cerebrum vel ventriculū mordens malum exal

DE ARTE CVRATIVA. 53

sum excitat, exhibenda sunt que bilem purgant, valet laborante vetriculo hiera simplex si vero per vniuersum corpus hic humor scaturit, exhibe que fortius purgant, miscebis autem semper aliquid agarici, quia cerebrum mire respicit, & quantumuis bilis hunc procreet malū, non potest debilitatum cerebrum pituitosa excrementa non generare. Cæterum purgatio que vomitu fit in epilepsia vitio ventriculi oborta est admodū proficua, ad vacuandam bilem da musam tepidam decoctum seminis anethi, & alia id genusque leuiter vomitum proficiunt, purgatio vero que per clysteres fit, tum ad euacuandum tum ad reuellendum nunquam non est utilis. Porro purgatio particularis que fit narifasis gargarismis bolis manforijs eo modo quo in alijs capitis passionibus est adhibenda.

**A** Versio fit ligaturis frictionibus cucurbitis cauterijs: vt in alijs capitis passionibus dictum est. Misere enim profunt cauteria ex cantaridibus & fermento carpo vel retro aures apposita circa quod obiter est notandum quod licet aliqui graues autores scribant alas & pedes cantaridum esse alexiteria ijs qui corpora ipsorum bibissent quod Hippoc. libro de internis affectionibus Arabum sententiæ fauet, qui dicunt in aliscantharidum esse presentius venenum, ibi enim alas demere iubet, sed reuertamur ad diuerticulum. Cæterum si epilepsia non est primogenium malum, sed per consensum affligit, considerandum est à qua parte mutatur damnum, nam aliter profunt reuulsiva cum à crure quam cum à brachio, aliter cum à præcordijs quam cum ab vtero malum mutatur: etenim si cruris consensus epilepsia oboritur, totus scopus debet esse in fricandocruce præstaty illud fortiter vincere, vt damnosa aura

D iij

cerebrum nō ascendat, atq; si aliquod vlcus in crure est a quo putrilaginosam exhalationem cerebrum petere consideras, parum supra vlcus ligatura est admouenda, parum vero infra cauterium apponendum, vt ea parte attrahatur quidquid perniciosum est. Porro ipsum vlcus non citra causam medicus inuere iubebit, idem faciendum est si in brachio est malignum vlcus epilepsie feminarium, si vero ex p̄cordijs hoc malum ducitur, post purgationem iuuant cucurbita cum scarificatione & synapsimi p̄cordijs admoti, optime enim hoc modo fit auersio. Caterum si ex vteri consensu epilepsia procreatur, ad optime auertendum valet cucurbita pectini fixa, p̄sisi & infusa quæ vterum expurgant. Porro si renum vitio epilepsia accidit, quæ morbis renum medentur sunt adhibenda, ad auertendum vero tunc utilissimum est cauterium infra renes apponere.

**A**D discutiendum humores qui in capite sunt fixi, iuuat oleo laurino & costino caput linire, ex ijs oleis cum cariophyllis amygdalis amaris & serpillo, & lauri baccis, & cera, potest parari vnguentum, vices vnguētī supplet theriaca & mitridatum, si fortius vis discutere synapsismum poteris capiti admoere: laudant aliqui ferro partem quæ supra comisuram est inuerrere, hoc Alexander non probauit, verum cum experientia sit hoc remedium comprobatum, non est cur in malo tam sano abdicetur, est vero subnotandum, quod Albucasis magnus cauteriorum artifex, nō in sutura sed in medio capitis & in occipite & super omne cornu ca pitisius sit admouere cauterium, qui nisi epilepsia fiat & pituita non sensit esse admouendum, timuit forsan inuersionē que in sutura fit, quia ex ea pendet dura membra, quæ ab igne lesa non potest tenui membranæ & cerebro dam

DE ARTE CVRATIVA. 55

bro damnū non mutare. Mitto quod incertū est in  
 viuenti homine futurū locus, nec quadrat quod illa cō-  
 mensuratione quæ digito medio sit ad amūm reperia-  
 tur, parū etiā de futura curauit Celsus qui inuentionē  
 in occipitio & infra qua summa vertebra cum capite  
 committitur adhibere præcepit: cum enim occiput nō  
 meatus ut incipit ad suam expurgationem habeat, vi-  
 sum forsan fuit illi, parti in qua pituitosa excrementa  
 magis impanguntur, & ex qua discutuntur minus, inu-  
 sitionem conuenire. Adde quod si postremi ventriculi  
 aut medij epilepsia est passio, ut Gale. dicit tertio de lo-  
 cis, iniusto in occipitio a parte affecta propinquius re-  
 uellit, eaq; parte perniciosus humor facilius euadet.  
 Auicennæ tamen qui priorum ventrium cerebri mor-  
 bum comitalem dixit esse affectum, non mirum quod  
 iniustio in comifura magis quadraret.

**C**erebrum confortant reliquiasq; morbi abusu-  
 munt diambarum electuarium pliris, confectio  
 de moscho, tam dulcis quam amara theria-  
 ca mithridatum ijs vero medicamentis optime miscen-  
 tur quæ delitescenti qualitate comitali morbo oppo-  
 nuntur, laudantur autoribus pæonia oxalis folia quinq;  
 folium, eboris ramenta, radix bryoniæ fifelis atq; spon-  
 dylij tum sementum radix, & rutæ siluestris semen, atq;  
 illius succum naribus admotum epilepticum excitare  
 tradunt, de sententia stanosmo dilaudat Alexander cor-  
 raliū, quod omnium arabum ore est magnopere lau-  
 datum. Cæterum Gale. & alij probati autores ut cap. de  
 dolore ventriculi dicam iaspidi viridi tribuunt quæ illi  
 corralio ascribunt. Cæterum decoctum gaiaci vel cy-  
 nux aliquibus epilepsia correptis dedit capite duabus  
 vel tribus partibus iniusta & vilitas est consecuta.

D iij



## Que pueris epilepticis medentur.

**P** Veris recens natis qui hoc malo corripiuntur dum est mel despumatum ad delingendum, vel oleum amygdalarum dulcium, puluis vero feminis pæonig vel eboris ramenti melli vel oleo non sine vtilitate miscetur, caput puluisculis ex cariophyllis cardamomo cypero cinnamomo est inspergendum, rutæ syluestrem olfaciant, pueri, matres calidis cibus vescantur, atq; abstineant a vino, atq; ob odore caprinæ pillis quam odoristetri causa potius quam alia spetiali proprietate epilepticis nocere, dixit Cælius Aurelianus. verum longe aliter se res habet, cum multæ res sint, quæ tetriorem odorẽ quam pellis, vel caro caprina fundant, non sit epilepsiam moueant, ob quod vt dicit Plutarchus in proble. capra sacerdotes abstinere voluerunt in qua parte etiam ait, capram præter cætera animalia comitiali morbo tentari, quod a duersum est ijs quæ ex Plinio supra prodidimus. Cæterum apium epilepsiam mouere scribunt multi, scribitq; Pli. vigesimo lib. in pueris ab apio in cibus accepto comitiales fieri, qui vbera hauriunt contrarium dicit quintus Serenus, qui ad curandam epilepsiam illud præbet.

**I** Nuadente morbi comitalis exacerbatione, frictio: nibus atq; ligaturis est vtendum, deinde is parato ore pennam oleo illitam immittere, & vomitum irritare, oportet etiam odoramentis sensum expergefacere, velut peucedano oximelle scylitico aut syluestri ruta cuius succus confidenter naribus est immittendus, perfeuerante exacerbatione medicus mandibulas diducat, & castorium vel mithridatum vel theriacam ori infundat. Hoc vero veluti auctuarium huic capiti annectatur quod

## DE ARTE CVRATIVA. 57

quod vt Hipp. dicit libro de sacro morbo ab hoc morbo esse tutiores eos quibus in pueritia vlcera in caput & in aures erumpunt: ac in reliquum corpus: & qui tunc sunt saliuosi & mucosi quia purgatur pituita vel alius infectus humor quem in vtero purgari oportebat dignum quidem prognosticum quod ob autorem & rationem quam præ se fert menti suppeditetur.

## DE MELANCHOLIA.



Melancholia nunc pro vno ex quatuor humoribus sumitur, nunc ægritudine quæ alienationis est species denotat. varie autem solent agi qui hac ægritudineprehenduntur, quidam caput non habere putant, quidam torose esse vitreos arbitrantur, alij dæmones ab inimicorum præstigijs sibi immisso esse autumant, sunt qui venenosum pharmacum accepisse suspicantur. Est morbus hic vt recte dixit Aetius omnifarius & non facile numerabilis quoniam præter tristitiam & timorem & inanesuspitiones quas incutere solet, contingit videre hominem illiteratum, qui melancholia correptus latinum sonet sermonem, repenteque carmina pangat latina, huius rei causam quidam dicunt esse quod ratione melancholiæ, mensest ab externis de occupata, ob quod potest eorum que antea sciebat probe recordari, absurda quippe opinio, quam iuxta Platonis dogmata esse traditam putavit quidam gainerius, sed multum hic abest à Platonica sententia esto enim quod verum esset, quod Plato. autumavit, scientiam scilicet nostram esse remissentiam, non est iuxta illius mentem, quod quis absque vlla perceptione nouum sonet sermonem, fiatque repente poeta, quoniam dicens Plato, quod scientia denuo

D v

animæ nõ inferitur, noluit quod idromata denuo non  
 adiscatur, sciebat enim ille ideomata non esse sciētiam  
 sed ad hominum placitum esse inuenta, nec est cur quis  
 neget, quod plura quã inuēta sunt possint denuo fingi,  
 quod si sermo latialis & græcus ab hominibus fuit re-  
 pertus, quonã pacto anima licet qualibet scientia fuis-  
 set decorata, in latialis sermonis notitiam se sola possit  
 deuenire. Porro vt idioma scientia non est, sic ad scien-  
 tiam non pertinet poesis, quam esse veluti quendã coele-  
 stem furorem dictauit Plato. Cæterum nec ratione me-  
 lancholiæ animam fieri perspicatiorem est arbitran-  
 dum, cum melancholicus humor potius animam turbat  
 quam illustrat. Sed hoc notius est quam vt tanta egeat  
 declaratione, sed dices aperi tu causam quando viri fa-  
 migeratissimi fatentur, viros illiteratos melancholia  
 apprehensos congrue sermonem latialem fuisse locu-  
 tos. Porro hoc non vi humoris nõ syderum influxu sed  
 dæmonis agitatione euenire arbitror, reperiens quip-  
 pe dæmon mentem melancholia perturbatam eam in-  
 uadit linguamq; pro libito voluit, nouimque sermo-  
 nem exprimere facit. Ad hunc modum quidam damo-  
 nio apprehensus in nouos sermones proruperat, qui ab  
 Hylarione restitutus sermonem quem nõ addiscerat fa-  
 ri prorsus desijt, refert quippe diuus Hieronymus in Hy-  
 lationis vita, curatum fuisse ab Hylarione quendam,  
 qui dæmonio detentus ad purum syra verba resonabat,  
 qui antea solum francorum linguã nouerat, dicat Gai-  
 nerius si Hylarionis ope mens illius dæmonio detenti  
 qui syre fari desijt quem forsitan melancholia derinebat  
 fuerit obcecata, nefandum dictũ, sed dimittamus Gai-  
 nerium quis porro audebit suæ opinionis fundamentũ,  
 opinionem scilicet Platonis tueri, quæ à christiana phi-  
 losophia prorsus abhorret, & sane de tãto philosopho  
 est miran-

DE ARTE CVRATIVA. 59

est mirandum qui tam debili ratione motus, tam absurdū fuerit professus dogma. Dicit enim libro de anima ob id colligi, nostram scientiam esse reminiscenciam, quod interrogatī homines si quis recte interroget, ad ea que ante non audierunt recte respondent, fragile quippe fundamentum, & tanto philosopho indignum, si brutæ animantes solo sensu ductæ, nullo monitrante magistro multa quæ multam sagacitatem & perspicacitatem præ se ferunt attingunt, quid mirum quod homo ingenio decoratus & intellectus acrimonia venustatus, respōdeat recte ad ea quis recte quesierit. Nouit Hippo. totomus sui ceruris venam vulnerare, ibis rostri aducitate ventrem expurgare, vlla debet tenere quemquam admiratio, quod homo, qui tantis numeris hæc animalia superat multa se solo possit attingere, sed de his iam satis, quæ in præludio huiuscapitis apponere volui, vt deinceps dictæ opiniones male fultæ nemini imponant. Redeundo vero ad pensum est notādum quod triplex est melancholiæ genus, vt dicit tertio libro de locis Gal. vel vniuersum corpus sanguine melancholico abundat vel solum cerebrū, vel in hypocondrijs melancholica aceruatur moles, à qua exhalationes mētem obtenebrantes ascendūt. Est vero considerandū, quod Hippo. quinto libro de morbis vulga. dixit, melancholicum humorē cum in corpus cerebri repit, epilepticū generare morbum, cum vero in mentē melancholiam, quem locum tertio de locis exponens Gale. ait, cum anima sit temperamentum actiuarum qualitatum, aut ab ipsarum temperamento permutetur, cum temperamentum murando ei vt simili nocet, ad mentem eam repetere dicit, hæc Gale. qui etiam iuxta ea quæ sexto vulga. commen. quinto ait, dicere poterat, humorem melancholicum cum cerebri spiritus lādīt, repere ad mētem,

siquidem ibi spiritum substantiam animæ minime dedi-  
gnatus est vocare, absurda opinio, de qua alibi. Cæterū  
licet melancholia mentem proprie quæ spiritalis est  
nō attingat, nec in illam repat, fat est eius sedem vel in-  
strumenta attingere, vt varijs & incertis illa imagina-  
tionibus teneatur. Porro offendit cerebrum melanchō-  
lia præcipuum eius temperamentum commutando, vt  
iam ex Galeno citauimus. Neq; inficiandum est, atrum  
colorem melancholiæ mentis sedem obtenebrando,  
timorem quemadmodum externæ tenebrę posse incur-  
tere, vt dicit Gal. verum iam quod hoc fateamur, niger  
color non est morbus, sed causā morbi, desinunt igitur  
esutire qui aiunt si prauus color offenderet, colorem  
esse aliquam sanitatis spetiem, pariter enim dicere pos-  
sent sagitam vel prauum alimentum quatenus morbum  
producunt esse morbos. Sed de ijs hætenus. Cæterum  
circa melancholiam flatulentam est notandum, hanc  
euenire si Diocli credimus cui tertio de locis non infi-  
ciatur Gale. vel ob vehementem calorem qui est in ve-  
nis quæ alimentum à ventriculo excipiunt, vel ob inflā-  
mationem oris ventriculi, quod intestinis continuatur,  
calor enim vehemens venarum sanguinem crassum &  
melancholicum reddit, inflammatio vero pylori ob-  
struit & prohibet, ne alimenta statuto tempore ad inte-  
stinum descendant. Quamobrem diutius in ventriculo  
manentia ab ascititio quem inflammatio præstat calor  
re aduruntur, & dictam generant passionem.

**C**urant melancholiam venæ sectio medicamen-  
ta quæ melancholicos humores cōcoquunt quæ  
eosdem purgant, quæ obstructions aperiuūt, &  
flatus discutiant, quæ cerebrū & vniuersum corpus hu-  
meant, quæ principes partes roborant,

In omni

**I**N omni ſpetiꝝ melancholiꝝ conuenit ſanguiniſiſio, conuenit in ea quam ex ſanguine per vniuerſum corpus redundante oboritur, conuenit etiam in illa quæ primogenium malum eſt, cum ſanguinis apparet copia, & in tertia quæ flatulenta dicitur cū ex alicuius viſceris inflammatione eſt genita: etenim vt diximus ex pylori miſenteriꝝq; & lienis atq; hepatis inflammatione huiuſmodi morbus poteſt generari. Ceterum cū ſanguine melancholico vniuerſum corpus ſcatet, venam mediam cubiti ſecare iubet Gale. tertio de locis, conſiderans vero quantam noxam ſanguinis fuſio fit allatura ſi alius ſanguis quam melancholicus extrahitur. Præcepit quod ſi fluens ſanguis non videtur melancholicus ſtatim ſupprimatur, ſi vero talis appareat tantum fundendum eſſe dicit, quantum pro laborātis corporis habitu ſatis eſſe coniecerimus. Porro ſi menſium vel hæmorroidū eſt ſuppreſſio quam ſuſpicamur huius mali eſſe fontem & originem, nō ab re venā maleoli vel poplitis ſecabimus, non enim Gal. cum mediam venam ſecare iuſſit vniuerſalia dogmata eſſe peruertenda voluit. Porro quæ diximus ſunt conſona iſis quæ libro de ſanguiniſiſione Gale. ipſe dictauit, qui dixit vbi eſt plenitudo ex menſium compréſſione venas crurium eſſe aperiendas. Exprefſe vero Poſidonius vt autor eſt Aetius præcepit mulieribus melācholia correptis quibus menſes defecerunt venam maleoli eſſe aperiendam. Porro ſi melancholia eſt primogenium malum, & ſanguinem mittere decernimus, venam in cubito exteriori aperiemus, reſpicit enim hæc vena partes quæ ſupra colum ſunt. Alexander vero inter initia iubet venam frontis aperiſſe, cum enim ſolū caput ſit læſum, nō abſonum cenſuit, illi ſoli præſtare medellam, verū præſtabit primo venam exteriori ſecare, deinde venam

frontis vel nasi, et enim post venæ cubiti sectionem, tertiore ad venam frontis accedemus. Cæterum si inflammatio in visceribus est, quam flatulentā melancholiam excitare cognoscimus, aperiemus venam axillarem, dū modo purgationes consuete non sint compressæ, his compressis vena poplitis aut maleoli non citra vilitatem aperitur. Reuellit optime harum venarum sectio, mensesq; vel hæmorrhoides citando mali tollit originē, in inueterata vero inflammatione quæ est circa iecur vel lienem, venam manus aperire conuenit, licet mēies sint suppressi, nam venæ quæ ad manus sunt propinquius euacuant.

**C**oncoquunt humores melancholicos, medicamenta quæ vim habent attenuandi, & incidēdi, valet syrupus de capillis veneris, syrupus de fumaris, syrupus de hyssopo, syrupus de radicibus decoctum quod primo capite ad coquendā melancholiam posuimus. Cæterum à syrupis vel decoctis quæ multum acetum habent, in hac affectione est abstinendum, siquidem acetum melancholicis est aduersissimum, vt tertio de ratione victus Galen. dixit. Sed obstrepere aliquis, Aetius & Paulus acetum acerrimum post omnem cibum absorbere monent, ijs quos hic detinet morbus, ad sic arguentem respondebimus, hos celebres autores non in qualibet melancholiæ spetia sed solum in flatulenta hoc laudasse remedium, qui quidem non laudauerunt acetum quia melancholiæ naturæ repugnet, sed vt deorsum pellat melancholiæ vapores qui cerebrum petunt. Cæterum hebetatum acetum scylla & ruta & aristolochia vt Aetius monet parum aut nil melancholiæ acorem præstabit, multumq; proderit illam scindendo & attenuando, adde quod plurima ex parte qui flatulenta me

lenta melancholia laborant ventriculi concoctrice vi debilita pituitosa acervant excrementa quæ ab aceto scyllitico optime dilecantur coquantur.

**I**N qualibet specie melancholiæ purgantia medicamenta solent iuare, nõ velim intelligas quod semper sit purgandum, nam aliquando citra purgationem reuelatur eger, vrenim infra dicemus, solo balneo melancholiam quæ primogenium est malum curasse dicit Gale. tertio de locis. Cæterum si magna melancholici humoris moles in cerebro est impacta, quæ solo balneo nõ potest educi, purgans exhibebimus medicamentum, idem faciemus in alijs melancholiæ speciebus. Est vero considerandum quod in flatulenta melancholia mitissima sunt exhibenda pharmaca, quia ventriculus male habet, cuius robur firmandum est & non exoluendum, adde quod forte pharmacum ab vniuerso corpore trahit humores ad hypocondria, vnde malũ exacerbatur. Porro Aloem laudat Paulus in melancholia quæ primogenium est malum. Sed multo magis conducit in hypocondriaca. Cæterum cum melancholiam per vniuersum corpus disseminatam aut in cerebro ingestam purgare vis, facit præclare cõfectio hæc electuariũ de sena lapis cyaneus quidquid dicat rabbi moyses ad soldanum, faciunt pilulæ inde, pilulæ de quinq; generibus mirobalanorum, nec dignũ est cedro, quod dicit Matthæus, quod in melancholia sunt porrigendæ potiones, & non catapotia, quia potiones humectant, quoniam & pilulæ euacuando humorem siccum, humectant, aloem præbet Paulus, quæ exiccat, sed si ratio Matthæi valeret, in nulla febre ab humore sicco producta, pilulæ essent propinandæ. Quod si decoctum tantifacis, post pilulas, illud exhibe, hæctenus de purgatione,



quæ cum pharmaco fit. Cæterum purgatio per vomitum in melancholia flatulenta conducit, monet vero Aetius vt leui vomitorio vomitus excitetur, quoniam vomitorium forte ærumnam ventri ac stomacho addit. Paulus vero diu durante flatulenta affectione præsentissimum dicit esse præfidium & quæ veratro per vomitiones fit purgatio, quæ si Plinio crederemus non paucis exhibitio elleboro esset molienda, ait enim vigesimo quinto libro, cap. quinto de elleboro tractans, antiquorum vitium erat, quod propter hos metus parcius dabant, cum celerius erumpat, quo largius sumitur, quæ ratio si vera esset, hortaretur medicos vt scâm onij aliorumq; fortium medicamentorum adaugerent quantitatem. Quod antiquorum alluderet sententiæ, qui horum medicamentorum multo maiorem quantitatem præscribunt, quam nunc exhibemus. Porro licet ego bene consentiam, quod hoc quo quo homines imbeciliores sunt, parcius quam antiquo tempore hæc medicamenta exhibeantur non omnino accedo ijs, qui tam scrupulose medicamenta purgantia exhibent, quoniã pauca quantitate quam porrigunt, non faciunt nisi humorum agitatione, corporisq; conturbatione. Mitto ratione Pliniani enim quadrat medicamentum in pauca quantitate exhibitum, multo magis in corpore morari, sed de ijs alibi plura, & ad diuerticulũ reuertamur. Porro euacuatio quæ clysteribus fit, licet in omni melancholia differentia sit utilis, in nulla æque iuuat quam in hypochondriaca, sunt vero in hac adhibendi clysteres qui purgent atq; flatus discutiant, non tamen sint multum calfacientes, ne humores agitando flatus excitent. prodest decoctum camæmelæ, anethi, pulegij, maluæ, alteæ, seminis lini, scânigræci, excolato decocto adde oleum anethinum & liljaceum & aliquid electuarii de iena vel diacarthami.

DE ARTE CVRATIVA. 65

carthami, vel alicuius hiere, prout enim purgandi & erit necessitas, hierā propinabis mitem inquā vel fortē.

**A**D aperiendas obstructions discutiendum est flatibus qui melancholiam flatulentam comitantur. Syrupi quos concoquere diximus iuuant, efficacius tamen hoc faciunt theriaca mithridatum diacurcuma, confectio de laca, extra vero linimenta & emplastra quae molliunt & aperiunt sunt apponenda, facit unguentum de oppilatiuum, unguentum de agrippa, ammoniacum aceto dissolurum lieni ad motum opitulatur, vt plurimum enim in hac affectione splen male habet. Ceterum ad discutiendum flatus cucurbitas inanes praecordijs agglutinare iubent autores, ad inflammationes vero & duritias cum scarificatione, fortiter enim reuellunt humores de internis ad externa, proinde quae inueterato iam malo profunt.

**B**Alneis humectantibus in melancholia quae primario afficit, & in ea quae ex melancholia per totum corpus redundante sit conducit, ait enim Gale. tertio de locis, solo decocto humectante curari eos qui prima ipetiae melancholiae quae nondum radices egit corripuntur, ad hanc rem facit aqua in qua cocta sit viola, rosa, hordeum, camemela, anethum, malua, semen lini, melilotum, pruna aliqui caput veruecis, cum his herbis simul coquunt, humectant enim optime huic rei etiam seruiunt unguenta humectantia facit oleum violaceum, oleum de cucurbita, unguentum quod resumptiuum vocant in omnibusque multum ungentibus aliquid unguenti

populei potes admiscere.

**I**N melancholica affectione non solum cerebrum sed cor conandum est roborare, atque in ea quae hypo-

E

condriaca dicitur ventriculi magna est habenda cura, roborant cor & cerebrum diambarum electuarium pliris confectio de moscho, mitridatum theriaca aliqui vero assidue confectioe alchermes & diamargaritone in qualibet specie melancholiæ vtuntur, ego vero in melancholia hypocondriaca medicamentum tam atringens quale diamargaritū quod in communi vsu est, non laudarem nec confectioem alchermes quæ ratione lapidis cerulei ventriculum subuertit, multi penderem, buglossum, multi laudant quam solam & lactucam melancholicum succam ex omnibus oleribus nō gignere dixit Auerr. verum Gale. tertio de locis solā brassicam inter olera melancholiā gignere dixit. Porro nec Gale. dixit buglossum esse hilaritatis causam, sed creditur quod nec approbat nec reprobat.

#### DE AGRITVDINIBVS NERVO- rum vel eorum symptomatibus.



Etui ægri tudines de quibus in præsentia breuiter tractabimus, sunt tremor resolutione neruorum, & conuulsio symptomata vel ægri tudines neruorū in titulo dixi, quia si ægri tudo est operationis lesio, merito sub ægri tudinis nomenclatura hæc intelligēda veniunt, si vero affectus actionem vitians ægri tudo est potius ad symptomata sunt referenda, vt elicitur clare ex his quæ Gal. dicit primo de differentiis morborum. Ceterum cum ægri tudo potius affectus sit dicenda quam vitiosa operatio: vt Gale. primo methodi. exarauit, constat tremorem & neruorum resolutionem & distentionem atq; conuulsionem potius dicenda esse symptomata, quam morbos est enim tremor atq; conuulsio vitiosa op-

DE ARTE CVRATIVA.

67

tiara operatio, resolutio vero integra neruorum immobilitas, vt Gale. lib. primo de symptomatum differentijs dicit, quod si sic se res habet, constat sub symptomatum albo hos affectus esse complectendos. Porro Aui-cenna ab ijs diuersa fuit profectus, qui conuulsionē a gritudinem neruosam diffiniuit, sed ijs misis symptomata dicta expendamus, à tremore auspicantes. Porro tremor auctore Galeno libro de tremore est inuoluntarius sursum & deorsum motus motarum. partium abinuicē, constat enim vt lib. secundo de symptomatum causis dixit, ex duobus motibus eo qui pondere membrū deicit, & eo quem virtus atollens contra opponit, neruorū solum est hoc symptomata: vt Gal. dixit quarto libro de differentijs pulsuum. cap. de descriptione pulsus secundum heraclidem tarentinum, hoc multi non aduertentes omnem palpitationem tremorem vocant, cum palpitatio & in carnosiss partibus sepe subsideat, vt ibidem & libro de tremore idem autor profiteretur, ex hac ignorantia euenit: vt cordis deprauatum motū qui palpitatio est, tremorem vocarēt, de tremore hucusq;. Porro neruorum resolutio aut integri lateris est aut vnius solum partis vt Gale. dicit tertio de locis, tunc latus vel pars dicitur resolutionem pati, cum nerui tum sentiēditum mouendi vim amiserint, contingit tamen in resolutione solum sensum interdum solum motum amitti: vt Gal. dicit primo libro de symptomatum causis, si enim membrum duplici neruorum genere est præditū, vnum quod ad mouēdum est, alterū quod est ad sentiēdum, non mirum quod neruus sensum præbens sit læsus, alio nequaquam læso, vel econtra. Si vero membrum solum vnum genus neruorum habet, etiam contingit motum amitti & non sensum, nam musculo parum læso sentiēs vis manere solet, motiua amissa, quia minori virtute per

E ij

ficatur vis sentiendi quam mouendi quia illa potius in  
 patiendo, hæc in agendo consistit. Cæterum si musculus  
 est illesus, & nerui qui in cute sunt fuerint affecti, contin-  
 get motum qui à musculo perficitur non vitari, vi sen-  
 tiendi deperdita. Porro neruorum resolutio potius di-  
 citur cum motus, quam quando sensus deperditur, vt ter-  
 tio de locis Gale. dicit, est autem hoc loco aduertendū,  
 quod non solum resolutio quæ vnā solam partē pre-  
 hendit, verum etiam quæ totum corpus infestat quæ pro-  
 prie apoplexia est Cornelio Celso paralysem vocari.  
 Porro inter paralysem & paraplexiam discrimen est,  
 quod paraplexia sola illa paralytis est quæ ex apople-  
 xia vel epilepsia fit: vt lib. quarto de ratione victus Gal.  
 dicit, lib. tamen primo de morbis vulgaribus commen-  
 secundo aphorismo. primo. Aliter paraplegiam capi-  
 video, ait enim paraplegia quæ frequens est in membri  
 resolutionem decumbit, verum tamen hominem non  
 perimit, at quæ in præsentī statu viguit paraplegia leta-  
 lis erit, in hac parte non membri resolutionem ex alio  
 morbo ortam, sed morbum qui in resolutionem decum-  
 bit vocat paraplexiam, nisi sic intelligendum sentias, q-  
 paraplexia quæ est integri lateris paralytis decumbit in  
 paralysem peculiaris membri, circa vero paralysem vnius  
 partis annotandum est, in resolutione partem sanam  
 trahere ægram & non ægram sanam: vt tertio libro de  
 articulis, capite centesimo dicit Gale. ait quippe si alte-  
 rius buccæ muscoli resoluantur, fit vt altera opposita  
 breuior & quasi conuulsa appareat, ea vero quæ affecta  
 est sanam consequens extendatur, ex his patet de erratis  
 Auicennam, qui in resolutione partem ægram trahere  
 sanam professus est, ex his etiam quæ in prædicta parte  
 dicit Gale. colligitur in conuulsione à parte ægra trahi  
 sanam, colligitur etiam partem trahentem fieri breui-

rem, tractam vero longiorem, quod aperte multorum qui practicas scripserunt sup'initatem demonstrat, sed ad conuulsionem iam transeamus, quæ fit cum inuictis nobis muscoli ad originem trahuntur, trahuntur nerui in conuulsione in eam partem in quam animalis facultas mitto infestate morbo eos solet retrahere: vt elicitur ex ijs quæ dicit Gale. lib. secundo de symptomatum causis, & libro de motu musculorum esse autem duplicem conuulsionem, vnam scilicet ex repletionem, ex inanitionem alteram, Hippo. in aphorif. docuit, quod de ea conuulsione quæ primum fit intellexisse & non de ea quæ fit per consensum interpretatur Gale. quinto libro aphorif. commento primo, in qua parte quaerit an vti singultus fit morbus ratione in ore vetriculi ita fiat conuulsio à mordacibus humoribus, qui in neruis sunt, non abnuie sed dicit aliquem posse velitari hanc ad eam quæ ex inanitione fit reduci, cum humores mordaces vim habeant exiccandi, sed si hoc verum esset, singultus etiam solum duplex assignanda esset causa, cum mordaces humores vel medicamenta acuta quæ singultum pariunt, vim habeant exiccandi, videtur autem mihi quod esto quod singultus à mordacibus humoribus proficiscatur nõ sic conuulsionem quia vt libro de vini commoditatibus diximus, singultus neruos vetriculi afficit conuulsio autem est passio musculorum, nerui autem qui sunt in musculis non sic irritantur sicut nerui oris vetriculi, quia nerui in musculis non tam nudi sunt & à carne & villis vinculorum hebetantur quod in neruis vetriculi quia ibi non est musculus non contingit, nulli enim sunt nerui qui tam acuto sensu ac nerui vetriculi vigeant, non est igitur mirandum, quod humores mordaces in ore vetriculi faciant quod in alijs neruis neutiquam possunt factitare, verum enim vero Gale, duodecimo metho.

non inficiatur, quod mordaces humores neruosa cor-  
pora rodendo conuulsionem gignant, vbi aliud genus  
conuulsionis ponit, quod neq; ex repletionem est neq; ex  
inanitione neq; ex humore mordaci, ex ingenti enim  
frigore quod tale quippiam quale gellu efficit dicit cō-  
uulsionē oboriri. Porro Philoteus quinto libro apho-  
ris. aphoris. decimo septimo, conuulsionem quæ ex fri-  
gore fit, ad eam quæ ex inanitione fit reducit, ait enim  
frigiditas facit ex siccitate conuulsionem, si cōtingat cor-  
pus esse siccum & carere superfluitatibus, cum interio-  
res partes penetrat, frigiditas enim exicat & ex primit  
vt spongia hæc ille, qui solum videtur hæc dicere, cum  
corpus siccum est. Ceterum si corpus multum humidum  
frigiditas contingit, non mirum quod quis contendat,  
tunc conuulsionem ex repletionem producere, frigus enim  
vehemens redundantem humiditatem intra neruorum  
fibras exprimens, & stipans, quid nisi fibras humore im-  
plet, & hoc est ex repletionem conuulsio. Ceterum con-  
uulsio ex ictu vel vulnere optime etiam ad conuulsio-  
nem quæ ob plenitudinē fit reducit, quia vulnus vel  
ictus si conuulsionem gignunt inflammationem pluri-  
ma ex parte creant, atq; quia de inflāmatione est timor,  
propterea ne conuulsio fiat, totis conatibus inflamma-  
tio est anteuertenda.

**C**Vrant tremorem neruorum resolutionē & con-  
uulsionem ex plenitudine genitam, vnde sectio  
medicamenta quæ concoquunt, quæ purgant,  
quæ neruis vel musculis impactos humores digerūt &  
dilucent, tandem quæ cerebrum & neruos roborant.

**T**Am in tremore quam in paralyfi, & cōuulsione,  
si sanguinis indicia apparuerint inter initia san-  
guinem

guinem mittemus, ex quo autem latere sit mittendus, autores non explicant, solus enim Aetius quæ vena sit, secunda in paralyfi explicuit, cum dixit ex sanioribus partibus est sanguis detrahendus, sed idem in conuulsione & tremore esse faciendum intellige, non enim inter initia partem affectam licet scarificare vel scapello aperire. Porro si non integrum latus sed partem hi morbi inuadunt, sæpe ex parte sana eiusdem lateris mittemus sanguinē, nempe mensibus vel hemorrhoidibus suppressis, si brachium dextrum paralyfi vel cōuulsione est apprehensum, non inutiliter venam maleoli dextri secabimus, nec citra rationem esto quod nulla euacuatio sit cohibita tunc prædictam venam aperiemus, que partim euacuat & renellit, idem facere licebit crure dextro conuulsione laborante, optime enim tunc venam internā dextri lateris scindemus, quod si in mandibula dextra est resolutio, & sanguinis plenitudo apparet, conuenienter tunc venam humerariam eiusdem lateris secabimus. Est vero aduertendum quod cum in paralyfi extrahitur sanguis, moderate est extrahendus, ne morbo præhensus plus æquo refrigeretur hoc monet, cap. de paralyfi Aetius, quod in conuulsione non exprimit, sed idem faciendum esse colligitur plane ex ijs quæ Gale. dicit primo libro de febribus ad Glauconem, vbi dicit sed neq; si quis simul & distentione neruorum laborauerit & sanguinis egerit missione, neq; huic tantum semel mittere oportet quātum exigit morbus, sed etiam accidenti aliquid est relinquendum, cuius causa sæpe sudores eueniunt & vigiliæ infestant.

**H**vmores qui dictos morbos creant plurima ex parte frigidi sunt, quare ad eos concoquendos syrapi vel decocta calidam vim habētia iuuāt,



Porro quia crassior humor est qui conuulsionem producit, quã qui paralytim generat. Ideo calidiori vi sunt donanda medicamenta, quæ ad concoquendum in conuulsione exhibentur, quam quæ porriguntur in paralytisi. Cæterum concoquunt humores dictos morbos generantes, mel rosaceum, syrupus de hyssopo, syrupus de praisio, syrupus de thimo, decoctum pulegij stæcadis & origani ad idem iuuat mel anto sinũ, confectio de stæcade vel de thimo, sed in ijs spatuari superuacaneũ esset.

**P**urgationem optime explent pilulæ de agarico, pilulæ aureæ, pilulæ de serapino, pilulæ fetide, pilulæ dictæ arthetica, si pilulas abhorret æger, utilis est potio ex diacarthamo & agarico, præstabit idem potio ex diaturpeto & antidoto indo. Cæterum quia humores hos producentes morbos purgationi nõ facile cedunt, oportet non vna vice velle purgationem explere, coques igitur & per interualla euacuabis. Porro inter pharmaca quorũ in ijs morbis tutus est & perquam proficius vsus, sunt pilulæ de hiera & de mastiche vel de assayaret, & alæ fangineæ, hæ enim citra molestiam purgant humiditatesq; exiccant, & cerebrum & nervos confortant. Cæterum non est relinquenda euacuatio quæ acutis clysteribus fit, quæ & euacuat & reuellit & nervos calfacit, ex quibus autem consistunt clysteres acuti supra iam diximus parabis porro clysterem ex decocto polipodij stæcadis, anethi, camæ melæ, origani, cui postquã colo fuerit transfusum addes aliquid diachartami vel antidoti indi, si fortiozem vis euacuationem in deshieram logadij. Cæterum peculiare sapite purgationes in qualibet harum affectionum est utilis, maxime tamen cum nerui à cerebro orti malo sunt correpti, verum quia primario vel secundo omnes nerui

DE ARTE CVRATIVA. 73

nerui à cerebro emanant, ideo generaliter capitis purgationi est intendendum, iuuant vero apophlegmatismi, gargarismi, boli, manstoni, narium infusa erchini, sternutamenta, & tandem omne genus medicamentorum quod peculiariter à capite purgare supra ià diximus, mire enim post vniuersalem purgationē hęc medicamenta iuuant, precipue in capitis tremore & muiculorum vnius mandibulę resolutione.

**A**D discutiendum profunt medicamēta exterius apposita, & interius ebibita, prodest vnguētum irinum, vnguentum laurinū marciaton, oleum de coito cū castorio, oleum nardinū cum euphorbio, emplastrum de baccis lauri, emplastrum ceroneum, laudant etiam autores oleum vulpinum & oleum de anseze, aqua vitis cum castorio optime discutit, non cedēte malo ad fortiora est transeundum, iuuat synapismum parti adfecte admouere, nunquam vero spina est negligenda, quam prædictis vnguētis semper linies illi vero vertebro aquo neruus læsus oboritur præcipue intendes, proinde in musculorum mandibulę resolutione primę & secundę vertebre medicamenta adplicabis. Porro ad discutiendum prodest multum cucurbitasmembro affecto admouere, hæc enim cum multa flāma neruos potenter calfaciūt, & ibi impactos humores discutunt, iubet vero Aetius, vt in conuulsione admoventur cucurbitę & pars affecta scarificetur, in paralyfi & scarificationem non exprimit, sed licebit etiā in paralyfi idem facere, excitatur enim sic qui à redundante humiditate strangulabatur calor. Porro quod facit scarificatio in brachio vel pede resolutio, facit venarū scisio quę sub lingua sunt in ea resolutione quę muiculorum mandibulariorum est, & in linguę resolutione.

Cæterum ad discutiendum iuuat, thermæ quæ vim sulphuris aut nitri aut salis habent, vt elicitur ex his quæ Galen. dicit libro de tremore, quo modo autem sit intelligendum dictum Aetij & Pauli, qui dixerunt sulphuralem balnea nervos emollire, libello de vini commoditatibus explicauimus, vbi diximus hæc balnea remollitos nervos indurare, eos vero quibus magna est durities mollire. Porro si aquæ sponte nascentes ad manum nõ sunt, arte ex medicamentis calidis parabimus balnea, quæ enim cui incocta sint camæmela sulphur saluia itegras pulegium chamæpytis lauri folia, vicè aquæ sponte scaturientis supplebit, hæc sint dicta de medicamentis quæ ad discutiendum exterius admoventur, ad eundem scopum facit ore accepta theriaca mithridatum, saluia imperialis diatrion pipereõ medicamentũ diospoleticon aqua vitis electuaria supra commemorata, syrupus de stæcade & tandem omnia medicamenta quæ strenue calfaciunt, vsq; adeo vero aliqui medicameta calfacientia laudarunt, quod dixerunt purgatione facta ea esse exhibenda, quæ febrem inducere valent, quod ab Hippocrate aiunt esse intellectum aphorismo. illo febrem in conuulsione melius est fieri, hoc vero recetiores magno opere irrident, atqui licet ego verum esse fatear, Hippocratem non docuisse febrem esse inducendam, non omnino illorum sententiæ qui febrem arte inducant laudant discredõ, si enim febris vnicum solet esse huius mali remedium, non est cur medicus vereatur, si adhibitis medicamentis, quæ ad calfaciendum exhibentur, febris suboritur, id colligitur esse ad mætem Galeni ex his quæ decimo quarto libro de methodo. dicit, obstitit enim curam tradens ait, illud ab eo qui obstitatem curat prædicendum, aliquando ex multo simul obortu motu & febris hominem tetari est credibile, & quod

febris

DE ARTE CVRATIVA. 79

febris ad rem propositam non aliena erit, utiq; si medicus recte omnia faciat, in hac parte Galenus insinuat febrem ex lassitudine inductam ad obesitatem curandam iuuare, si in obesitate quæ ut conuulsio & paralyshominini non nocet, febris inducta iuuat, maiori iure credere possumus in ijs tam periculosis morbis ex frigidis succis abortis sæpe opitulari, quod enim febris frigidus morbos cõcoquat, ex Galeno citato loco elucefcit, idẽ etiam ex ijs quæ dicuntur sexto de morbis vulgaribus. commen. tertio aphorif. minus ijs qui ex capite grauedinelaborant, colligitur, vbi Galenus ait febris post grauedines & raucitates veniens ipsas firmitus & certius concoquit, vt non iterum facile reuertantur. Hęc ille, porro si febris hanc coquendi vim habet, non est cur vereamur si adhibitis medicamentis calidis in morbo frigidissimo fuerit excitata, pellitabit enim forsã contumacem & alia via in expugnabilem morbum, minus enim verendum videtur, in morbo frigido febrem inducere, quam aqua frigida illum pellere tẽtare, tentamus tamen hoc non citra vllum periculum, vt tensionẽ quæ grauis morbus est profigemus, iuuare enim nõnunquã talem perfusionem & Hippocr. docuit, & experientia quidquid Paulus dicat comprobauit, si igitur gellidæ perfusionem aliquando in morbo frigido non timeamus, non est cur vereamur interdum febrem inducere, quæ magis opponitur morbo frigido, quam aquæ frigiditas, quæ solum in id genus morbis ex accidenti curat, dicta iam sint fatis de tremore paralyfi, & illa conuulsione, quam repletio creauit, ea enim quam siccitas peperit, si modo curabitur humectationem exoptat, vt Gale. dicit duodecimo methodi. addimus si modo curabitur, nam Gale. parte citata, talem conuulsionem insanabilem esse dicit. Cæterum si vulneratus neruus est,

est timor vt ex vulnere cōuulsio proficiatur, cutis vul-  
 nus apertum in glutinatumq; est custodiendum, quo per  
 neruum vulneratum sanies effluat, est etiā tutius cutem  
 latius incidere: vt Galen. monet sexto methodi. in qua  
 parte monet: vt à perfusione aquæ in id genus vulnere  
 caueamus. Porro inter initia in id genus conuulsione  
 sanguinem mittimus, si vires permittunt, alias noxios  
 succos auacuabimus, vulnus autem oleo calente Galen.  
 fouere iubet, immittere docet terebentinam solam ali-  
 quando euphorbio mixtam, hoc copiose citato loco vi-  
 debis, tertio autem methodi. præscindendum per trās-  
 uersum dicit muscolum si puncto musculi capite nulla  
 conuenientium medicamentorum vi remittatur, orta  
 autē conuulsione ex ictu feræ venenosæ alexiteria phar-  
 maca vulnere impones theriaca optime quoruncunq;  
 ictui siue interius accepta siue exterius admota opitula-  
 tur teste Gale. lib. de theriaca ad pisonem. Cæterū que  
 peculiariter aduersus cuiuscunq; animalis morsum con-  
 ueniant apud dioscoridem copiose inuenies.

### DE CATARRHO ET CORYZA.



Atarrhus siue distillatio Galeno autore  
 tertio libro de symptomatum causis est,  
 quādo superuacaneum cerebri in os des-  
 cendit, coryza siue grauedo cum in nares,  
 branchus siue raucitas cum in fauces, est  
 tamen hic considerandum, quod distillatio quæ in fauces  
 fit sub nomine catarrhi complectitur, verū cum hu-  
 moris distillatio fauces imbuens raucam reddit vocem,  
 branchus seu raucedo ex symptomate denominatur,  
 quod autem illa distillatio ad catarrhum sit referenda,  
 elicitur ex his quæ Gal. dicit citata parte, ait sane bran-  
 chos

DE ARTE CVRATIVA. 77

chos autem siue raucitas catarrhis superuenit, faucibus scilicet humore imbutis, vide quod raucedinem ex catarrho id est ex humore fauces implente dicit oboriri, ut catharrus possit dici morbus, raucedo symphoma, vel catarrhus causa branchus morbus, nec solum distillationem quæ in fauces fit, sub catarrhi nomenclatura complecti ex Galeni dictis perperditur, verum omnem distillationem quæ ex cerebro in os & partes ori fit subiacentes, & ut hoc clarius ilucescat, pensculemus quæ Galenus parte citata dicit, ips enim verbis ait, sane catarrhi & coryzæ causa est cerebrum cum perfrigeratum quidem est, & vide quod ad coryzam & catarrhum cerebri fluxionem reducit, deinde ait branchos catarrhis superuenit faucibus humore imbutis, ubi iam vnũ morbum ex catarrho ortum nominat, nominat alium morbum quem catarrhus parit, cum dicit quod si in gargarionem fluxio procumbit acinum gignit, nominat tertium si in glandulas defluit humor, alios nominat morbos qui a parte ubi figitur humor nomen accipiunt, id est dicitur ex his quæ dicit Aetius sermone quarto secundæ partis cap. quinquagesimo tertio, qui omnem defluxionem cerebri ad catarrhum siue distillationem & coryzæ reducit, ex omnibus his elicitur dicat quid velit Leonhardus secundo libro apho. commento aphoris. raucitates & grauedines, prescius sumpsisse Paulũ nomen catharris quam Gale. & Aetius, siquidem Paulus solam eam defluxionem quæ per palatum in fauces insluit vocat catarrhum, cum Gale. & Aetius omnem distillationem quæ in os & partes quæ ei subiacent catarrhũ vocent aqua sententia minime abluit autor finitionũ medicarum qui catarrhum defluxum in os & partes subiacentes vocauit, ex dictis etiam fit palam deerasse brachium, qui secundo thegni tractatu de cerebro dixit ca-

tarrhum dici vbi hinc ad nares aut peccus delabitur hu-  
 mor, errauit etiam musa qui praedicto apho. omnē de-  
 fluxum vocauit catarrhum, cum constet coryzam secū-  
 dum Galenum & Aetium à catarrhi nominis multum  
 esse disparatā. Porro si quod de catarrho dicit de rheu-  
 matismo dixisset non ab re fuisset locutus siquidem cō-  
 stat Galenum secundo libro ad Glauconem capite de  
 inflammatione & Plinium vigesimosecundo libro ca-  
 pi. decimo octauo omnem defluxum vocare rheumatif-  
 mum, triviales autem medici catarrhum & rheumatif-  
 mum nil differre putant, circa vero causas catarrhi est  
 aduertēdum, quod vel à sola intemperie proficiscitur,  
 vel à plenitudine vel ab humorum prauitate. Porro in-  
 temperies tam calida quam frigida potest producere  
 catarrhum, vt tertio libro de symptomatum causis di-  
 xit Gale. vario tamē modo hae causae imprimunt, quia  
 perfrigeratum cerebrum ceu similis pars in intemper-  
 riam versum, cum aestuat vero ceu in strumētalis imple-  
 tum hae ibi Gale. ex quibus elicitur deerrare Brache-  
 lium qui secundo libro artis medicinalis tracta. de cere-  
 bro. dicit catarrhum solum dici qui frigidam intemper-  
 riam sequitur, sed ad autoritatem Galeni reuertamur,  
 in qua insinuat intemperiem calidam si cerebrum non  
 impletur neutiquam esse catarrhi causam, ascitius enim  
 cerebri calor si aliunde nō auo caret humores cerebri  
 exiccando potius esset catarrho impedimentum quam  
 causa atq; quia aestuans cerebrum facile aliunde humo-  
 res recipit vnde impletur inde solet esse catarrhi incita-  
 bulum, si hae aduertis nūquam catarrho ex intemperie  
 calida oborto praestabis medellam ac si similis partis  
 sit aegritudo, potius enim est morbus partis instrumen-  
 talis cerebri scilicet infartio vt citata parte Galenus di-  
 xit, contingit autem cerebrum aestuare frigidus; q; sic  
 cos ad

DE ARTE CVRATIVA. 79

eos ad illud reliqua membra transmittere, vnde magnum sequeretur incommodum, si ad intemperiem calidam sola medicamenta frigida capiti admouerētur, sed hac parte sequenti lucidiustractabuntur.

**S**unt remedia catarrhi medicamenta quæ alterant sanguinis misio, medicamenta quæ noxios humores concoquunt, quæ purgant, quæ auertunt, quæ fluxum cohibent, quæ discutunt, quæ cerebrum confortant.

**S**i caput supra modum calidum est, & nulla apparet plenitudo lauacra & calidæ aquæ perfusio magno sunt emulumento: vt Paulus tertio libro dicit, si vero ex cerebri frigiditate oboritur malum, medicamentis calidis quæ caput calfaciant est subueniendum, est enim vtile oleo anethino vel laurino caput linire, ad idem facit decoctum herbarum calfacientium, prodest etiam suffitus ex thure & cariophyllis & ladano, folia roris marini, & lauri, & iuniperi, optime pro suffumigio feruiunt, sed in his non immoror, nam paucis remedijs si humorum non est acruata moles catarrhus propulsatur,

**S**i magna apparuerit sanguinis plenitudo, illico externa vena secanda est, & esto quod non sit plenitudo, in catarrho calido quem febris comitatur, si virtus & ætas & tempus non reclamant, venæ sectio est proficua, reuellit enim & euacuat temperatq; cerebrum exaicitio calore laesum, ad hæc præcauet interuam inflammationem, quam calidus qui distillatur humor solet gignere, verum si admodum biliosi sunt humores, & timor est quod per sanguinis extractionem reddend-

*in catarrho  
quæ sunt  
in tempore  
in max  
in  
si admodum  
la.*



tur biliofiores pronioresq; ad diftillandum bonum et  
a uena fectione abstinere, & exhibenda sunt quæ humo-  
rum acrimoniæ & exuitioni repugnent, fed de ijs par-  
te fequenti.

**A**D præparandos humores exhibebis fyrupos  
vel decocta; quæ id facere sæpe iam diximus, fi  
fuerint quippe humores calidi exhibebis fyr-  
pos frigidos, fi humores frigidi fyrupos calidos, fi ut ve-  
ro acuti expertes ne expectorationem prohibeant, nisi  
humoris glutinositas & tenacitas contrarium suadeat,  
perpende etiam quod ante vacuationem humorum, sy-  
rupi multum calfacientes nocent, nimirum quia humo-  
res multum attenuando & vias patefaciendo catarrhum  
ad augent.

**A**D purgandum exhibebis pharmacum proprium  
humorem respiciens atq; si caput multo humo-  
re est infarctum, diftillatioq; graue minatur ma-  
lum ante humorum præparationem oportebit phar-  
macum exhibere, diuertendi enim gratia sæpe non cõ-  
coctis humoribus exhibuit pharmacum, Galen. vt infra  
capitu. de Hippitudine, enucleabimus, hæc dicta funt  
de generali capitis purgatione, peculiare etiam purgã-  
tiones multum iubant, etenim si diftillatio est ad os vel  
partes ei subiacentes, narium infusa & errhini post vni-  
uerfalem purgationem multum opitulantur, ad hanc  
rem facit succus foliorum betæ, succus radicis betæ de-  
coctum origani melli mixtum, oximel diureticum, sy-  
rupus de stacade nari quod ex ijs volueris immites, ad  
idẽ iuuat errhinus ex theriacæ vel mithridato nari indi-  
tus, eam rem complebit errhinus ex puluere diagalana-  
gæ vel puluere medicamenti diatrion pipercon melle  
conciua

## DE ARTE CVRATIVA. 81

concinatus si vis plura videre, quę supra scripsimus speculari. Cæterum si ad nares est defluxio gargarismi & apophlegmatismi auertunt & caput purgant, verum quia tutius humores ad nares quã ad os decurrunt, ideo nisi coryza graue malum in naribus minaretur non est gargarismis auertenda.

**A** Versio partim completur ijs remedijs quę caput peculiariter purgare diximus, nam ex naribus ad os fit auersio, vel deriuatio, ex ore ad nares, ad auertendum etiam faciunt pedum frictiones, curbitæ spatulis vel natibus admote, quatenus humores ad externa deducunt auertunt. Porro balnea eadem ratione iuuarent nisi timor esset quod internos meatus aperiendo fluxionem iuuarent, iubet vero Aërius quod si distillatio eius proffigatiōi obstinate repugnat quod datur æger ad balneum & ex alto frigida aqua in caput demittatur, vt violentum inde sustineat iniultū, Euestigio enim dicit sic densitatem dissolui, sed nō videtur quo modo aqua frigida densitatem dissoluat, nisi natium reuocando calorem, vt in distentione facere Hippocrates monuit. Cæterum Celsus non solum in antiqua distillatione sed in quacunq; frigida perfusionem laudat. Sed hoc non tam ad curandum iam instantem morbum quam ad præcauendum à Celso esse dictum possumus intelligere, sed ad auersionē iterum reuertamur, quã optime faciunt emplastra calida anteriori partı capitis admota. Prodest emplastrū de taphia sterco colūbinū mixū ammoniaco, theriaca mista sagapeno.

**L** icet distillationis multa sint remedia, nullū equę distillationi opponi dicitur, ac illud quod ipsam distillationem cohibet, iuuant enim quę expe-

F

etorare faciunt, cum ad pectus est defluxio, sed proprie  
 hi quos ad iuuandum ex creatum porrigimus syrups distilla-  
 tionem sanare non dicuntur, propius enim deflu-  
 xum in pectus humorem respiciunt quam ex capite flu-  
 endum, quæ enim proprie cohibent adstringentem na-  
 turam habent potius humoris ad fluorem apti quam il-  
 lius qui iam fluxit sunt auxilium. Caterum hæc astrigen-  
 tia medicamenta quæ distillationem dicuntur cohibe-  
 re, multifariam à medicis adhibentur. Nunc per garga-  
 rismos, bollos mansorios, nunc per salfitus, nunc per  
 euaporationes, nunc per emplastra astringentia, fit gar-  
 garismus, ex diamorone vel ex decocto rosarum sicca-  
 rum & lenticum, ex syrupo myrtino, quod si maiorem  
 incrasationem queris, ad desyrupum de papauere, hic  
 enim gargarismus licet frigidus & astringens est ad pul-  
 monem & arteriam defluat humor non est incōgruus,  
 non enim est acquiescendum mesue qui in defluxu ad  
 arteriam, & pulmonem quod libet gargarismi genus  
 vetat, cui differen. propria subscripsit concili. Porro si  
 gargarismus calidus est, virtute mō attrahendi habet, in  
 prædicto defluxu nocet, vt Gale. dicit sexto de morbis  
 vulgar. commen. secundo, verum si gargarismus frigi-  
 dus est non est cur sit formidandus. Gargarismus enim  
 hac natura donatus, potius repellit humores defluentes  
 ad arteriam, & pulmonem quam attrahit. Credo tamē  
 conciliatorem & alios lapios fuisse quia Gale. parte ci-  
 tata commento aphor. & vbi eructatio confert ait, vtq;  
 gargarizent iubere conuenit si nihil ex hoc peius esse  
 cōturi sumus, nam in quibus suspicamur ne forte in asper-  
 ram arteriam & pulmones fluctio diuertat, tunc ab hu-  
 iuscemodi reuulsione cauemus, hæc Gal. qui solum ve-  
 rat gargarisationem quæ ad reuulsionem vel deriuat-  
 tionem fit, eam vero que ad repellendum iubet, tantum  
 abest

DE ARTE CVRATIVA.

83

abest vt veter, vt ex suis dictis colligatur esse proficiuā,  
 hæc de gargarismo qui ad fluxum cohibendum iubat,  
 bolus mansorius, si distillatio est calida, fit ex bolo ar-  
 menia, & speticibus dragachantę vel ex pastillo de succo  
 no, mixto philonio, diapapauer in forma solida, ore de-  
 tentū, idem præstat faciunt pilulę de cynaglossa, ele-  
 ctuarium de dragachata remissam vim habet, sed expe-  
 ctorare facit, & fluorem detinet. Cæterum si humor fri-  
 gidus est, qui distillatur, thus ore detentum iuuat, ex thu-  
 re & cumino in aceto infuso, & maitiche, & vernice, be-  
 ne tritis, & mixtis, cum cera fit bolus, qui ore detentus  
 optime compescit, suffitus fit ex rebus astringentem na-  
 turam habentibus, hæc quę ad bolum mansorium cõ-  
 cinandum vtilia esse diximus, ad conficiendam miscelā  
 pro suffitu sunt idonea, si humor est minus calidus, rosa  
 & santalus ad suffitum faciunt, euaporationes ex deco-  
 cto rerum adstringentium, mirifice opitulatur acetū su-  
 per laterem candentem infusum, si fortiorem vim exo-  
 ptas, coque medicamenta astringentia in aceto, & mo-  
 do dicto fac euaporationem, fit emplastrum ad capitis  
 futuram, ex bolo armenia, & terra lemnia, & plantagi-  
 nis succo, humores incrassat, & ad fluxum reddit minus  
 proclives, est vero ad aplicandum purgatione facta, nam  
 alias humores in penetissima cerebri sitiparet, vnde non  
 leue sequeretur incommodum, quod si quis vellet vili-  
 tari, nunquam hæc emplastra adstringentia destillatio-  
 ne laborantibus esse præsidio, non facile a contradicen-  
 te vincetur, videtur enim plus hæc emplastra nocere  
 meatus obturando quam prodesse humores incrassan-  
 do. Gale enim quinto metho. tantum timet, de capitis  
 meatus obturatione in catarrho, quod repingui caput  
 contegere vetat, sed aliud est adstringens medicamen-  
 tum quam pingue, pingue enim obturat & humores nõ

F n

LIBER PRIMVS

incrassat, nec fluorem sinit, adstringens vero medicamentum licet obstruat, hoc beneficium confert quod tota natura fluori opponitur.

**M**edicamenta quæ ad discutiendum in capite dolore laudauimus, in distillatione etiam iuuant, non tamen prorsus sint ab astringenti natura immunia, vt cerebrum ex distillatione debilitatum roborent, & ne remorbescat illud tueantur. Prodest oleo costino, vel laurino, caput linire, iuuat emplastrum ceroncum, comissuræ anteriori applicare, prodest oleum de costo, vel de castorio, auribus infundere, vt enim dicit Gale. duodecimo methodi. oleum de castorio auribus instillatum, non solum aurium sedat dolorem, sed morbis qui in ore sunt medetur, discuties etiam medicamentis calidis naribus infusis, ad hanc rem concinuit miscelam Aetius naribus immittendam, consistat miscela ex thure & myrrha, cum vino & oleo contritis, quæ ad deriuandum in catarrho esse vtilem nemo non videt. Porro suffitus ex rebus calidis mire ad discutiendum subueniunt, quo modo vero sint parandi saculi, & alia medicamenta quæ discutiunt, ex superioribus est perspicuum.

**R**oborant cerebrum electuarium pliris & diamborum mithridatum, & theriaca confectio de mosche tam dulcis quam amara, sed plus æquo sum prolixus, cum omnia hæc capita superiora doceam.

DE HIPPIVDINE.



**H**ippitudo Galeno quarto de localibus medicamentis autore est inflammatio tunice agnata, secundo vero methodi oculorum phlegmonem optalmiam esse dicitur. quæ

qua significatione non solum agnatę membranę phlegmon verum etiam aliarum oculi membranarũ inflammatio, sub nomine optalmiæ complectitur, in ijs immolari non est opere pretium raro enim continget agnatam tunicam saluam esse, inflammatis reliquis, est enim agnata veluti reliquarum sepimentum, quibũuis iniurijs magis patet. Cęterum cognita agnate inflammatio nis medella, reliquarum tunicarum, si quę sunt inflammationũ remedia sunt in propatulo, eisdem enim præfidijs & agnatę & reliquarum tunicarum inflammationibus est succurrendum. Cęterum optalmia vel ex sanguine vel humorũ prauitate oboritur, optalmia enim vera quidquid Fuchsius scribat ex flatulentis spiritibus non proficiscitur, venę enim flatulentis spiritus distęta minimę dicuntur phlegmone corripiti, quod si inflammatione afficerentur repulsijs medicamentis inter iniuria essent curandę, cum phlegmonis oculi si hæc curatio, vt quarto medi. loca. Gale. dicit, verum flatuosis humoribus oculos infestantibus non esse apponenda medicamenta que repellant, sed quę euocent, Gale. de cetero tertio methodi. profiteretur, vbi non solum phlegmonis cerebri sed dolorum oculorum causas tradēs dicit, in oculis ex vehemēti acris confluentis humoris morfu aut quod eorum tunicę plenitudine distęduntur, aut propter crassorum humorum flatuosi ve spiritus extensionem, vehementes dolores excitantur. Porro licet cõtingat in oculis dolores intendi, ex flatulenti spiritus extensione, non sequitur ipsam solam extensionem, ex flatulento spiritu ortam, proprie dici optalmiam. Porro Fuchsius omnes quas oculorũ doloris predicta parate Gale. tradidit causas ad optalmiæ non sine manifesto errore causas reduxit.

**C**urant optalmiam venę sectio medicamęta quę

Humores præparant, quæ purgant, quæ repellunt, quæ partim repellunt, partim discutunt, quæ prorsus discutunt, quæ auertunt, quæ dolorem sedant.

**S**I sanguinis plenitudo adest, illico vena est secæda, Porro si vniuersum corpus sanguine abundat, tunc des venam mediam eiuſdem lateris, quod si in capite solum apparet plenitudo humerariam venam secabis, hoc enim sic esse faciendum ex his quæ cap. de dolore capitis diximus patent, contingit autem videre aliquem hippitudine correptum, cui nec in vniuerso corpore nec in capite sed in solis oculis sit sanguinis abundantia, qui sic afficitur sine sanguinis missione curari potest, quod indicat Gale. sexto libro aphor. aphor. dolores oculorum, verum iuuenis ille cuius in prædicta parte facit mentionem, Gale. non in primo insultu morbi à Galeno effragitauit opem, sed iam inclinante morbo vbi à nulla parte in oculos fluebat humor, si enim inter initia ille ægrotum vidisset, alia via curationem aggressus esset, quarto enim metho. scripsit, sanare oculum ante caput nõ licet, quod etiam duodecimo libro metho. etiam fuit professus. Caterum licet solam vnã venæ sectionem exprimam, non putes vnã solam semper esse adhibendam, si enim multa est plenitudo primo secabis venam mediam, deinde humerariam quam si necessitas exigat non semel aperies, sed bis aut ter pro necessitate, ægritudinis.

**Q**Uæ in alijs morbis humores biliosos concoquere diximus, concoquunt in optalmia ex his moribus biliosis orta, concoctionem nunc intellige fusa significatione pro simplici alteratione, nec admittendũ censeas quod dicit Gent. quod omnia acida in

da in morbis oculorum sunt deneganda, si enim acris est humor acida medicamenta quatenus candescētiam extinguunt plus iubant quam nocent.

**C**Um à noxijs humoribus optalmia est orta, post eorum concoctionem dabis quæ eos euacuent, purgatione enim vno die nonnullos optalmia captos sanasse. Galenum tredecimo method. est exaratum, ait enim aliquos quibus rētari oculi phlegmone cœperāt, sola purgatione sanabimus, sed dicit aliquis si inuadere cœperat phlegmon, initium erat morbi, quod si erat initium, nondum erant cocti humores, & propinavit pharmacum. Porro vt alibi iam dixi. Est magnus eorum error, qui nisi adhibitis syrupis, non audent exhibere pharmacū, Galenus enim reuellendi causa vt iam vidisti, nō dubitauit, & in principio hippitudinis pharmacum exhibere, idemq; fecisse in quodam, qui magno tumore linguæ laborabat, quæ decimoquarto method. dicit indicant, ait enim inter initia morbi exhibuisse pilulas ex aloë & scammonia, & colocyntide, quod si integram humorum coctionem expectasset, actam de linguæ ægrotantis illius salute forsan fuisset, dicitamen humores in venis contenti concocti erant, hoc est ad libitum loqui, vnde hoc tibi constat, credibilis enim est noxios humores per corpus oberrare, qui ad linguam defluxi, acerbum minitabantur malum, nō semper ergo est perpetuum, nullatenus pharmacum inter initia esse exhibendum nisi materia turgeat, semper enim quod maior utilitas speratur ex vacuatione vel reuulsione, quam facit pharmacum, quam damnū, ex illa vi quam non cōcoctis humoribus naturæ inferitur, pharmacum possumus propinare, in pleurite quidem descendente in principio purgat, Hippocr. reuellendi & euacuandi



causa, expecta coctionem in apoplexia, & medium digi-  
 gitum tibi ostendet, nunquam purges in hippitudine,  
 nisi humor prorsus sit coctus, & oculis ipsis sepe offun-  
 des tenebras, sed de ijs alibi multa. Cæterum notandum  
 est, quod vt Gale. dicit duodecimo methodi. in hippit-  
 tudine, aut totū corpus prauis humoribus abundat, aut  
 solum caput, vel venæ vel arteriæ capitis imbecilliores  
 sunt, sic vt aliorum vasorum superuacua recipiant, fieri  
 etiam potest vt oculis debilibus existentibus, vitio ven-  
 triculi hippitudo oboriatur, si prauis humoribus cor-  
 pus vel caput est infectū, eos vacuare conuenit, vacuant  
 autem humores biliosos potio ex rhabarbaro & ele-  
 ctuario de prunis, electuarium rosaceum, electuariū de  
 succo rosarum, à capite optime purgant pilulæ de aga-  
 rico, pilulæ lucis, si fortiorem vis euacuationem, bonæ  
 sunt pilulæ cocciæ, ad humores adustos, faciūt pilulæ de  
 fumaria, si ventriculus prauis humoribus scætet, dabis  
 quæ leuiter vomitum proluciant, fortia vomitoria caue-  
 bis, quæ caput & oculos implent, purgat optime ventri-  
 culum per inferna hiera picra. Cæterum euacuatio quæ  
 per clysteres fit, vbicunq; humores oberrent est utilis,  
 peculiaris vero purgatio quæ gargarismis & apophle-  
 gmatismis fit, post vniuersalem purgationem non est  
 negligenda.

**C**um humores coquis, cum medicamentum pur-  
 gans in hippitudine paras, repellentium medie-  
 camentorum non obliuiscaris, nam inter initia  
 sunt oculis applicanda, inter ea vero medicamenta re-  
 pellentia quæ optime faciunt, laudatur à Galeno decimo  
 tertio methodi. & quarto libro medica. locali. ou-  
 candidum, quia non est mordens sed glutinosum, quat-  
 to etiam loca. laudat lac muliebre, sint vero vitanda  
 repulso

DE ARTE CURATIVA. 89

repulsoria medicamenta vehementi astrictione prædi-  
 ta, quia hæc oculi tunicam tenuem exasperando lædūt,  
 quare à succo plantaginis & id genus medicamētis est  
 abstinendum, aquam vero rosaceam cum oui candido,  
 non citra vtilitatem in principio admouetur, quia non  
 multum astringit, & vis astrictoria à remollienti vi can-  
 didi oui demulcetur, decocto ordeï etiam cōmode vti  
 potes, vehementi autē caliditate affecto oculo parum  
 lenti succi psilij cum oui candido vtere, nam hic succus  
 in frigidat & oculum non exasperat, in ingenti dolore  
 succum papaueris admiscere iubet Paulus, cauendum  
 est autem ab initio opium. Cæterum annotandum est,  
 quod Aetius sermone tertio, secundæ partis capi. deci-  
 mo, taxat eos, qui patienti oculo ex humore calido &  
 pungenti admovent lac, ait enim lac. à caliditate faci-  
 le alterari, & putrescere, proindeq; incommodare, sed  
 videtur sibi ipsi non confitare, quando sermone primo  
 secundæ partis capi. vigesimo secundo in hippitudine,  
 quæ fit in febribus, quæ non videtur esse citra calidita-  
 tem, candidum cum lacte oculo admouet, dilues sic cō-  
 traditionē, quod supra, candidum solum denegauit.  
 Hic vero cum albo quod prohibet ne facile alteretur  
 permixtum minime interdicit, atq; esto quod in calida  
 & pungenti optalmia lac in permixtum prohibeatur,  
 non ob id optalmiis mitioribus, quæ non pungunt, est  
 circūcidendum, quod si optalmia scabra est mire pro-  
 dest, sicut tunc album & omnia medicamenta frigida  
 nocent, vt cap. de optalmia scabra dicit Aetius. Cæterū  
 est notandum quod in ingenti dolore succum papau-  
 ris iubet Paulus oculo admoouere, cauendum est vero  
 opium & id genus medicamēta applicare oculo quia  
 vt dicit Galen. sexto apho. commento aphor. dolores  
 oculorum, nec vehementes reprimūt fluxiones, sed ex-

*Art. in oculo  
dicit.*

*solutio in*

cerni prohibēt, lege quæ infra dicit, quæ dehortantur medicos oculos a stupefacientiū medicamentorum incongruo vsu.

**I**N augmento optalmiæ repellentibus medicamentis discutientia medicamenta sunt admiscenda, prædest oui candidum cum decocto seminis lini, vel fenugreci, sit autem in maiori quantitate album oui.

**D**iscutit mititer decoctū fœni græci, quod prius esse lauandum, tredecimo methodi. Gale. monuit, facit decoctum meliloti, ad idē iuuat prædictorum medicamentorum vapor, valet vitellus oui, magnificer vero auxiliatur inflammationesq; soluit, & si qua distentio adsit eam laxat, linteolum molle butyro madefactum, ac oculis superpositum, vt quarto methodi. loca. Gale. dixit, si ijs medicamentis non discutitur malum, pulueres aliquot efficacem digerendi vim habentes alicui liquori miscere est vtile, sic autem parabis collyrium, decocti fœni græci, & aquæ chelidonij, vel euphrasiæ singulorū drachmas duas aloes lotæ, & pompholigis singulorum grā. vj. senectæ serpentis sacchari candi & dragachante scrupulum vnum vel loco aloes, misce myrrhā. Porro saccharum & dragachantū cum metallica vel adstringētia medicamenta admouentur singulariter profunt, quia oppugnant adstringenti & exasperanti alium medicamentorum vi. quare si multū adstringentia adhibentur, adde in multa quantitate saccharū & penidias: vt adstringēs vis magis cohibeatur hoc ex Galen. quarto loca. didiscimus, qui dicit in quibus medicamētis adstringentia medicamēta dominantur, plurimum oui liqorem & paucissimum phar-

cum esse oportet, quod de oui liquore dicit, de omni

DE ARTE CURATIVA. 91

bus medicamentis lenem naturam habentibus est intel-  
ligendum. Cæterum miris modis se cruciat Gent. tertia  
tertij, Auicennâ exponens, dicens nullatenus oleū esse  
admouendum oculis, sed vidi se illi prestitisset, quod  
ad repellendum oleum rosaceum admouet Paulus, sed  
ad discutientia medicamenta reuertamur, inter quæ  
summe aquam mulsam laudat Alexander. Cæterum ad  
discutiendum facta euacuatione solum balneum solet  
sufficere, vt elicitur ex ijs quæ tredecimo metho. Galen.  
scripsit. Prodest aliquando post lauationem potu vt  
meraciore, vinum enim expurgato corpore attenuat  
humores crassos, qui in oculis sunt & ad hæc somnum  
conciliat, vt exponit Gale. sexto libro apho. comment.  
apho. dolores oculorum.

**A** Vertunt pedum & manum frictions vincula cu-  
rurbite spatulis & occipitio admote, cauteriū  
retro aures, vel in collo ad motum setaceum, & si  
malum oboritur penes hoc quod venæ vel arteriæ im-  
becilliores sint, sic vt aliorum vasorum superuacua reci-  
pian, eas excindendo optime auertis, & anteuertis ma-  
lum, vt Gale. tertio decimo metho. dicit, pro tanta vero  
curatione, est summe notandum quod citata parte dicit  
Gale. quod sæpe diutine fluxiones curantur oculis ipsis  
dimissis, conuertendo ad capitis curationem, capitis scilicet  
licet intemperaturam corrigendo, si calida est epithe-  
matis frigidis, si frigida calidis perfusionibus.

DE VLCERIBVS OCVLORVM.



Mnia quæ in cura hippitudinis diximus,  
ad vlcerum reliquarumq; ægritudinum  
oculorum curationem multū conducunt:  
Nam si sanguinis plenitudo apparet, san-  
guis vt iam diximus est mittendus, si prauis

humores abundant, eos euacuare est conandum, si vitio temperaturæ capitis oboritur malum, ea est corrigēda, si in arterijs vel capitis externis venis humores aceruantur, non minus in vlceribus quam in hippitudine sunt arteriæ scindendæ. Cæterum cucurbitæ occipitio fixæ, cauteria, apophlegmatismi & alia numerata medicamēta vti in hippitudine sic in vlceribus in nictalopa & alijs oculorum ægritudinibus quas capitis humoris redundantia concitat auxiliantur, omnia hæc sunt menti suppeditanda, nam cum in oculorum ægritudinibus solum in medicamētis topicis sit discrimen, & hoc à multitudine sit pertractum, ideo solum de vlceribus & suffusionibus & visus debilitate fiet à nobis sermo, aliorum morborum medelam studiosus lector si hæc pernouerit sine molimine poterit inuestigare, collyria enim fortia quæ suffusioni medentur opitulantur pterygio & tuni- culæ & scabricei, & vngui, sed de vlceribus iam sermo- nem agamus.

**Q**uæ proprie vlcus curant, sunt quæ illud expurgant & quæ carnem producunt, quæ fluxum prohibent.

**E**x purgant vlcus mel rosaceum, vitellus oui cui admixtus sit crocus, mulsa cui incocta sit hyffopus.

**V**t medicamenta exiccantia ad carnem producendum in omni vlcerum genere profunt, sic in vlceribus oculorū, verum vt Gal. dicit quæ medicamentorum localium ob partem naturam quam lenissima adhibenda sunt, in qua parte pompholigē locum admixto mandragoræ succo admouere monet, ræ-  
zes col

DE ARTE CVRATIVA. 93

rescollyrium album, volunt tamen multi quod cum hæc medicamenta autores apponere iusserunt, quod inflammationi quæ vlcus minatur, attenderūt animum non vero vlceri, nam si purulenta materia iam in oculo est, dicunt non opus esse medicamentistā frigidis, quæ illam stipent & intromittant, verum medicamētum ex pompholige licet aliquid succi mandragoræ habeat, incarnandi & glutinandi vim obtinet, præstat enim hoc succus mandragoræ vt medicamentum sit lene, ad hoc reprimifluxionem & dolorem mulcet, idem facit opium in collyrio de plūbo, quod describit razes, sed certe videtur hoc collyrium & quod in eadem parte ad carnem producendam concinandum dicit, non tam lenem naturam habere qualem Gale. ad id genus vicera desiderat, quod si placent tam ad exiccandum quam ad carnem producendam accipies à rhaze & si asperitatem times pones in primo collyrio plus gūmī arabici & dragachâte, in secundo etiā ad desfaccharū candum, vel dragachantam, hæc dicta sunt de vlcere. sed quia autores simul texere solent curā inflammationis, quæ vlcus minatur, subnotandum est quod totis viribus est conandum, vt inflammatio non veniat ad supurationem, quod si euitari non potest, instillabis oculi collyrium de thure, si quæ alia videre desideras razes compendiarie tibi monstrabit.

DE VISVS DEBILITATE.



ST visus imbecillitas, de qua in presentia agimus cū nullo in oculo manifesto apparente vitio oculus imbecilliter aut nihil videt, hanc obscuritatem produci dixit Gale. quarto libro de locis pati, cum

demissus à cerebro nervus vel inflammationem vel duritiam in se continet, aut ex humorum defluxu, aut aliter quomodolibet foramen ipsius obturatur, aliud vitium esse dicit cum vel nihil omnino vel exiguum admodum viuifici spiritus à principio quod in cerebro consistere putantur ad eos descēdit, has solas causas ponit Gale. quia earum tantum quæ secundo oculum afficiunt mentionem fecit. Caterum primogenia affectione multifariam nullo manifesto malo apparente oculus læditur, vt ex his quæ primo de symptomatum causis dicuntur elucescit, vitatur enim visus vel quia intrasstantur humores oculi, vel quia tunica exiccatur exasperanturve, vel quia plus debito humectatur. Porro humorum oculi diminutio imbecillitatem aliquādo visus obscuritatem generat, apparet tamen plurima ex parte vitium diminuto humore imminuitur enim tunc pupilla, sicut aucto humore augetur, vt primo de sym. dicit Galen. Caterum læditur visus vt in eadem parte ipsemet dicit, immutato tunicarum vel humorum colore, læditur etiam cum spiritus ad vnguem purus nō est, purus enim debet esse vt ibidem dicit Gale. qualis ceter, si igitur vel nebulae ritu humidus ac turbibus redditur, offēditur visus in modo etiam substantiæ vel plus eius habetur vel minus, atq; si multus quidem est & ætereus etiam quæ longissime absunt videt ac perfecte discernit, si paucus est & purus quæ prope sunt exacte discernit, quæ procul absunt non videt, quod si humidus simul multusq; est longissime quidem videt sed nō exacte, omnia hæc à Galeno, ex quibus elicitur fœde errasse Auicennam, & eius expositorem gentilem, qui contendunt spirituum augmentum posse visum exhibere negotium, attendisse illos præstitisset, Galenum multum & ætereum spiritum laudasse, elicitur secundo  
 veritate

DE ARTE CVRATIVA. 95

veritate declinare eos, qui putant senes ea quæ eminus sunt melius videre quam iuvenes, cū enim senibus paucæ ac omnino crassus spiritus sit. Cōstat eos, ea quæ longe absunt, non exacte dignoscere, cum hoc tamen conuenit, quod melius videant quæ sunt procul quam quæ sunt prope oculos, vt cap. de myopasi dicit Paulus, quæ vero sit huius problematis causa, obscura est & latēs, & non omnibus obuia, dicunt quidam ob crassitiam spiritus hoc euenire, qui magis attenuatur cum quæ magis absunt oculus videt, sed ex hac ratione sequitur quod postquam spiritus esset magis attenuatus, quæ prope essent, oculus melius videret, alij rugositati corneæ hoc attribuunt, dicentes quod videndo que magis distant ab hac rugositate oculi senum melius explicantur, sed inualida est ratio, nam si quæ sunt prope non possunt discernere, nō minus laborabit oculus in hac intueōdo, quam in videndo quæ longe ad sunt, quod si suos conatus ponit oculus in videndo propinqua, claret asperitatem Corneæ non minus leniri, quam quando quæ ad sunt videt oculus, multa diximus, sed hucusq; problema non aboluimus, nec vellem te mirari, quando hi qui visum per radios emissos fieri profitentur, huius problematis causæ præcipue nituntur, dicit enim Basiliius magnus homi. vndecima in exæmeron, ex hoc probatur quod visus eminus vnitur, quod senes ea quæ prope sunt non vident, quia enim debilis est vis visua dissecta id quod prope est non videt, vbi autem comissio & confluxus fit visus, velut inundatione quadam circa visum contingente robustior fit sensibilibium assumptio ac apprehensio, hæc Basiliius qui Platonis & nostri Galeni fuit professus sententiam: Galenus vero alijs medij visum fieri extra mittēdo probare fuit nisus, & sane videtur rationem Basilij inualidam esse, siquidem ex ea se-



quitur iuuenes etiam melius videre quæ longe ab sunt quam quæ sunt prope, sed dices hoc est impugnare & nullam veram causam assignare problemati, causam ego iam in meis quinquagenis prodidi, sed fateor nullam plane mihi satisfacere, quondam arbitratus sum quod sicut qui debilem visum habent in medio parum illuminato melius solent videre quam qui vegetam habent potentiam, sic etiam melius perspicere ea quæ mititer & blande visum mouent, atque quia quæ procul absunt mitius imprimunt, quam que sunt prope, ideo senes & omnes qui debilem habent videndi potentiam, melius hæc videre, quam ea quæ sunt prope, quæ eo quod fortiter imprimunt magis visum perturbant quam excitant, videmus enim noctuas & vespertiones rem quæ tenuiter mouet optime videre, eam vero quæ multa luce eorum potentiam superat nequiquam posse attingere, hæc est quam ego dicto problemati tradidi solutionem, cui ego non tantum acquiesco, vt patem esse inexpugnabilem, vellem ego vt doctus mihi satisfaceret, interim nos huius ægritudinis curationem appingamus.

**C**urant visum debilitatum sanguinis missio medicamenta quæ concoquunt, medicamenta quæ purgant, que reuellunt, quæ humores oculi attenuant, medicamenta quæ humectant, atque ea que arcana qualitate visum roborant.

**S**ib inflammationem nerui quod indicat vehementem in penitioribus oculi dolor & repente obscuratus vel diminutus visus visum vitari conijcimus, nisi æque iuuat quam sanguinis ex vena humeraria detractionio, nec solum inflammato neruo sed vbi ex plenitudine visum obscurari conspexeris, sanguis est detrahendus.

dius, contingit enim ex multa repletione neruum oculi tanto sanguine infarciri, quod non possint spiritus ad oculos transmitti.

**S**I crassi humores oculis tenebras offendunt, ea quæ concoquant & attenuent exhibebis, profunt omnes syrupi qui ad concoquēdos humores crassos, in dolore capitis opitulari diximus.

**H**umoribus concoctis exhibenda sunt quæ eos euacuet, atq; si vitio vetriculi oboritur malū, hic rapicrā frequēter dabis, si prauis humoribus ea put est refertum, pilulæ de agarico de luce, de sine quibus potenter euacuant, per interualla dabis pilulas de hiera, pilulas de asīa yaret, pilulas de mastiche, cū enim cerebrum debile assidue excremēticos humores ad oculos tanquam ad partem imbecillam fluitantes generet, assidue & per interualla mites purgationes sunt admodū tutæ. Porro purgationes per clysteres balanos tam ad euacuandum quam ad reuicendum ad prime conducunt, iuuant etiam facta vniuersali purgatione partiales purgationes, cui vsui seruiūt apophlegmatismi boli scilicet manforij & gargarismi.

**A**D reuellēdum vincula & cucurbitæ spatullis & occipitio agglutinata iuuant, ad idem faciunt cauteria carpo vel collo vel retro aures admodū, mirifice prodest ietatiū & cucurbita occipitio fixa.

**A**D attenuandū discutierendūq; humores in oculis contentos, facit collyrium ex succo fœniculū & chelidonij, cui puluis pompholigis & ramēti auri & gariophyllorum fuerit immixtus, ad idē iuuat

G

collyrium ex eisdem succiscum aloe & myrrha & puluere gaiaci concinatum, præuat idem mel distillatum cui immisce puluerem lenocæ serpētis, & non nihil taracoccolæ, idem obtinebis si tucco præsij cui iniectum fuerit stercoſ lacerti oculos linis. Porro medicamenta iam numerata benetrata oculis immissa eandem quam celi Lyria præmittunt opem, multum etiam facit ex croci & ruthæ decocto vapor. Caterum iubent aliqui iecur hircinum decoquere, eiusq; vaporem apertis oculis accipere, alij dictum iecur astant, & inter astandū liquorem accipiunt, quo oculos inungunt, cum efficaciorē vim quærent caryophillos & piper longum scito iecinori inromittunt, modoq; dicto sumunt liquorem, hoc liquore noctilopē curare aggressus est Paulus. Sed qua ratione in nictalopē conducit, conducet in omnibus morbis, in quibus ob humorum crassitē visus vitatur, nec solum vbi crassus fuerit humor opitulabitur, sed etiam vbi videndī facultas propria eget roboratione, nam sensit Paulus, iecur caprinum visum roborare, sicq; præcipit vt edant illud, qui visus imbecillitate laborant, Hippo. vero libro de visu. Quod hi de hepate hircino dicunt, hepati bubulo attribuit. Caterum si quod si arcana qualitate hoc facit iccur quod sane crassi nutrimentū est non est mirandum hoc posse facere Napos, licet contendat concī. quod quia crassi sunt nutrimenti eos non iuuare visum sed offendere. Caterum ad roborandum visum extrahitur liquor ex vino & salua, & rore marino, euphrasia, chelidonio croco modo quo aqua vitis destillatis, aliqui in vitreum vase hac immittunt: & vase in stercore recondunt: vi caloris stercoſis extrahitur liquor: qui visum mire confortat. Atq; ex carne vipere & fœniculo & stercoſe charyophyllis pipere citamomo sale liquor destillatus mire humorum crassitē

## DE ARTE CVRATIVĀ.

99

tiem attenuat, cinis cocleæ terrestris cū testa simul vstæ cū melle in pastilos redacta : sic exiccata & tenuiter trita strenue oculos iuvat, sed de ijs satis, atq; vt quæ in hoc capi. diximus nemini imponant subnotandum est, quod sub viuis debilitate cæcitatem quæ ab eisdem causis quibus debilitas fit, magis tamen auctis proficiat: citur sumus complexi, nec ignoramus quod si tam presse viuis debilitatem vt Aetius sumeremus quod aliquas quas debilitatis viuis causas numerauimus e medio tolleremus.

**H**umectatione aliquando curari visus debilitatem prodidimus, etenim ex longa media vel multa euacuatione vel exiccante morbo visus non leuiter solet debilitari, qui tunc rebus humectantibus solet restitui, complent hanc rem balnea, instillandum est oculis lac muliebre, decoctum maluar, cui fit inditum gummi arabi, cum & dragachantæ, quod si caput expurgatū est, infusiones humidas ex malua ex decocto capitis veruecis capiti instillabis, ante omni vero cibi humectantes prosunt.

**R**oborant visum medicamenta quæ cerebrum roborant, facit diambarum electuarium pliris, cōfectio de moscho, mithridatum. Porro multi nil æque ad refarciendum oculi imbecillitatem laudant, quam coryandrū, sed iam in enchiridio diximus. Illud cerebro non commodare.

## DE SVFFVSIONE.



Vffusio autore Galeno decimo libro de visu partium, & cōmento primo prognos est, cum inter humorem crystalinum & corneam tunicam fit humorum affluxus,

G ij

est itaq; huius morbi causa humor crassus, qui inter erythralinum humorem & corneã est, nam quod Fuchsius scribit, ob frigiditatem et imbecillitatem spiritus visorij suffusionem nonnunquam produci, non est ad Galeni mentem, ea enim videndi imbecillitas quæ ob frigiditatem spiritus visorij producitur morbus est, de quo in præcedenti capite sermonem egimus, non est suffusio, cum non proficiscatur ex humore oculos suffundente. Caterum cum est vera suffusio, propria affectione molestantur oculi, contingit tamen symptomata suffusis similia cerebri vel ventriculi vitio euenire, vi enim in suffusione apparere solent culices & alia tenuia lucentia caliginosaq; corpuscula perperam ante oculos obuersari, sic laborante ventriculo vel cerebro solent apparere, vt copiose quarto libro de locis Gale. explicat, vbi perspicuas notas tradidit, quo modo sit dignoscendum, an dicta symptomata ex ventriculi morbo vel cerebri noxa vel oculorum suffusione proficiscãtur, & mirandũ est quod expositores qui libros practicos scripserunt, de imaginibus quæ vitio cerebri accidunt, non meminerunt. Sed ad notas regrediamur, parum durant deludentes falsq; imagines quas ventriculi cõcitatur humor, nec absidue sed per interualla apparēt. Nec solum ante vnum oculum oberrant, sed ob duos oculos obuersantur, vacuatoq; ventriculi humore intermittunt, vt citata parte & sexto libro de sanitate tuenda Gale. disserit, quod non sic contingit lento humore aqueum oculi humorem imbuente. Ceterum si ex imaginatricis facultatis læsione dicta symptomata pullulant, nõ solum hallucinantur oculi, sed etiam iuditiũ caligat, nec solum ante vnum oculum res pusillæ & caliginosæ videntur tranare, duorum oculorum apparent symptomata.

Curatur

**C**uratur suffusio venæ sectione purgatione auersione dissectione & acu.

**S**i sanguinis magna apparet abundantia, venam humerariam secabis, verum si plenitudo defuerit, a sanguinis missione prorsus abstinebis. Nā hic morbus vt plurimum ex crassis lentisq; oboritur humoribus qui vacuato sanguine incrassantur magis, debilitatūq; cerebrum per sanguinis missionem humores crassos copiosius generat. Cæterum Celsus sine discrimine iubet aperire venā frōtis vel nasi. Sed quia si plenitudo adest harum venarum scissio ad cerebrum fluxum aduocaret. Ideo nisi minuta abundantia nunquā has venas secabis.

**M**edicamenta quæ ad purgandum superiori capite laudauimus, iuuant in suffusione. Quæ vero medicamenta ad concoquendum & attenuandum humores crassos faciant, præcedens caput docebit.

**A**• Vertunt cucurbitæ occipitiō fixæ, cauteriū collo & carpo admotum, celsus adurere monet venarum temporum quod faciendū est iuxta ea quæ tredecimo methodi dicit Gale. cum in venis vel arterijs aceruari humorem ex quo oculi fouetur morbus credimus.

**A**D discutiendum lētum humorem in oculo contentum conuenit collyrium de fellibus a raze proprio capite descriptū. Facit mel distillatium cui additum sit piper vel puluis capitis hirundinis viti, facit stercus lacertæ, vel serpētis, Celsus suffitus fortes adhibere monet; facit suffitus ex myrrha & sagapes

ro, sales theriaci tam ad suffusionem quã ad alios morbos que uehementem discusionem exoptãt sunt utiles, pro magno secreto quidam habent liquorem destillatum ex sanguine hircino.

**S**inueteratum est malum ad acum tanquam ad farã anchoram confugies, vt enim dicit Corneli. Celsus inter initia localibus medicamentis potest elidi suffusio. Sed cum radices egerit sola manu, est vero annotandum, quod vt monet Galenus secũdo libro officinã, quod postquam fuerit deducta suffusio, est detinenda interpunctoria acus, nimirum vt cõpressa maneat. Hoc non omnes chirurgici aduertunt, quare breui ad pristinum locum recurrit humor, est etiam aduertendũ, turpiter errare Chirugos, qui citra capitis purgationem acum admouet. Si enim caput prauis humoribus est refertum, postquam elisus fuerit lãtus humor, ad oculum tanquam ad partem imbecillam fit nouus confluxus, quare expectata salus infirma solet esse & minime cõstans. Porro vt cõfluxus prohiberetur, optimum esset amota suffusione, cauterium vel quod vocãt feraceum collo admouere, abstringentibus enim medicamentis oculo & fronti admotis, ad collum vbi pendet filum quos debilitatum cerebrum solet gignere humores parabunt cursum. Cãterum si quã diximus benedispicis aliarum agritudinum oculorum attinges curationem. Nam collyria & reliqua medicamenta que ad suffusionem curandam profunt, conducunt etiam ad grandinem tuniculam & vnguem, & nyctalopem tollendam. Nam in tunicula & vngui, & nyctalope, si sanguinis apparet abundantia, sanguis est detrahendus, caput modo dicto purgandũ, apophlegmatismis & alijs peculiaribus purgationibus est vtendum. Cãterum fortissimã

DE ARTE CVRATIVA. 103

riſſima collyria ad tollendam vnguem & tuniculã deſcribit razes, quæ lector facile videre poterit. Caterum ad tollendas lachrymas poſtquam caput optime purgaueris, admoue bis oculo puluerẽ a raze deſcriptum, quicõditat ex pompholiſe & coraliõ rubro & albo: & myrobalano & aloe, & pipere, aloes ſola huic malo ſolet eſſe remedio. Fit collyriũ ex vino & melle & aloe ſimul mixtis & decoctis, quod nõ ſolum lachrymas tollit, verum vlceri angulorum eſt maxime proficuũ, ad viuicem vel oculorum fugillationem, prodeſt ſanguis hirundinis, facit autore Celſo ſanguis palumbi & columbæ, ad idẽ facit cera cumino inperſa, & farina hordeacea cũ ammoniaco mixta, facit cortis radicule cum melle trita, aliæ ſunt oculorum egritudines, Sed ex ijs methodum ad quamlibet egritudinem potes inuenire. Verum quia in curatione hippitudinis aridæ & ſcabræ multum ſolent medici delinquere, & noſ huius hippitudinis curationem, cap. de hippitudine præteriuimus, notandum eſt, quod hippitudo ſcabra deſiderat medicamenta lenientia: & medicamenta quę excernere humiditatem poſſint, in cuius curatione prorsus ſunt vitanda pharmaca frigefacientia & meatus obturantia, ꝑmiſſo igitur fomento leniente: quod facies ſpongia madefacta decocto fœnigræci & meliloti, applicabis collyriũ quod habet aquæ chelidonij vncias quinq; vini optimi vncias duas: aloes, & lycij ſcrupulum mediũ, floris aris grana quinq; vel ſeptem, hoc collyrium eſt probatiſſimũ, quod & in hippitudine ab erodentibus humoribus orta facta vacuatione mire prodeſt. Idẽ vero collyrium mire facit ad ardorem & pruritus anguſtorum atque ex malo maciano cocto vel affato & vitellis ouorum myrrha & aloe & ſarcocolla fit vnguentum, quod ſcabræ hippitudini mire ſolet ſuccurrere, quod ſi macia:



num est putridum Valentiſius diſcutit. Hæc antequam oculorum morborum curationem finire, ſubnotare placuit, quia video multos medicos ſine diſcrimine in principio ophthalmiæ applicare medicamētā repellenti vim habentia, non notant quod Gal. tredecimo metho. & in dolore oculorum a flatulentis humoribus ortos: non quæ repellant, ſed quæ evo-cent applicat, atque dolore à craſiſis humoribus producto quæ attenuent iuxta aphoriſmum Hippocratiſ citatum celebres autores applicant. Cæterum ut ea quæ in principio capitiſ de lippitudine dixi calumniā fugiant, placet hic ſubnotare quod vera lippitudo eſt oculi nata: inſtāmatio. Si enim ſecundo metho. dicitur inſtāmatio oculi, eſt quatenus ad nata eſt oculi pars, proprie vero inſtāmatio non dicitur partiſ compoſitiſ ſed ſimilariſ morbuſ. Porro quod citato capite a me dictum eſt, quod ſtatuſ lentuſ ſcilicet ſpirituſ non producit inſtāmatio-nem: quæ eſt lippitudo, ad aliquorum autorum eſt mentem, qui ſolum inſtāmatio-nem ex calidiſ humoribus ortam vocant lippitudinē, ut eſt videre in autore ſinitionum medicarum, & autore libelli de oculiſ, & Paulo. Nec hoc videtur abhorre-re, ab eo quod quarto medi. loca. cap. de lippitudine tractat Gale. qui ſolum deſcribit remedia inſtāmatio-niſ à calidiſ humoribus ortæ, verum non inſicior, quod ſæpe autoreſ tractant de lippitudi-ne, prout inſtāmatio-nem ex quibuſcuq; humoribus ortam ſignificat. Verum licet hæc fatear, minime concederem, quod ſtatuſ vel humor non poſſit gignere do-lore in oculo citra inſtāmatio-nem, utcuq; nomen inſtāmatio-niſ ſumas. Nam ſi obturatio quæ fit a craſiſ ſo humoris dicitur inſtāmatio, etiā obturatio vel obſtructio quæ eſt in hepate, dicitur inſtāmatio, ſi etiam ſoluſ ſtatuſ qui eſt in veniſ oculi dicitur inſtāmatio-nem pro

## DE ARTE CVRATIVA. 105

nem producere, & in aure & in intestinis dicitur pari ratione ad eundem modum inflammationem gignere, mitto quod bileus humor oculum vellicans citra hoc quod inflammationem producat: non videtur cur non gignat dolorem nec distensio que fit ob plenitudinem que dolorem producit, videtur necessario inflammationem ascescere, alias cum ex multa plenitudine doleret scoptula inflammatione dicerentur vexari, sed de ijs hæc satis vt cumq; enim accipias lippitudinem, siue pro inflammatione proprie dicta, siue pro inflammatione fusiori significato capta, siue pro dolore, si in cognoscenda causa & remediorum applicatione non aberraueris à methodo curatiua non descisces, aliter vero nota, quod cum dicimus ca. de lipp. & alijs partibus, à prauis humoribus ophthalmiam eboriri, & humores frigidos & crassos etiam intelligimus, quorū qualitas etiam sanitati noxia est.

## DE AVRIVM DOLORE.



**A**urivm dolor vt dicit Gale. tercio medicamentorum localium, & Aetius sermone secundo secundę partis, fit tum ob frigiditatem a ventis inductā, aut a frigidis equis aut ijsdem medicatis, tum ob inflammationem in meatu aut nerui auditorij profundo, fit etiam dolor propter spiritum statuosum, qui transitum nō habet, fit etiam ex serosis humoribus in corpore aurij generatis, nec solum ab ijs causis proficisci potest dolor. Sed etiam ex æstu & intemperie calida, necnon ab humoribus frigidis & viscidis, vt copiose Alexander primo libro capi. vigesimo quarto tractat. Porro a vermibus & rebus quæ in aures illabuntur, dolor etiam excita

G v

tur, creant etiam dolorem casus Xistus.

**C**urant aurium dolorem sanguinis misio medicina quæ purgant, medicamenta quæ alterant, medicamenta quæ inflammationi iucurrunt, medicamenta quæ vermes necant, & quæ in aures illa præextrahunt, cum ex inflammatione producitur dolor, incunetanter vena humeraria patientis lateris est secanda, extrahes autem sanguinem iuxta plenitudinem & ægro tantis vires, atq; etiam si non sit inflammatio, si est plenitudo ad inflammationem anteuertendam est fundendus sanguis, sic apud vitiosis humoribus infarctum esse cognoueris, post humorum coctionem, quæ eos purgant exhibebis, quæ vero medicamenta ad purgandum faciunt superiora capita tibi ostendent.

**S**ub medicamentis alterantibus complectuntur quæ repellunt, quæ infrigidant, atq; quæ calefaciunt, in initio inflammationis repulsoria medicamēta conueniunt, ad hanc rem facit oleum rosaceum, & album ouis. Si vero inigens fuerit ardor, qualis in heryspilatosi inflammationibus esse solet, succus cucurbitæ cum rosaceo confusus curat, ut Alexander dicit. Porro in dolore à causa calida cocirato multam opem inueni in oleo rosaceo cui asselli sub aquario vase nascētes fuerunt incocti, atque oleum nardinū cui dicti asselli per aliquot dies fuerint iniecti in causa frigida mire subueniunt, adeo quod antipatia quadam videntur morbis aurium prodesse. Caterum hæc que diximus medicamenta faciunt dolori quem æstus vel aliqua causa calida excitauit. Si vero frigiditas dolorem peperit, iuuat oleum anethinum irinum, oleum de croco, oleum de amygdalis amaris, oleum amaracinum. Si vehemens est frigiditas, facit oleum de piperibus, hæc olea & in dolore quem frigiditas

frigidus excitauit humor conducūt, ad quam rem facit oleum nardinum, oleum cepe incoctum, oleum rutaceum. Hæc vero olea dolorem quem flatulentus spiritus genuit, etiam tollunt.

**S**I dolor ex inflammatione oboritur applicabis in a  
ster initia medicamenta repellentia, cui rei seruiūt  
medicamenta frigida, quæ superiori sectione re-  
censuimus, in vigore applicanda sunt que digerant, fa-  
cit sapa & oleum nardinum, vel anethinum, quod si sup-  
puratur inflammatio, maturantibus est vtendū, de qui-  
bus infra. Cum vehemētissimus dolor est, vt in nerui au-  
ditorij inflammatione & heryspelate esse solet medi-  
camenta quæ stupefaciūt adhibere conuenit, facit oleū  
de papauere, facit opium lacti, vel oui candido mixtū,  
miscetur & castorio opium, ad vehementiores dolores  
pari mensura, ad leuiores dupla. Verū multo ante vsum  
tempore præparatum id esse cōuenit, vt tertio medica-  
locali. Gale. monet. Cæterum ad liquandum hæc medi-  
camenta, laudatur sapa à Galeno citata parte, & duode-  
cimo libro methodi. Est vero summe aduertendum, qd  
dolore ex inflammatione vexatis nullum pharmacum  
est infundendum, neq; per lanam instillandū quia præ-  
stat neq; omnino contegere doloris tempore audito-  
rium meatum, modum autem quo per auriculare speci-  
lum pharmacum est iniiciendum citata parte Gal. doc-  
cet. Porro Alexander tralli, primo libro ca. vigesimo-  
quarto, alias scribit formulas quibus aurium dolore vex-  
atis sit succurrendum. Ait enim spongia conuenienti  
liquore immersa & valide expressa affectis aurium parti-  
bus imposita, vapor enim hoc modo dolorem demul-  
cet, subiungit nec minus commode haurire vaporem li-  
cet, per harundinem peruiā in hūc modum instructam,

arundinis quidem altera pars auris cavitati concinetur, altera aulæ, per operculum arctissimo foramine pertusum inferatur, vnde vaporem surium ad aurē exhalantem auditilis meatus hauriat, foris vero auris circumquaq; lana stipetur, hæc ille.

**M**edicamentis maturantibus est vtendum, cum dolor inueterauerit, & iã in suppurationem inflammatio conuerti cœperit, facit oleum de sesamo, oleum de semine lini, oleum de amygdalis dulcibus, his oleis immiscebis butyrum decoctum maluarum, vel pinguedinem Gallinæ vel anatis, oleum de vitellis ouorum magnifice solet prodesse,

**P**re iam confecto immitte auribus que extergat & proluant, facit aqua hordei multa, mel rosaceum, lana specillo obuoluta, pus educere conuenit, deinde aliquod ex prædictis medicamentis infundes, fortius extergunt vinum mulsum, succus præsij.

**E**x purgato vlcere, adhibe exiccantia, facit alumen liquidum pastillus de ipodio, pastillus de succino, aloes, thus, myrrha: & in summa comodo curabis vlcus aurium, sicut reliquorū membrorum vlcera, non tamen debes ignorare, quod valentissimis medicamentis auris gaudet, cum siccam naturaliter substantiam habens, vt sexto metho. Gale. dicit si ex vermibus proficiscitur dolor, quæ illos enecent auribus sunt immittenda, facit fel laurinum, aut caprillum, succus foliorum persicorum, oleum de amygdalis amans, quod fortio rem vim habebit, si in eo incoxeris semen colorcyntidis.

Quando

DE ARTE CVRATIVA. 109

**Q**Vando aliquid auditorio meatui infigitur, indeq; proficiscitur dolor, considerandum est quid circa auditorium meatum contineatur, si aqua fuerit medicata oleum in aurem instillare conuenit: deinde lana molli extergere, rursusq; infundere: porro ad domandam aquæ medicatæ acrimoniam, prodest oui candidum, atque lac muliebre, butyrum, & quodlibet genus adipum, decoctum maluæ: si vero aqua dulcis fuerit illapsa, opitulatur acetum: & cum altero pede assecte auriculæ propinquo exilire, prodest exutio simplex per os, aut per calamum: si vero calculus aut aliud simile corpusculū illapsum fuerit, oleum tepidum infundito, vt auditorius meatus patentior fiat: deinde aliquid quod sternutare faciat adhibe: q; si neque sic sequatur, specillum lana obuolue, & resina tinge, & sic extrahe: confert vero si sic non extrahitur, forcicula aut hamulo retuso paululum recuruato rem apprehendere: si maior tamen est calculus, quā vt per auditorium meatum extrahi possit, illum partire ac diuidere conuenit, atque ita particulatim extrahere.

DE SONITV ET TINIV AVRIVM.



**S**onitus quidem ex flatuoso spiritu generantur: quidam ob exactam sensus audiendi subtilitatem, vt tertio localium dicit Gale. Alexander addit generari tinitū ex partium imbecillitate, vbi iam ex morbis conualescentibus incidit, humore videlicet neruorum auris consumpto: sed hoc genus morbi ad id quod ex flatuoso spiritu fit, vel ad sensus acrimoniam potest reduci: nam qui ex morbo cōualescunt, quia nondum restitutas habent vires, solēt plurima ex parte flatulentos

humores generare. Solent etiam ex precedentibus evacuationibus nimis expurgatum habere audiendi organum: quod cum sic est exquisita audiendi subtilitas committatur. Ex hac igitur sensus acrimonia, vel ex flatu lento spiritu frequenter qui conualescunt sibilis & sonoribus tentantur. In eadem parte dicit Alexander, viscidis, tenacibus, crassisq; humoribus generari nonnunquam sibilum. Videtur tamē q̄ humor tenax & crassus quia fixus est proprie murmura non producere: verum si humor viscidus à calore attenuatur & in flatulentam materiam & vaporem conuertitur, nō dubium est quin possit sonores generare. Sed cum sic producitur iam dicitur sonitus ex spiritu flatulento natus, includendo tamen humor tenax vaporem vel flatum, sonitus quodam modo dicitur causa. Ceterum notandum est, quod cum dicitur ob exquisitam sensus audiendi subtilitatem tinitum generare, non est intelligendum quod hæc exquisita sensus subtilitas, supra virtutis fortitudinem attestetur, vt perperam Matthæus & alij practici dicunt. Cum enim audiendi sensus incolumis est, quāto maiori potentia viget, tanto minus in audiendo decipitur, minusq; à rebus pusillis irritatur, prope & longe bene audit, & quæ in auditum fortiter imprimunt sentine sine molestia, contra illis quibus audiendi subtilitas & acrimonia ex morbo inest, accidit res propinqua acute percipiunt, longe non bene audiunt, fortia obiecta vix tolerant, à re quantumuis pusilla concitantur, quemadmodū oculi debiles ab imaginarijs suffusionibus, quis enim credit, naturam sic sentiendi organa fabricasse, vt quanto perfectus essent condita, magis à rebus minutis essent lacesita. Porro semper ego in hac sui sententia, quod subtilitas hæc audiendi & subtilitas vidēdi quam habent suffusiones imaginarias habentes, & subtilitas sensus

ex quibus generatur sibilum

DE ARTE CVRATIVA. 117

sensus et ventriculi, pro bro ascribantur & non sanita-  
ti, quod si quis dixerit Gale. parte citata dicit qui hanc  
audiendi tubilitatem habent, habere acutum audiendi  
sensum, & hoc sanitatem indicat, jam diximus quod  
acute quis potest propinquum sonum audire, vt multū  
febre acuta labora respiciunt, non tamen qui hanc habet  
auditus acutiam, tam perfecte & exacte audit, vt qui  
auditus potentiam habet vere fortem & incolumem.

**C**vrant sonitum medicamenta purgantia, medi-  
camenta qua flatu discutiunt, medicamenta que  
senium hebetant.

**N**on omnis sonitus medicamentis est profligans  
dus. Nam qui fit ex februm decretorijs medi-  
cine non eget, quoniam pars magna ex parte fi-  
nietur breui. Si vero ex flatulento spiritu vel vaporibus  
oboriatur, considerare conuenit, an aliunde sint trans-  
missi, vel in auditorio meatu, vel capite generati. Nam  
vt Gal. dicit secundo libro de ratione vicijs, commen-  
to aphoris. interdum autem & cruda, implentur soni-  
taures, tum propter eos qui a ventre sursum feruntur va-  
pores, tum propter flatuosum spiritum, qui in capite ipso  
oritur. Si propter vapores qui a ventre sursum perunt  
nitus procreatur, inuabit ventrem hiera picra purgare.  
Si vero ob flatulentum humorem qui in capite est pro-  
ficiscitur, exhibenda sunt qua caput purget, quod opti-  
me faciunt pilulae de agarico, vel de sine quibus, vel co-  
ciae. Ante vero quam purgans medicamentum exhibeas,  
humores concoques, quod quo modo fit faciendum, ex  
superioribus didicisti, facta vniuersali purgatione, par-  
ticularibus purgationibus est vtendum, bolis mansorijjs  
scilicet & gargarismis.



**A**D discutiendum spiritus flatuosos, qui sunt in capite, prodest decoctum samplici stæca disanethi, camamela, ore accipiet eger mithridatum vel theriacam, quæ discutiendo caput roborât. Spiritus vero qui sunt in aure discutit oleum de lilio, oleum ininum, oleum samplicinum, & tandem omnia que præcedenti capite ad dolorem ex flatulento spiritu ortum opitulari diximus. Facit ad idem sacculus ex milio, qui capit ad motus ventositates capitis etiâ digerit. Cæteri cohibitio anhelitus ad discutiendû auris flatû prodest.

**C**Vm ob sensus acrimoniã nascitur hoc malum, ea quæ sensum stupefaciunt exhibere præcipit Gal. sed hoc citra discrimen nõ esse faciendum iudico: nam quidã extenuati, quia nimis expurgatum habent organum auditus, exquisitam habent sensus audiendi subtilitatem, quibus melius succurritur, insundendo medicamenta pinguia, crassæq; substantiæ. Stupefacientia enim calorem natiuum qui non viget depopulabuntur: pinguia vero medicamēta quale est lac, butyrum, oleum intestinorû terræ, & adipēs, obtegent auditus neruum, vt qui emaciatus substantiæq; humida non munitus, facili causâ lancinatur irriteur minus: q; si auditus acrimonia magna est, nec repugnât vires, stupefaciens aliquod instillare cõuenit: cæterum si ex plaga vel ex vermibus, vel ex aqua, vel alia re in aurem instillante, vel ebulliente pure, fit sonitus, iam ex his que præcedenti capite diximus, modus curandi innotescit.

AD SVRDITATEM ET  
grauem auditum,

DE ARTECVRATIVA.

113



Vdiendi grauitas & surditas vt Gale. dicit primo libro de symptomatum causis, aut propter aurium ipsarum particulam aliquam, aut propter neruum qui in has a cerebri pertinet, aut propter cerebrũ ipsum in ea scilicet parte lesum, vnde neruus exoritur animalẽ incidit, at que in cerebro & neruo vitia sunt ex intẽperienuda vel humorum redundantia, vel continuitatis solutione proficiscuntur, meatus autẽ ipsius obstrucciones ex tumore aliquo abscessu scilicet vel phlegmone, vel insensibili duritie, & œdemate siue porosa carne ibi nata, siue sordibus inueteratis oboriuntur, vt citata parte Gale. dicit, faciunt ad hæc surditatem vel grauem auditum lenti crassiq; humores, & in summa omnia alia quæ auditus meatum obturare valent, cerebrumq; & auditus neruum prauè afficere, sic corpuscula in aurem immissa surdos homines reddunt, grandis etiam sonus instrumentum auditus diuellendo solet surditatem gignere, vt in eodem libro parum infra Gal. exarat. *Caeterum auditus organum esse aerẽ quendam prætenuem auribus ingenitum membrana obuolutum ad aurium intimam capacitatem positum aliqui asseuerant, Gale. tamen hoc non videtur insinuare, cum primo libro de symptomatum causis ait, quam habet in oculo crystallinus humor rationem, hanc habet in auribus audiendi meatus finis, vbi neruo dilatato coniungitur: constat etiam quod si Galenus sensisset aerem membrana obuolutum esse audiendi organum, quod dixisset quam habet in oculo crystallinus humor rationem, hanc habet in auribus aer ingenitus: mirandum est igitur de Ioanne Farnelio, qui vnum ex quinque sensorijs posuit aerẽ sed regrediamur ad diuerticulum. Porro surditas vel est naturalis, vel acquisita, naturalis est quæ ipso statim*

H

hominis ortu cœpit, acquisita non ab ortu inuasit, quæ naturalis est, ferme nunquam curatur, qui hac afficiuntur, idem etiam muti vt quarto libro de historijs, capit. nono Aristot. dixit, est autem causa quia sermo non est homini ingenitus auditu hauritur & addiscitur, cū ergo ab ortu surdi, nil quod alij dicar percipere possunt, consequitum est, vt plane sint muti, atq; quia vox præceptore non eget. Ideo homines à principio vocem emittere possunt, licet nullā possint præferre locutionem, vt citata parte dicit Arist. ex cuius dictis colligitur, ita de lapsos esse qui dicunt aliquem sermonem esse homini propiorem alio, colligitur secundo audiēdi sensum potius esse sermonis primordium quam locutionem principium auditus, quare arbitrādum est primū problema vndecima sectionis Aristotelis esse deprauatū. Caterum ante mulieres quam viros fari incipere quia illis iudicium ante perficitur, in quinquagenis dictum quoddam Plinij exponendo asseuerari.

**C**urant grauem auditum & surditatem, vnzestio, medicamenta quæ alterant, medicamenta quæ purgant, medicamenta quæ discutunt, quæ sordes eluunt.

**S**ob inflammationē nerui auditorij surditas profisciscitur, ex vena humeraria profundes sanguinē sed superuacaneum est hoc enarrare, cum iam superior capite methodus curationis inflammationis nerui auditorij sit tradita, atq; quia iam ex superioribus patet, quo modo sit curanda phrenitis, & lethargus. Ideo

**S**nō opusest tradere curationem surditatis quam hi morbi pepererunt.  
 Sob prauam intemperiem cerebri vel nerui auditorij

DE ARTE CVRATIVA.

115

torij grauitas auditus vel surditas fit oborta, adhibebis medicamenta quæ hanc pellant, aduersus frigidã neruui intemperie, ea exhibebis quæ præcedenti capite aduersus dolorem ex frigiditate ortũ opitulari diximus. Si ex siccitate oboritur malum, ea medicamenta cõmodant quæ in eadem parte aduersus siccitatem facere distauimus.

**C**um ex prauis humoribus hæc pathemata sunt orta, propinanda sunt medicamẽta hos purgantia, dabis vero pharmacum quod noxium humorem vacuandi naturam habeat.

**A**D discutiendum humores in auribus cõtenos, faciunt ea medicamẽta quæ cap. de sybilo proficua esse diximus, peculiariter tamen numerat Gale. multa tertio Medicamẽtorum localium, laudat senectam serpentum aceto tritam, spõgiam tenuissime contritam, in orbemq; conuolutam melleq; imbutam, & auriculæ inditam, quod remedium commodum dicit esse ad carnem in auditorio meatu enascẽtem, inter vero multa medicamenta quæ ego sum expertus nullũ prestabilius vidi quam vaporem amurce olei per calamum allatum, ita vt extremitas vna sit iuxta amurcam, alia iuxta aurem, ad idẽ facit suffitus ex myrrha & styrace per arundinem delatus, facit liquor destillatitius ex rore marino, & cæteris herbis vino extractus modo quo cap. de suffusione diximus. multi oleum de anserem multum laudant.

**S**lab inueteratis sordibus grauitas auditus fit enata, infundenda est aqua tepida, eliquefcunt sordes, deinde auriculario instrumento extrahuntur, alia qui parum sine matris injiciunt, vel porri succum, quo

H ij

optime eluuntur aures, est autem hic contra multos me-  
 dicos annotandum, quod expurgatio per aures à natu-  
 ra aliena est, vt tertio libro Aphorismorum commēto  
 aphor. in ætatibus talia Gale. dicit, subnotare etiam cō-  
uenit, quod aurium sordes si est dulcis est mortifera, vt  
 sexto libro vulgarium commēto quinto dicit Hippo.  
 Dulcem enim fieri dicit Gale. cerebro Tiquescente, et  
 hoc patet Auicennam non bene interpretatum fuisse  
 Hippocratem & Galenum, cum secunda quarti capituli  
 trigēsimosexto dixit, si sordes aurium dulces sit, est fe-  
 gnium malum apud Galenum: mortale apud primos,  
 quantum vero hallucinantur qui dicunt biliosas super-  
 fluitates cerebri per aures expurgari, & melancholicas  
 per oculos iam vides. Caterū si à carne fit surditas opti-  
 ma est spongia vt iam diximus, laudant multi quæ ero-  
 dant & putrefaciunt, periculosum medēdi genus, nam  
 id genus medicamenta neruum auditus cōsequenterq̃  
 cerebrum ledentia, non parum possunt offendere.

### DE SANGVINIS E NARIBUS profluio.



Vanquam ex multis partibus fiat sanguis  
 nis profluuiū, illud quo è naribus fit non  
 adiecto ex quo vacuetur membro Hippo-  
 sic nominatur, vt declarat Gale. primo li-  
 bro de morbis vulgar. commēto primo,  
 debuit autem esse causa, quia licet omnis  
 sanguinis profusio toto excretæ substantiæ genere fit  
 præter naturam Galeno autore libro de Symptomati-  
 tum differentijs, nulla est quæ frequentius & securius  
 multis morborum generibus medeatur, quam quæ è na-  
 ribus est, succuprit sane febribus ardentibus autore Gale-  
 leno

DE ARTE CVRATIVA. 117

leno quarto de ratione victus, & primo libro vulgariũ cõmentario secundo, solet etiam soluere phrenitidem, atq; lienis & hepatis inflammationes, & omnes quę sub præcordiis fiunt calidæ atq; acutæ inflammationes, vt tertio de crisi idem dicit, in qua parte ait peripneumoniam non amare sanguinis fluxum, contrarium insinuat Aetius sermone quarto secundę partis cap. sexagesimo sexto, quod in enchiridio iam annotauimus. Cæterum cum in prædictis affectionibus constante natura sit sanguinis fluor compescendus non est, quoniam vt iam diximus eorum morborum solet esse remedium: si vero non tempestiue fiat ilico medicus auxiliarem debet ad mouere manum, considerare autem debet incidere sanguinis profusionẽ vt Gale. dicit libro de Symptomatum differentijs, vel vulnerato vel perrupto, vel ore tentus recluso, vel eroso sanguinis vase, vel ex complectendi functione imbecilla, imbecilla modo expultrice immodice concitata, modo ambabus simul læsis, prærumpunt autem vel vulnerant vas ictus ex alto deo lutio vehemens exercitium, erodunt illud sanguis bilio sus atq; admodum acris, facultatem complectendi reddunt imbecillam tum sanguinis nimia abundantia, tum longi morbi qui vt alias facultates labefactant, sic detinendi venarum facultatem debilitant. Cæterum sanguis qui tenuissimus est facile effluit, nec à retentrice conuenienter detinetur facultas expultrix concitatur tum à sanguinis copia, tum à calido & minus efferuente sanguine.

**C**urant sanguinis profuuium sanguinis missio, prauorum humorum purgatio, medicamenta quę alterant, quę auertunt, quę oscula venarum obturant,

H ij

**S**anguinismissione est vtendum in sanguinis fluo-  
 re vt Gale. quinto Metho. dicit, qui ait si æger reso-  
 lutus non est, vena è cubito est incidenda, quæ pro-  
 fusioni è directo respondeat, vbi paululum detraxeris  
 mox vnã horam intermittens, rursus detrahes, post  
 iterum atque iterum prolaborantis viribus, omnia hæc  
 Gale. quæ etiam libro de sanguinis missione docuit, ex  
 quibus monemur, quod cum ad reuellendum solum fit  
 sanguinis missio, sanguis parce extrahatur, & per inter-  
 ualla, & perpende quod interuallũ vnus horę solum  
 definit. Cæterum cum in cubito nõ vna duntaxat sit ve-  
 na sed ex tribus locis mittatur sanguis, considerare de-  
 cet ex quo loco sanguis est profundendus. Porro ex  
 quocunq; loco sanguinem mittas reuelles, nec est in cu-  
 bito vena quæ reuulsioni nõ sit apta. Si enim multa ad-  
 est plenitudo ex axillari vena optime sanguis extrahi-  
 tur, nam vt dicit Gale. parte citata, duplex est in sangui-  
 nis profusione auersio, & quæ est ad totius corporis in-  
 ferna & quæ est ad capitis posteriora, aduersatur autẽ  
 ei quod supra est id quod est infra. Si ergo per sangui-  
 nis missionem ad totius corporis inferna volumus re-  
 spicere, optime ex axillari sanguinẽ mittemus. Si vero  
 non tanta plenitudo est, sufficet humerariam venam se-  
 care, quod tertio Porrheticorum sine discrimine Gal.  
 docuit, cum dixit ad sistendum fluxũ sanguinis narium  
 humeralem recto tramite nari vnde sanguis abunde  
 fluit respondentem secare oportet. Cæterum si mulieri  
 menses sint suppressi, sanguis è naribus fluens solet adiu-  
 uare iuxta Hippocraticum aphorismum, verum si reuel-  
 lere vis & menstruam purgationem promouere venæ  
 malleoli sectio iuuat.

**C**vm humores acres & biliosi sanguinis fluoris  
 sunt

sunt causa, conuenientissimum est hos euacuare, ne in corpore morantes venas erodant & agrotantem precipitent, atq; quia medicamenta vehementer calida humores incendendo possent malam exacerbare, miscebis medicamentis purgantibus quæ refrigerent, facit dilutum rhabarbari: si fortius vis purgare, exhibebis antidotum rosaceum, vel de prunis, cum decocto tamarindorū, vel propinabis pilulas aureas, quod si adusti sunt humores faciunt pilule de fumaris, purgatio vero raro fluente sanguine adhibetur, sed tempore intermissionis purgamus illos: qui ob vitiatum sanguinem frequenter sanguinis fluore corripuntur.

**A**D compescendam humorum bilio sarum scandescentium, exhibebis medicamenta quæ refrigerent, quam rem facit syrupus de endiuia, oxysacchar, syrupus de succo citri, syrupus de portulaca, syrupus de nenuphare, de oxalide. Carterum si sanguis tenuis est, ita vt præ sui tenuitate in venis non possit contineri, propinanda sunt quæ incrassent: atque quia hæc sanguinis tenuitas à frigiditate proficiscitur: nam caliditas non reddit sanguinem dilutum, à calidis medicamentis est auxilium petendum: faciunt electuaria calida, quæ vim concoquendi roborant, cuius farinae sunt aromaticum rosaceum, diambarum, mithridatum theriaca: interim verò cibarijs crassum sanguinem generantibus vtetur ægrotus, q; hæc sanguinis tenuitas accidit ob sanguificæ facultatis debilitatem, quæ etiam virtus cōtentricis debilitas sequitur, quæ vires refarciunt præcipue propinabis.

**A**D auertendum pro sunt pedum & manuum frictions, vincula, cucurbitæ, hypocondris admodum: porro si ex dextra nare fluit sanguis, hypocon



drio dextro cucurbita est figenda: sin ex sinistra, hypocondrio sinistro: prodest ad auertendum cucurbita in summa ceruice fixa, vt quinto Metho. Gal. dicit.

**A**Dstringētibus medicamentis tū foris, tum intus est vtendum: considerandū verò est illud, quod quinto Methodi Galen. dicit: quòd ad frontem & caput ilico refrigerantia non sunt apponenda, sed prius est ad cōtraria reuellendum: quæ enim profuēnti particula, vt ille ait, admouentur: tum adstringentia, tum citra adstrictionem frigida, intro sanguinem compellunt: ac venas quæ in alto sunt implere videntur: ceterum post auersionem optimum est medicamenta frigida & adstringētia frōti, & parti anteriori capitis admouere: prodest etiam collum & mamillas & testes rebus frigidis linire: omnia hæc explebis aqua rosacea, aqua portulacæ, vel aqua plantaginis, cui albū oui fuerit mixtum, facit succus vuarū acerbæ, addito puluere boli armenicæ, vel terræ lemmicæ: facit etiam acatia, cui admixtus sit puluis seminis myrti, vel mastichis, vel rhois culinarij, vtiliter fronti & parti anteriori capitis admouentur: ad idem facit puluis putaminis mali punici, atque puluis coralij albo oui mixtis: nec inutiliter administratur gypsum cum succo portulacæ, vel plantaginis. Cæterū, omnes numerati pulueres, in narem ex qua sanguis fluit non citra vtilitatem immittuntur, facies linamentum ex prædictis succis & pulueribus, quod in narem immittes. Quòd si plura vis medicamenta, vide quæ tertio Medicamentorum localium describit Gal. laudat linconentum longum lycio imbutum, nec non thus polygoni aut seminis porri succo dilutum, in quo linamentum fissile aut ex lichinio obuolutum indatur, laudat Platani pilulas collectas in vmbra & exiccatas  
laudat

## DE ARTE CVRATIVA.

122

laudat mentham tritam. Aetiustamen sermone secundo secundæ partis, mentham melli mixtam ad proliciendum sanguinem vtilem esse ait. Sed non mirum quod succus menthæ melli mixtus aliud facere possit: quam mentha sicca cuius puluerem commendat Gale. aliqua etiam sunt quæ aperiendo venas proliciunt sanguinem, & vim habent iam emanantem vi coagulandi vel inurendi qua pollent illum restringere, nempe succus fici venas aperire solet, coagulando tamen vel inurendo restringit, sic Hipp. libro quarto de Ratione victus fici succum lana susceptum intus ad venam apponere iubet, ad sanguinem compescendum, qua parte laudat coagulum inuolutum ad nares immittere, laudat etiam caput radere, prodest hoc quatenus deriuat, in quæ vium erit vtile synapismum parti anteriori capitis apponere, inter remedia paratu facilia numerat Gale. lib. de Remedijs paratu facilibus triticeam farinam succo porri maceratam, a fini finum cum farina triticea mixtum: videt ergo magnam vtilitatem in pane torrefacto aceto infuso naribus admoto.

**I**nter symptomata quæ sanguinis fluore correptos magis cruciant, est sanguis deglutitus & in grumos coactus qui vt inflationem & animi deliquium & tandem mortem non afferat: est dissoluendus, quam rem facit oximel ex aceto fortissimo cõfectum, vel coagulatum leporis & cinis sarmentorum, neque curationem differas, quando vt Gal. libro sexto de Locis, & libro de Cibis boni & mali succi ait, sæuissima sunt pathemata quæ sanguis coagulatus infert.

## DE OBLAESAE OL- faciendi facultate.

Olfactus



**O**lfactus instrumentū nō in meatibus nasi  
 vt quidam falso autumarunt: sed in extre-  
 mitatibus anteriorum cerebri sinum quo-  
 narium meatus pertinent, suam habet se-  
 dem, vt septimo libro de Decretis Gal. di-  
 cit, ex cuius autoritate constat, eos de erre,  
 qui tubercula carunculis mammillaribus sic loquuntur  
 similia, quæ versus superciliorum medium protulerāt,  
 dicunt esse olfactus organum. Hæc enim ad meatus  
 narium non pertinent. Non est vero ignorādum, quod  
 Gale. tertio lib. de Locis, & lib. de Instrumento odora-  
 tus & octauo lib. de Vsu partium, in ipsis anterioribus  
 cerebri ventriculis olfactus sensorium absidere dicit.  
 Porro quia processus cerebri: quos olfactus organum  
 esse, septimo de Decretis, Gal. dixit, ab anterioribus ce-  
 rebri ventriculis producuntur, ideo non ab re quis di-  
 cet, quod hos vocat cerebri anteriores ventriculos Gal.  
 atq; quia hi processus vaporosi sunt, vt parte citata de  
 Decretis dicit Gal. quodam modo possunt dici ventri-  
 culi: continent quidem quendam spiritum vaporosum  
 vt octauo de Vsu partium Gal. ait, aliquis forsitan dicet,  
 quod licet in dictis processibus vis olfaciendi iussit, q̄  
 in anterioribus cerebri ventriculis perficitur, in quem  
 sensum dicit dixisse Galenū tertio de Locis, odorato-  
 rum sensus in prioribus cerebri sinibus perficit, sed de  
 ijs satis. Cæterum oblæditur vis olfaciendi Gal. autore  
 primo libro de Symptho. causis, vel obstructis prauisq̄  
 affectis dictis cerebri extremitatibus, vel si nasus contun-  
 ditur, vel si polypo, vel tumore aliquo præter naturam  
 laboret, vel si circa eius internam membranam incida-  
 phlegmon: oblæditur etiam olfactus ex obstructione  
 foramentorum ossium colotariorum, obstruunt cere-  
 bri processus lenti frigidiq; & crassi humores, tumoresq;

præter

præter naturam, quæ etiam nasum & osium foramina etiam obturant, quod si vitiosus humor & putridus dicitur processus imbuat, odorandi sensus non minus vitatur: quâ vitatur visus pravo colore oculis affectis. cum âfrigido & crasso humore oboritur malum, caput purgare conuenit, quod optime faciunt pilule cocciæ, vel pilula aurea, per interualla exhibebis pilulas elefangianas, quæ organo putrido humore vitato mire iuuant: ante verò coctionem exhibebis quæ humores concoquât, faciunt ad crassos lentosq; humores syrupi qui vim habent attenuandi & dissecandi, sed de ijs multa superioribus capitibus. Post purgationem adhibeatur suffitus ex agalochto cinnamomo, & myrrha omnibus cera cõtinatis, suscipiat etiam æger per arundinem vaporem decocti origani, saluig, rorismarini, stœcadii, samuici, non erit autem àre, vt sit decoctum ex aqua & aceto, interim non sunt prætermittendi gargarismi. Cæterum si inflammatio morbû peperit, vena humeraria est secanda, inter initia, oleum rosaceû naribus eî infundendû, deinde adhibenda sunt quæ discutiant. Si ex polypo vel ozena proficiscitur malum, fortia exiguntur medicamenta, quorum copiosam sylum tertio Locali. Gale tradidit, ozena in principio curatur repellentibus medicamentis cui rei facit oleum rosaceum, & omphacium, & succus plantaginis, cerusa mixta, in progressu adhibe quæ efficaciter exiccant, facit pompholix mixta succo mali punici, est optimum in malignis vlceribus vnguentum de pompholige, est singularis praesidiij vnguentum de recremẽto plumbi, quod habet recremẽti plumbi vini veteris, olei myrtei, singulorum æquales partes, plumbi recrementum teri debet, & affuso vino leuigari, deinde myrreû addi, omniaq; debet misceri, & in figulinum vas cõiecta: prunis imponito, assidueq;

agitato, medicamenta quæ polypum debent curare, partim debet adstringere, partim discutere, partim excicare, vt Gale. dicit tertio Local. in qua parte multa numerat medicamenta: ad difsecandum polypum, iubet inflare nasturtij drachmam dimidiã cum veratri obolis duobus, vbi verò exciderit linamenta cum antera & licio naribus immittere, multa videbis apud Galenum citata iam parte cancer blandientia medicamenta exoptat, quare errant grauitè imperiti Chirurgici, qui cancro naso male affecto ferrum admovent, qui ægrotos discruciantes exasperant malum, quorum errorem notat Gale. sexto libro Apho. commẽ. Apho. canceros occultos curare. Cæterum tam in cancro quam in polypo adiuuat setaceum in collo, cauterium retro aures, vel parti anteriori capitis ad motum, nec inutiliter adhibetur decoctum Gaiaci quod humores ad prauè affectum nasum ire assuetos iudore auertit & vacuat, & humores in cerebro aggestos exiccat.

## DE DOLORE DENTIS.



**D**olor dentis producitur à simplici intemperie tam calida quam frigida, à frigidis lentisq; humoribus: ab humoribus calidis & erodentibus: necnon à vermibus & ab alijs quæ dentium cavitatem ingrediuntur. Porro cum dentem dolore affici dicimus, sensum illum esse præditum non inficiamur: ad quod credendum sat nobis est Galeni autoritas, qui quinto libro Medicamentorum localium pulsantem dolorem in dente sensisse fuit factus. Porro Aëtius magna lucis claritate Sermone quarto secundæ partis declarat, quo modo sensus dentibus insit: ait sanè, pars quædam ex tertia coniugatione

gatione neruorum à cerebro vtrinque delatorum distri-  
 buitur quidem in pelliculam, quæ ipsum os & linguam  
 ac gingiuas complectitur ac ambit, sensum eis suppe-  
 dirans: in generat autem seipsam tum superiori, tum in  
 feriori maxillæ inuoluens, ac omnibus dentibus ad co-  
 rum radices substrata: vt ob hanc causam inter ossa so-  
 li dentes dolore afficiantur: subiungit illi ipsi sanè ner-  
 ui delatum ad se nutrimentū suscipientes, quod in ipso  
 liquidius existit sibi lucrificiunt: quod aut siccius quàm  
 conueniat existit, tanquã alienum à se abijciunt. Ea ipsa  
 verò à neruis redundans superfluitas, in concauitatibus  
 locellorum in quibus ipsi dentes sunt infixi aggrega-  
 tur: paulatimque tenacior ac densior seipsa facta ob diu-  
 turnam istic conuersationem in ossium formam trans-  
 mutatur. Hæc Aetius, quæ si vera sunt patet planè, cur  
 infantes nascantur edentuli, & procedente ætate den-  
 tes oboriantur. Si enim ex neruorum redundante su-  
 perfluitate dentes (vt Aetius dicit) generantur, claretque  
 in tenerrima ætate in qua nerui infantibus sunt molli-  
 simi, cõsequenterque eorum superfluitas tenuissima, quæ  
 minimè potest esse apta, vt in duram densamque substan-  
 tiam transmutetur, quod dentes non poterunt aggene-  
 rari. Hæc subnotare placuit: nam nimium vexatos vide-  
 bis multos, in huius problematis indagatone: nunquã  
 tamen veram causam attigerunt. Cæterum, quia ex re-  
 dundanti nutrimento generantur dentes: ideo his quibus  
 nerui debiles sunt, dentes debiles oboriantur: atque vel  
 ex hac sola causa dentes possunt indicare de longitudi-  
 ne vitæ, breuitateque: quod in Proble. dixit Aristote. ea-  
 demque causa debet euenire, vt praua dentium positura  
 attestetur supra capitis debilitatem, quod sexto Epito.  
 dicit Gal. Hanc causam porro hi viri præstantes nõ ex-  
 presserunt, sed dictis Aetij bene quadrat. Quia verò de-

dentibus hic fit mentio, referre placet quod cuiusdam  
 dentis ingenti magnitudine decimoquinto de Ciuitate  
 Dei capit. nono retulit D. Augusti. qui dixit: Vidi ipse  
 nō solus, sed aliqui mecum, molarem hominis dentem  
 tam ingentem, vt si in nostrorū dentium modulos con-  
 scinderetur, centū nobis videretur facere potuisse: ha-  
 Sanctissimus Doct̄or: quæ indicant verum esse quod  
 Plinio septimo lib. & à Galeno vel Plutarcho. lib de  
 Historia Philosophica ex Homero relatū est, suæ æta-  
 tis homines antiquiscōparatos esse, veluti pomiliones.

**C**um magna adest sanguinis plenitudo, venam  
 humerariā secabis: si vitiosi humores abundant,  
 eos purgabis, factaq; vniuersali purgatione, ad  
 particulares purgationes descendes: si ex frigidityte  
 oboritur dolor, calida medicamenta maxillę adme-  
 bis: decoctōq; calido colluet os æger. Porro si ex cali-  
 ditate dolor est obortus, frigida medicamenta maxil-  
 læ sunt admouenda, atque decocto frigido abluet os  
 æger. Sint verō medicamenta tenuium partium quæ ad  
 uersus dolorem dentium admouentur, vt dentem par-  
 tem scilicet duram penetrare possint: quare acetum vt  
 lissimè pro decoctis quæ ad colluendū os parantur fer-  
 uuit. Cæterum cursim & transeunter hæc tractani, quia  
 pauci sunt qui medicorum in hoc morbo, vetularum  
 experimentis contenti efflagitent manum: ad de quod  
 nil controuersum in autoribus repperi. Lassatur verò  
 manus, protrita omnibus obuia scriptitando. Porro si  
 medicamenta paratu facilia quærismulta sunt: aliqua  
 verò quæ ego sum expertus pandam, facit præclare de-  
 coctum mentastri: acetum cui incocta est serpentis sene-  
 cta: oleum de piperibus auri infusum & ore detentum:  
 nec instrenuam præbet opem emplastrū calorificam  
 potentiam

## DE ARTECVRATIVA.

127

potentiam habens parti anteriori capitis ad motū, post  
vniuersalem enim purgationem optime reuellit, vel si  
maius deriuat. Idem efficit cucurbita retro aures admo-  
ta, vacuato enim corpore deriuat, & ad partem igno-  
biliores humores aduocat.

**A**D dealbandos dentes facit puluis ex cornu cer-  
ui & pumice & osse dactylorum: quidam pro  
magno secreto habent: tartarum in aqua mu-  
ratum & sepultum in marmoreo vase, efficacissimum  
est. Oleū de tartaro, est scribonij largi dentifriciū opti-  
mum, quod habet farinam hordeaceam subactam ex is-  
mellite, que in globulos diuisa est salis fossilis miscenda,  
& furno coquenda: donec globuli in carbonem redi-  
gantur, quos terēdos dicit & nardo miscendos, hoc ve-  
ro dentifriciū etiam facit ad firmādos dentes, cui vsuū  
est, Cardano duo decimo lib. de subtilitate magnopere  
laudata fex nigra aceti fortissimi: quam carnem gingi-  
barum magnopere augere fatetur, firmat dētes puluis  
floris rosarum sanguinis draconis, & thuris, & eboris,  
quid multa quecumq; adstringunt, & vitio gingibarum  
opponuntur dentes stabiliunt. Porro in oleo hyperico,  
vidi magnam vtilitatem ad extirpandam gingibarum  
putredinem cuius causa dentes non firmabantur, vsus  
vero oximellitris scylitici, est præstantissimus. ad corri-  
gendam gingibarum laxitatem & dentesq; firmandos  
facit puluis ad instaurandum carnem gingibarum, ni-  
tri combusti myrrhæ sepiarum testæ singulorū vnciam  
mediam rosarum, vncias tres, iridis drachmas tres, qui-  
dam breui dealbant dentes papiro aqua forti madida.

FINIS.



## DE ARTE CVRATIVA,

LIBER SECVNDVS.

## AD ANGINAM.



Angina autore Galeno quarto de  
 tione victus est partium quæ in gutt  
 re sitæ sunt phlegmone, cum guttur  
 hic dixit fauces etiam intellexit, nam  
 parum infra in alio commento fau  
 cium phlegmonem anginam dicit  
 vocare. Cæterum libro quarto de Lo  
 cis, nullo in gutture vel faucibus existente proprio affe  
 ctu anginam accidere fatetur, vbi dicit solliciti fuerunt  
 multi circa nomenclaturam cynanches & synanches  
 & paracynanches, verum tum primum homines rei  
 ipsas neglexerunt, cum nimio studio nomina quarere  
 inciperent, atq; quatuor inuentis nominibus quatuor  
 affectus significari dicebant, subiūgit, hæc sunt quatuor  
 eorum genera. Primum vbi fauces inflammantur. Alie  
 rum cum neq; fauces, neq; reliquæ oris partes, laborant  
 tamen suffocationis periculū in gutture sentit. Tertium  
 vbi extrinsecus circa fauces inflammatio apparet. Quar  
 tum vbi gutturis partes, tum externæ, tum interiores si  
 militer affectæ sunt. Iis quatuor generibus alios affe  
 ctus addidit Galenus, quibus spirandi difficultas obo  
 ritur, qui ad anginam sunt referendi. Parte enim cita  
 ta ait, superest adhuc alius ceruicis affectus, quem ipsi si  
 lentio præterierunt, vbi ad anteriores partes vertebra  
 luxantur, idq; vel solis interdum musculis, qui cum ipsi  
 communicant tumore præter naturam affectis, vel na  
 to ibi tuberculo, interdum etiam gula pariter vitiata,  
 non

nonnunquam musculis quoq; qui gulam gutturi iungunt, quin etiam aliquando gutturis musculis qui ipsam aperiunt oblaesis, omnia hæc Gale. qui quia iuxta Hipocratem omnes affectus, qui circa guttur accidunt, si spirationē reddant deteriorem vocavit anginam, non solum gutturis vel faucium inflammationem sub hoc nomine est complexus. Sed quamlibet musculorū gutturis læsionem, quæ spirationi incommodat, vertebra- rum etiam ad anteriores partes luxationem, si spiratio- nem molestam reddat. Cæterū causam anginae vt Hipocrates quarto de Ratione victus: & ibidē Galenus aiunt. Glutinosam frigidam quæ est fluxio, atq; etiam calida & acris, glutinosa fluxio latas solum venas penetrat. Tenuis verò latis penetratis in angustioribus detinetur, propter quod tertio prognosticorum Gale. de angina loquens dixit, si pituitosus interdum tumor infestet, ce- lerime discutitur, nec vlllo pacto acutus talis morbus est, cum enim humor crassus angustas venas non possit penetrare, non sic vt tenuis offendit, faciliusq; quia in la- tis superficialibus est venis discutitur: quod si pituita vel melancholia interiora peruadit multo difficilius discuti- entur, melancholiam etiam apposui, quia non teneo eam Constantino Africano, quod melancholia non possit anginam procreare. Si enim pleuram penetrat & pleuritidem producit, cur guttur non afficiet, & an- ginam generabit.

**C**Vrant anginam venæ sectio, purgatio, medica-  
menta quæ repellunt, medicamenta quæ discus-  
tiunt, quæ auertunt, quæ suppurant, atq; amuleta.

**I**N angina viribus ætate & alijs scopis non reluctan-  
tibus: ex vena humeraria est sanguis fundendus, qui

vt Aetius & Paulus monēt, parce & non affatim est detrahendus: ne sequatur animi defectio, monet etiam Aetius ne sit magna ductio venæ, nec nimis angustâ, quia in maximis ductiõibus aceruatim animi defectus irruit, & in angustis sanguis velut percolatur: & crassior eius pars intus remanet, quæ anginae causa existit, hæc Aetius quibus forsitan aliquis subicribere recusat. Dicens primò à sanguine subtili potius quàm à crasso anginam produci. Secundo negabit: si corpus plethoricum est parce sanguinem esse detrahendum. Nam Gale. quarto de Ratione victus, corpus totum vena secta in angina vacuare monet: totum autem per parcam sanguinis missionem non vacuabitur. Itē si magna est plethitudo: & parce per humeraria scissionem mittitur sanguis, non congrue fiet reuulsio & euacuatio. Cæterum licet sanguis qui anginam gignit vt plurimum biliosus sit, non est negandum ab exurenti calore aliquam sanguinis portionem crassescere, quam non congruum est sanguine misso subtili non vacuari. Cæterum ex humeraria vena in angina inter initia sanguinē diximus detrahendum, quod à Galeno accepimus, qui libro secundo ad Glauconem capi. de causis inflammationis dicit. Si quid verò ex superioribus inflammationem habuerit, veluti in ijs affectibus quos Græci synanchas vocant, & quicunq; alij capiti aduenerint, eas quæ extrinsecus sunt venas: atq; è directo secabis. patientibus verò membris extremis: ac coniunctis, euacuatio fienda, siue retrahere velis siue derinare. Præterquam vbi passio sit inueterata, tunc enim à membro ipso patiente detrahimus, sic igitur in synanchis eas quæ sub lingua sunt venas incidimus, quãdo iam totum corpus vacuum se nobis obtulerit, passio verò sit diuturna, hæc Gale. qui solum in diuturna affectione venas sub lingua tundere monet, cui

sententię

DE ARTE CVRATIVA. 137

sententiæ astipulatur ratio, Trallianus verò dīuersum vī  
 detur sentire, qui primo lib. capite de angina: inter mor  
 bi initia venam sub lingua vulnerari consulti, dicet ras  
 men aliquis pro Tralliano. Trallianus hoc dixit facien  
 dum si nullum impedimentum obstiterit. sed nil valet  
 hæc tergiversatio. Nam inter initia grauissimæ angine  
 hoc ille præcepit, & prius aggreditur venæ sub linguae  
 scissionem, quam totius corporis vacuationem. Nā mis  
 so sanguine per venę linguae sectionem, eodem die dia  
 chridium propinat, ait iane, vidi equidem quendam cui  
 dira urgente necessitate sanguis mane per venam mis  
 sus est, & vespere demum venis sub lingua vulneratis,  
 seriusq; exhibitō in ptisanæ cremore diachridio eodē  
 die, vide quod inter initia venas sub lingua aperit, de  
 inde totum corpus alui defectione vacuat, in initio au  
 tem affectio non est diuturna, & si diuturna esset, prius  
 purgatio, si per vniuersum corpus oberrant humores,  
 erat molienda, quam venæ sub lingua aperiendæ. Auis  
 cenna etiam primo die venas linguae aperire monuit.  
 Porrò si multa non est plenitudo, & si quæ est sanguis  
 ne ex venis cubiti misso est vacuata, & eadem die san  
 guinem ex venis linguae extrahi non inficiamur, aliàs  
 nullatenus venę linguae sunt secandæ. Caterū circa au  
 toritatem Tralliani est notandū, quod inter initia quia  
 morbus acutissimus angina erat porrexit pharmacum  
 purgatorium, in morbo enim tam acuto, licet materia  
 non turgeat, aliquando esse faciendum iam in enchiri  
 dio probauimus, & in hoc libro capite de optalmia ci  
 tauimus Gale. in affectione oculorum in principio pur  
 gasse, considera etiam quod quia incumberat neces  
 sitas eodem die: secuit bis venam, & pharmacum purgās  
 exhibuit Alexander, multo tamen die qua venam secant  
 timent exhibere clystere, in eodem capite insinuat Alca

xander, mulieri cui sanguis menstruus est suppressus: malleoli venam esse secandam, & non venam cubiti, hunc amulatus est Leonhartus in sua Practica. Sed sane hoc non est ad mentem Galeni, qui citato loco ad Glauconem cubiti venā secādam esse dicit, ratio etiam dictis Alexandri reclamationat. Nam cū angina sit morbus acutissimus qui nobilissimam partem tenet, conandum est vt per venæ sectionem fiat reuulsio & euacuatio. Secta autem vena humeraria vtrunq; sit. Secta verò malleoli vena sola fit reuulsio. Si enim in viro plectorico fat est pro reuulsione humerariam secare, cur nō idem erit in muliere? sed dices menses sunt suppressi, cura anginam quæ grauissimum malum minatur, deinde suppressioni mensium tuto poteris succurrere, quod si angina non vexat, & times ex mensium suppressione producendam, optimè illam anteuertes per venæ malleoli sectionem, quod libro de sanguinis missione Gale. indicauit. Porro quod ad præcauendam vertiginē ibi Gal. dicit de qualibet capitis affectione esse dictum intelligas. Cæterum si à crassis frigidisq; humoribus angina oboritur, non opus est venam secare, licet Matthæus & multi alij contendant, in omni angina esse mittendum sanguinem, non enim sola sanguinis missione fit reuulsio, & euacuatio. Nam Gale. quarto libro de Ratione victus, & purgatione & clysteri vacuat in angina, quis etiam ignorat quod si omnes scopi mittendi sanguinis reclamationat, quod in angina sanguis non est fundendus, cum igitur aliquid est, quod si sanguinis detractionem inhibeat, ad alia auxilia confugies.

**S**ivitiōsi humores sunt, eos purgare conaberis: perficitur vero purgatio potione vel catapotijs redundantes humores euacuantibus, optime etiam  
facit

facit clystere, quod pariter reuellit & euacuat: quibus verò medicamentis totam hanc summam compleas, ex superioribus erit tibi perspicuum.

**A** B initio anginae exhibenda sunt medicamenta, quae vim habeant repellendi: ait enim Gal. quarto libro de Ratione victus, affectas partes cura re oportet, medicamentis adstringentibus: quae profuantes retrudant humores: atque ex infarctis qui non admodum infarcti sunt & glutinosi & crassi, calidisq; acribus, quae contentos in membris passis digerant. Ex his dicitur, errare illos, qui medicamenta admodum frigida & adstringentia inter initia anginae admouent, quae non solum fluentes humores ad pulmones depellunt, sed infarctos intra gutturis penitiora sic obrudunt vt difficultatem spirandi magnopere adaugeant: porro ferasium de granatis vel de rosis siccis, vel medicamentum de moris, in biliosa fluxione inter initia optime conducunt: si materia crassior est, non ab re erit aliquid oximellitidis vel croci praedictis medicamentis admiscere, medicamentum de succo nucum: quod sexto localium describit Gal. efficacissimum est: in augmento morbi miscebis his medicamentis quae discutere valeant: quae verò sint medicamenta quae ad discutendum profunt, theorema sequens monstrabit.

**I**N vigore morbi medicamenta quae discutiant sunt exhibenda: ad quam rem valet syrupus de hysopo, decoctum carycarum seminis lini & anisi: valet syrupus de glycyrriza, cui admixtum sit parum croci vel myrrhae: iuuabit autem his discussorijs medicamentis momentum stercoris canini addere: quoniam Gal. autore decimo libro de simplicium medicamentorum facultatibus

tatibus, antipathia quadam gutturis phlegmonibus ad  
 uersatur. Alij, vt vndecimo libro Medicamento. Gale,  
 dicit, hirundines squinantice drachma pondere biben  
 das exhibent. Plinius vndecimo libro pullos solū lau  
 dat: ex vulgo obortam esse hanc opinionem dicit Cel  
 sus quarto libro capite quarto, quifit ait: Vulgo audio  
 si quis pullum hirundinis ederit, angina toto anno nō  
 periclitari. Iam non est in vsu pullos hirundinum vel hi  
 rundines ipsas exurere, & exhibere, sed earum sterco  
 re collum linire: ab hocq; stercore denominatur empla  
 strum de nido hirundinis, quod in frequentissimo est  
 vsu. Verum præfatos auctores sequendo, quibus sexto lo  
 cali, accessit Galenus: melius esset ex hirundinibus vitis  
 quam ex stercore emplastrum concinere: laudat quipe  
 Galenus sexto Localium Aselepiadem, qui pharma  
 cum quoddam componens fuerit cœlidonibus vitis, &  
 non earum retrimentis, vsus.

**V**Acuata vniuersi corporis abundantia, ad exte  
 riorem superficiem reuellere oportet, circum  
 positis collo quæ attractiora polleant faculta  
 re medicamentis, vt quarto de Ratione victus Gal. di  
 cit: huic rei magnopere seruit stercus humanum: vt de  
 cimo de simplici, medica, faculta. dicit Gal. sed obse  
 nius est, quàm vt collo applicetur: ex pinguedine por  
 ci & laerpitio parabis vnguentum. Laerpitium enim  
 authore Dioscoride, faucium morbis opitulatur: pro  
 dest hisopus, vnguentum de althea. Fortiora aliquan  
 do requiruntur medicamenta, vt qui tenaciter intus hu  
 mores harent aduocentur. Iuuabit igitur, synapismum  
 tumentum ad mouere parti: q; si nullus apparet tumor, iux  
 ta primam vertebam apponatur synapismus, vel ag  
 glutinetur cucurbita, ad deriuandū: porro non in  
 nuam

DE ARTE CVRATIVA.

135

quam solet præstare opem ad motus synapismus parti anteriori capitis, medicamenta etiã quæ attrahere possunt naribus infusa iuuant.

**S**i phlegmonem suppurari cognoueris, exhibebis intus, & appones extra quæ suppurationem adiuuent: intus valet decoctum ficuum, prunorum, & passularum, decoctum maluæ, altheæ: cui sit additum myrrhæ momentum, & medullæ cassiæ non nihil: ex his medicamentis admixto butyro, vel suillo adipe, & stercore canini pauxillo, potest parari emplastrum: suppuratione facta, prosunt collutiones ex decocto Aristolochiæ & nasturtij, vt abscessum rumpant conetur deglutire æger magna frustra panis, à ruptura inclinetur vt humores commodius profiliant, atq; vt vlcus expurgetur exhibenda est mulsæ & mel rosaceum.

**P**ro amuleto laudatur à Galeno tertio de Symp. medi. facul. capite de peonia lina maximæ marinæ purpuræ quæ collo viperæ fuerint iniecta, illisq; vipera præfocata, Paulus tertio libro capite vigesimo sexto linamentum ex ipsa purpura excerptum videtur laudare, esseq; lanuginem in purpura intelligit Vergilius Marcellus, contendit tamen ianus cornarius locum Pauli esse deprauatum, assueeratq; quod cum linamentum purpuræ scribunt autores, non voluisse expurpura posse filii decerpi sed intellexisse lanæ filum purpura marina infecte, vidisse lanuginem.



DE TVSSI.

Eris inspiratione & expiratione tussis fit, tanta vero aeris inspirationis animalibus



in terra degentibus est necessitas, quod illa deficientibus  
 hac prorsus illa pereunt, atq; Plinius nono libro, capit.  
 septimo, aeris inspirationem non solum animantibus qui  
 in terra habitant, dixit esse necessariam, verum natanti-  
 bus etiam, cui sententiæ libro de Flatibus, fuit suffra-  
 gatus Hippocrates, sed de ijs alias. Cæterum tussis Gale-  
 no autore septimo libro, Aphorismorum, aphorismo.  
 quinquagesimo primo. Casus quidam naturalis est ad  
 expurgandas eas quæ sunt in pulmone asperas arterias,  
 in libro verò secundo, de Symptomatum causis, non  
 solum quæ in pulmone sunt tussis expurgari dicit, sed  
 etiam quæ sunt in pectore. Cæterum in secundo libro,  
 de Symp. medic. facultatibus. Tussim à natura inditam  
 esse dixit, vt quæ in gutture molesta sunt propellantur.  
 Ex omnibus ijs autoritatibus colligimus tussim guttu-  
 ris pulmonum atq; thoracis esse passionem, atq; secundo  
 de Symp. causis, ex Faucium asperitate vel humore in  
 eas defluxo dicit tussim excitari, circa quod est nota-  
 dum, qd fauces nomen non sumpsit tam expresse Gale-  
 Plinius. hic enim vndecimo libro, cap. vigesimo septi-  
 mo, solum gulæ summitatem vocat fauces. Galen. verò  
 fauces vocat internum oris locum: vbi simul conueniunt  
 gulæ & gutturis partes. Quarto enim de Patientibus lo-  
 cis, fauces hoc significare ille declarat. Cum verò secun-  
 dum Galenum, fauces ad guttur attineant, non mirum  
 quod tussis earum possit esse symptomata, atq; si Gale-  
 id fauces significant, clare raucedinem ex humore eas  
 imbuente: posse generari. Quod tertio de Sympto. cau-  
 sis, (vt cap. de catarrho diximus) ille fuit professus, neq;  
 in hoc Paulo dissentit, qui gutturis irrigatione dixit fieri  
 raucedinem, quando apud Galenum ad guttur fau-  
 ces attinent, quare non opus est Fuchsi expositione, qui  
 dixit ideo Galenum dixisse, ex humore ad fauces defluente

lante fieri raucedinem, quia facile ex faucibus ad guttur est humorum delapsus. Cæterum quia de raucedine & catarrho ipsa sermonis sequela aliquid dicere nos coegit, notandum est, vt scilicet in ijs quæ cap. de catarrho diximus, qui quom non inueniat calumniã, quod si ego dixi: discentire Galenum & Paulũ in nomine catarrhus, in hoc solũ sensũ intellexi, quia Paulus voce catarrhus dupliciter vtitur, prout scilicet est symphoma peculia refaucibus, & prout significat omnem destillationem, quæ fit in os & partes ei subiacentes. Gal. verò prima significatione nunquam nomen catarrhus sumpsit, sed solum secunda. Sed ad tussim reuertamur, quæ in duplici est genere, est tussis quædam inanis, quædam humida & purgans, tussis sicca est in qua nil excreatur, hæc fit exasperatis modo faucibus, nulla pulmonem tenente affluentia vel si quæ ad fauces vel pulmonem est: est admodum exigua, alię fiunt aride tusses: ob intemperiam respirationi seruientium instrumentorum, perfrigerata enim spirandi organa ad propulsandam inequalem intemperiam: quæ prauum sensum producit: non secus excitantur, quam ad propellendum infestantem humorem, vt Gale. secundo de Sympt. causis dixit. Cæterum tussis inanis eodem autore primo lib. Epide. commen. primo, etiam contingit, quando nimis lenti & crassi humores firmiter pulmonis cartilaginosis infixi fibris adherent, vel quod humor qui à capite defluit, non aliter atq; aqua fit subtilis, funditur enim antea humor, quam à spiritu concitato per tussim aduci possit. Cæterũ tussis quædam fit ob humores in pectore genitos, quædam ob humores aliunde transmissos, quæ maxima ex parte fit ex capitis humorum defluxu, transmittuntur etiam humores ab hepate in hepatis inflammatione, excitatur interdum tussis affectis genitalibus, vt colligitur ex ijs

quæ libro primo de Vulga. commenta. primo dicit Galenus, nonnunquam verò ex affectione ventriculi tussis producitur, lumbrici enim stomachum infestantes tussiculas paruas excitant, & acris humor stomachum perturbans, ac irritatiuam qualitatem ad fauces demittens, vt Aetius dicit, sermone quarto, secundæ partis, capite quinquagesimo quarto.

**I**N cura tussis longum protrahere sermonem non est necessum, nam cum ipsa nõ sit morbus, sed symptoma, paratis remedijs aduersum morbũ ipsam producentem remedia tussis innotescunt, etenim si ex pleuritide vel iecinoris inflammatione tussis emanat, pharmacis quæ aduersus pleuritidẽ vel iecinoris inflammationem concinantur extirpatur. Cæterum si à vermibus vel ab acri humore ventriculum lancinante tussis procreatur, vermibus oppugnaacrem humorem edoma vel purga, & tussis non molestabit. Porro si ab imtemperie frigida membrorũ respirationi seruientium ortum ducit, adhibe quæ pectus calfaciãt, ad quam rem feruiet, oleum liliaceum irinum, oleum de amygdalis amaris, vnguētum de althea, prodest multum anheliitus cohibito, vt Gale. dicit secundo libro, de Symptom. causis. Si verò ex pectoris siccitate tussis est genita, pectus humectantibus est liniendum, facit oleum de amygdalis dulcibus, vnguētum resumptiuum, intus exhibe oleum de amygdalis dulcibus, quod si etiam caliditas adest syrupum violaceum porrige, nutrimenta verò quæ humectare valeant exhibe. Ad discutiendum verò humores in gutturi adherentes facit sapa syrupus de glycirrhiza, decoctũ carycarum glycirrhizę, & hyssopi, atque ore tenere penidiasaccharum candum, prodest ex melle cocto mixto succo liquiritiæ, & puluere origani si sunt

DE ARTECVRATIVA. 139

ni sunt penidiæ quæ humorem in pectore & gutture contentum mire faciunt excreare. Imprimis vero ad curandam tussim destillationis remedia ob oculos habe.

DE PLEVRITIDE.



Leuritis autore Galeno sexto lib. Aphor. aphorismo trigesimo sexto: subcingsentis membranæ est inflammatio: huius accidentia inseparabilia sunt, (vt quinto de locis ille dicit) Febris acuta, dolor, perinde acti locus intendatur, ac pungatur, spiratio frequens & exigua pulsus paruus arteriam duram, & quodam modo tensem indicans, tussis magna ex parte cum spuris coloratis, nonnunquam sine ijs, qui nil spuunt in costas pleuritides habent, quæ vel celeriter rapiunt vel longo temporis spatio finiuntur. Dolor in pleuritide modo ad iugulum, modo ad præcordia peruenire videtur. Cum enim in partibus laterum infernis oritur inflammatio, septum transuersum intentum magis dolet. Cum vero in partibus supernis tunc iugulum potius dolor infestat, porrecta in hunc locum membrana costas succingente, vt secundo de Locis, Galen. ait. Porro affecta pleura quæ ad iugulum est, cõtingit sermonem adimit, ex consensu qui cum neruis est vocalibus. Vidi sanctiam bis duas id genus immanes pleuritides, sed expẽdamus alia signa quæ pleuritidem comitari, iam ex Galeno scripsimus, diximus febrem acutam esse accidens inseparabile pleuritidis, quod de exquisita pleuritide est intelligendum. Solet enim esse dolor in latere ex cruditatibus plurimis & cibus humoris crassi ortus, qui ab alijs quibus pleuritis esse putatur. Cum tamen longè euariet vt dicit Aetius, sermone secundo, secunde partis, capite

*1402m est  
quæ ad iugulum  
in pleuritide*

sexagesimo septimo, huius doloris febris nō est comē.  
 Doloris autem lateris qui ex inflammatione succingen-  
 tis membranz, vel musculorum illi continuorum fit est  
 accidens inseparabile febris, vt quinto de Locis Gale-  
 no autore est tamen admiratione dignum. quod Ale-  
 xander secundo libro, capite secundo, insinuasse est vi-  
 sus, esse verum pleuriticum quem nulla infestet febris,  
 voluit forsan dicere esse pleuritidem citra febris inten-  
 sionem. Secundum signum quod posuimus est dolor,  
 neruosa & non habet sensu prædita, est pleura. quare  
 eius inflammatio magnum & pūctilem solet inuolare  
 dolorem, non sic pulmonis inflammatio, vt infra cla-  
 rius dicemus. Tertium signum est spiratio frequens &  
 parua: libro enim de difficultate respirationis dicit Ga-  
 le. q̄ dolor membrorum respirationi seruientium exi-  
 guam facit respirationem. Membra enim quæ dolent  
 distendi recusant, pensat frequentia quod paruitate di-  
 minutum est: nam exuberans calor magnam exposce-  
 bat respirationem. Quartum signum est pulsus paruus  
 & durus: inflāmatio enim pleuræ quæ neruosa est, pul-  
 sum durum, & vt ita dixerim, neruosum producit: ex  
 duritie paruitas sequitur. Cæterum, maximū inditium  
 exitialis pleuritidis est, vt quarto de præfagatione ex  
 pulsibus dicit Gal. si pulsi sit magnopere durus, itaque  
 paruus etiam, & ob ambo hæc caloremq̄ creberrimus  
 omnia enim hæc indicant vehementem inflammatio-  
 nem, quæ magnopere pulsum indurat, paruumq̄ red-  
 dit: ad hæc verò exurentem calorem, tantæ inflamma-  
 tioni porro succumbet virtus, cuius robur est pleuriticis  
 vna salus, decimo Methodi Gale. teste. Sunt tamen im-  
 peritissimi, qui pulsum durum indicant vehementem:  
 ait enim Galenus libello de pulsibus ad tyrones: pulsus  
 pleuriticorum quia neruosiore quodammodo, dur-  
 riorem

DE ARTE CVRATIVA. 142

florēq; efficit arteriam, quasi cōuerteret in vehemen-  
 tiam imperitis imponit: quos quid intersit inter durum  
 istum & vehementem later. Quintum accidēs quod po-  
 suit Gal. est rulsis magna cum sputis coloratis, nonnun-  
 quam vero sine ijs, has dicit incoctas pleuritides nomi-  
 nari, quæ vel celeriter hominem rapiūt: vel longo tem-  
 poris spacio finiuntur. Dixit enim Hippocrates Com-  
 mentario secundo prognosticorum: screatio in omni  
 dolore qui affligit circa pulmonē & costas cito prom-  
 pteq; screetur necesse est: permista appareat flauibilis  
 admodum screatione oportet: quem locum Gal. citata  
 parte & libro primo de crisi bus sic exponit, quod fla-  
 uum vehementer sit commixtum sputo: sputum enim  
 quod vehementer est flauum, parū infra damnat Hipp.  
 atq; vt primo de crisi Gal. dicit, quod screatur sic cōctū  
 est proprie dicitur sputum: quod enim sanguineum ac-  
 biliosum est, atq; spumosum, potius expuitiones voca-  
 mus. Inter hæc autem sanguineum est laudabilius, quia  
 præter sanguinem quiuis alius humor si syncerus fue-  
 rit prauam indicat affectionem: quod si quæseris cur  
 non magis laudatur sputum cui sanguineum vehemen-  
 ter est commixtum quàm flauum: siquidem flauitas su-  
 pra bilem flauam attestatur, rubedo supra sanguinem,  
 facilis est responsio: licet multos vacillare viderim: ete-  
 nim naturale sputum album debet esse: flauitas quæ ve-  
 hementer est commixta, perfectam naturæ coctionem  
 indicat: quæ quidem natura omnes inflammationis hu-  
 mores perfecte coxit: non enim oportet rube dinem ap-  
 parere, nā licet sanguis pro duxerit pleuritidem, cum  
 coquitur albedinem acquirit aliquatq; eius pars, quæ in  
 flauam bilem per putredinem fuit commutata, si vehe-  
 menter sputo est commixta, naturæ dominium demon-  
 strat: sed aduersus hæc obijciat aliquis, non sputum cui

vehementer flauum est permistum esse naturale, sed  
 cruentum: siquidē Gal. sexto vulg. commen. tertio ait  
 Cruenta screatio est mitissimi morbi nota: sed hoc di-  
 ctis minimē reluctatur. Quippe cruentum ipsutum, quia  
 supra sanguinem attestatur qui est omnium humorum  
 naturalissimus inter initia laudatur: sed procedēte mor-  
 bo, vbi sanguis per coctionem rubedinem debet amitte-  
 re, præstabilius est album cui flauedo sit commixta.  
 Caterum, in principio morbi, quia morbus nondū est  
 concoctus, naturale sputum (quale Hipp. & Gal. lauda-  
 runt) ferme nunquam screatur, si cruentum screatur in  
 principio. Spectandum est, quod facta coctione screea-  
 bitur album admixta vehementer flauedine: sed instat  
 bit cauillator aliquis dicens: falsum esse quod de cruen-  
 ta screatione ex Galeno citauimus. Siquidem quarto li-  
 bro Aphorismorum, Aphorif. quadragesimo septimo  
 screationes cruentas vituperat Hippocrates. Subtile vi-  
 detur argumentū, cui sic satisfacies, quod cruenta screea-  
 tio quam dicit Galenus esse mitissimi morbi nota: est,  
 que non perseverat, sed solum in initio apparet. Screea-  
 tio verò cruenta que ab Hippocrate damnatur est, que  
 non solum in principio, sed in quouis alio tempore ap-  
 paret. Porrò prima quia supra mitissimum humorum  
 attestatur, ideo virtuti & non vitio ascribitur. Secunda  
 verò quia apertionem venarum indicat, ideo proba-  
 vertitur, etenim licet morbus ex sanguine ducat ortum,  
 screeatio cruenta perseverans non potest malum non  
 indicare, quia progrediēte morbo si vas non aperitur,  
 non debet sputum cruentum sed album screeari, nihil  
 enim concoqui inflammationem indicaretur. Si eadem  
 spura essent in statu quā in principio, adde quod screea-  
 tio cruenta, que Hippocrati damnatur, est que nil aliud  
 est quam sanguis, que semper malū indicat. Caterum  
 expuitio

DE ARTE CVRATIV A. 143

expulſionum pernicioſiſſima eſt nigra, plurimum enim atriſ bilis in inflammatione eſſe denotat, vt ſecũdo prognof. & ſecundo de criſi. Gale. dicit, flauæ & pituitofæ ſputiones ſunt mediæ, inter ſanguineas & nigras, ſed pituitioſiores habentur modeſtiores, quam flauæ, vt par te citata de Pronoſticis, Galen. autore, eſt enim pituita mitior humor, verum ſi à pituitolo humore proficiſci tur pleuritis diuturnior erit, quam ſi à biliolo eſt geni ta. Porro à tam crudo humore poteſt pleuritis obor ſiri, quod & in vndecimo die ſit in principio, nihilq; ſpat, ægrotus, vt ex nſ quæ primo de criſi dicũtur inno ſcit, quod ſi multi conſideraſſent, non aſſeuerarent, trium dierum numero principium pleuritidis eſſe complexum.

**C**Vrant pleuritidem medicamenta quæ ſecretum adiuuant, fomenta, venæ ſectio, purgatio, cucur bitæ & balnea.

**I**ndicatione ſumpta à tempore inflammationis, re pulſoria medicamenta conueniunt, quæ extra ap plicafſe, Cõſtantinum Africanum legimus, & ſi be ne aduertimus eſto, quod extra medicamenta repulſo ria medici nunc non admouent intra frequenter illa exhibēt. Nam ſyrupus de papauere: & ſyrupus de iuiu bis, & ſyrupus de nymphaea, quos inter initia pleuritidis biliolæ multi propinant, potius fluxũ cohibent, quam ſcretionem adiuuāt, etenim humor expectorationi re pugnat, vel quia eſt nimis craſſus, vel quia eſt nimis viſ cidus, vel admodum tenuis, qui craſſus & viſciduſ eſt, ſy rupis qui tantum infrigidant non redditur expectora tionis facilior, humor verò admodum tenuis: qui expui tionis reluctatur, plurima ex parte ſuprà tenuem atteita-



tur pituitosam. Hæc verò syrupis calidis, & nō frigidis  
est reddenda concoctior, verum multi medici putant  
quod sputum tenue, ab alio humore quam bilioso non  
proficiscitur, sed si bene aduertunt, videbunt quod &  
in pleuritide ab hoc humore producta, decoctis frigi-  
dis ad excretionem iuuandam nō vsum fuisse Hippo-  
cratem & Galenum, atq; nemini ex antiquis viola est  
dicta pectoralis de iniubis verò mille incommoda, nar-

*si sup ut  
deu bing  
no pro sup*  
rat Gale. secundo libro, de Alimentis. Cæterum ad ex-  
pectorandum, prodest syrupus de adiantho, syrupus  
de glycyrriza, syrupus de hyssopo, quod si humor est  
viscidus oximel conducit. Est vero notandum quod si  
perpendimus, quæ quarto Metho. dicit Gal. quæ vecher-  
menter spuitiones promouent, inter initia pleuritidis  
non conducunt, quoniam tunc potius vt Gal. dicit. Fluxio  
ad contraria est retrahēda, quæ vero fixa est fluxio  
ex affecta particula vel vicina est vacuanda. Vacuatio  
vero quæ fit per excreatum, ex ipsa affecta parte per vi-  
cinam euacuat. Nota etiam quod si admodū biliosa est  
inflammatio q; syrupi multū dulces solent incomodare.

*pro aduina  
calida et sic  
decomitant  
in biliam*

**F**Omenta humida & sicca adhibentur, quæ vt in  
Enchiridio dixi, nō solum ad tentandum, sed ad  
curandum etiam apponuntur. Porro securius est  
adhibere fomenta humida quàm sicca, quia illa si non  
iuuant, non sic vt sicca nocent: fomentum humidum pa-  
ratur ex aqua calida in vesica posita, & ex decocto se-  
minis lini cœnigræci & florum camemilæ, cui madefiat  
fordida lana, vel spongia, fomētum siccum ex furfure  
vel milio, vel sale. Cæterum, si plenitudo est ante cor-  
poris vacationē, pectus fomentis linire non licet: nam  
affecta pars sic linita, humorum affluentiam a duocat, vt  
tertio vulg. com. tertio Gal. dicit. Vacuata verò abun-  
dantia

dantia fomenta vel linimenta profunt, vt aperiãt vias, quibus noxius humor regrediatur, vel à fomentorum caliditate digeratur.

**V**Ena sectio est vsitatius remedium, quo aduersus pleuritidem vtimur, est verò iuxta Galeni dogmata vena ex directo laborantis partis secanda, vt colligitur ex ijs quæ dicit, libro de Sanguinis missione, & libro primo de Ratione vietus, & tredecimo Metho. & multis alijs locis, quos explicare superuacaneum censui, quando in hac arena sudarunt multi, qui abunde antiquorum dicta declararunt, atq; post Petri Brisotii de hac re luculentissimum libellum facile fuit cuiuscunq; de hac re nouum condere opus, quando ille tam exacte hanc rem aperuit, quod vix quiquam dimisit intactum, adeo vt si mihi credis, & Brisotum habes. Aliorum de pleuritide libellos non leges, nihil enim in dictis autoribus reperies, quod à Brisoto non fuerit annotatum, ne igitur ipse videar ex re pro trita, & fuscè dilucidata, velle laudem comparare, ad Brisotum te re lego, nihil enim habeo quod eius totis numeris absoluto operi addam, neq; ab hac opinione te subducat Marnardus qui ait hoc æuo opinionem hanc non esse seruandam, quia homines imbecilliores sunt quam Galeni tempore, inquit enim si inter initia ex directo brachio scinditur vena, affatim sanguis est mittendus, hac verò ætate homines præ sua imbecillitate non tuto ferrent tantam detractionem sanguinis. Aduersus hoc iam in Enchiridio dixi, quod esto quod sic esset, quod homines nunc multo essent imbecilliores, hanc rationem inuolidam esse, siquidem quo vires nunc sunt debiliores, hoc minori sanguinis missione sunt contentæ, quod facit in corporibus robustissimis quatuor librarum san-

guinis missio, idem in is qui solum media virtute pol-  
 lent, facit duarum librarum sanguinis extractio. Adde  
 quod esto quod ex directo brachio in pleuritide venã  
 feces, non vique ad deliquium animi vt quidam male  
 interpretantur mittendus est sanguis, sufficiens distãtia  
 est quã est à brachio ad latus vt cõmode revulsio fiat,  
 non enim Gal. qui directiõnem esse seruãdam monuit,  
 semper effatu dignissimas fieri sanguinis missiones doc-  
 cuit, postquam enim venam (quã è directo brachio est)  
 in pleuritide esse tundendam, libro de sanguinis mis-  
 sione dixit, subiungit, conari autem in omnibus affecti-  
 bus præstat, post modicam sanguinis missionẽ, iterato  
 mittere interim eadem die, si ita expedire videatur, in-  
 terim postridie nisi quando vt ante dictum est ad ani-  
 mi deliquium euacuatiõnem ducere conueniat, videq;  
 Gale. cum iterato est mittendus sanguis, non laudat san-  
 guinis missiones effatu dignissimas, at qui cum in pleu-  
 ritide maxima ex parte iterato sanguis est profunden-  
 dus, cur quis arbitratur nunc à venã sectiõne quã ex  
 directo adhibetur latere inter initia pleuritidis esse ab-  
 stinendum, ne tanta sanguinis fusione labi factentur vi-  
 res: neq; ab ætate Galeni ad hanc in hominũ ætate ma-  
 gnã mutationem legimus, septuaginta annos esse vi-  
 tam hominis, scripsit David, septuaginta annis vitã ter-  
 minari. Scripsit primo Satur. Macrobi. septuaginta an-  
 nos, & hac ætate homines viuunt, sunt nunc poping, erat  
 tunc luxus Corinthius, & syracusanã mentis erant.  
 Adeo vt Plato lib. tertio de re publica suã ætatis homi-  
 num intemperantiam multum deplorauerit, sed ad in-  
 stitutum regrediamur. Diximus quod Gal. non semper  
 effatu sanguinis missiones in pleuritide vsurpabat: licet  
 plurima ex parte assatim sanguinẽ fundebat, hanc sen-  
 tentiam non sequebatur Aetius, qui parce sanguinem  
 in pleuritide

DE ARTE CVRATIVA. 147

in pleuride esse mittendum docuit, ne refrigerato corpore pulmo rarus & calidus existens, lateriq; vicinus prompte & facillime morbū susceperet, sed de hoc iam satis. Porro si ijs qui hanc arabum tutantur opinionem tantus amor est: laciniosis, flexuosisq; argumentis suam eruditionem monstrare, addant etiam suis argumentis hæc quæ sequuntur, fit primum si vbi multanō adest repletio, pro integra reuulsione in pleuritide requiritur venæ sectio quæ ex directo laborātis partis fit, ergo vbi multo maior est plenitudo maior est distantia querenda. Secundo multo sanguine ad manū fluente qui gangrenam minatur optime reuelimus si crura scarificamus. Idem igitur licebit facere phlegmone pleuram occupante. Nam si plenum est corpus & magna fit ad manū sanguinis affluentia, periculum inquit gangrenæ. Item laborante dextra manu nulla seruatur rectitudo cruris sinistri scarificando. Gale. tamen non minus videtur vnum crus quam reliquum manu patiente scarificare. Tertio si magna est plenitudo, ab vniuerso corpore videtur fieri defluxum, vt ergo migrēt humores per loca per quæ fluxerunt, non videtur esse repudiandam venæ sectionem quæ ex opposito fit brachio, videtur enim quod actutum quod pleura dolet tanquā ad partem imbecillam omnes corporis valentes partes humores transmittent, neq; ijs repugnant quæ ex naturæ motu obijcit Gal. cū dicit turgente liene sanguinem erumpentem ē dextra parte & patiente iecore qui ex sinistra erumpit nullam præstare vtilitatem. Nam cum natura euacuat iam concoctus est morbus, partem iam fluxam pellere conatur, non aliunde fluentem, eodem enim tempore quo euacuat natura. Si Medicus euacuaret, id ipsum faceret, per propinquam nempe partem ipsam mittendo sanguinem educeret. Quod si vrges secundæ

*videtur enim  
causā non  
panditatem  
partis & in  
causam*



rationi Galeni animus aduerte, quæ probat per directam partem reuulsionem esse faciendam, quoniam in sanguinis dextra nare fluore cucurbita iecori fixa iuuat, si ex sinistra nare quæ apponitur hypocondrio sinistro, valida est ratio, sed non abionum ego ceterem asserere, magno phlegmone iecur occupante, ex utraque nare erumpere sanguinem, fortis enim natura ad longinquiora solet humores transmittere, admodum enim resuante iecinore in leua manu & sinistro pede pruriginem & scabiem videmus, quæ à iecore ortum ducere, quid ut credamus obstat. Caterum si mittenti parti tantus est habendus respectus, ut Galeni videtur in sinuare, ratio patet perspicue quod si fluentibus mensibus pleuritis aliquam inuaderet, quod poplitis malleoli effere na secanda, & non vena brachii: quod si à toto corpore magna existere plenitudine, in pleuritide sit defluxio, quid queso efficiet ex brachio opposito secta vena, maiorem utilitatē forsā præstabit reuellendo solū quam quæ è directo secatur quæ reuellit & euacuat, quæ licet parti fluxe multum respiciat, fluentibus humoribus quæ ex aduersa fluunt parte minimè accomodabitur, hæc forsā alicui arrident. Verum Galeni non sunt consentanea dogmatibus, quibus quicumque fuerit anixus breui disputatione dictis poterit satisfacere. Quod si disputationibus gaudes. Non mirabor quod cõtendas magnam inflammatione pleuram occupante, quæ magnam plenitudinem comitatur ex utroque brachio simul inter initia mittere sanguinem, ab utraque mittente parte reuellet & ab inflammata parte euacuabis, minutaque plenitudine solum affecto lateri aduertes animus, quod si rectitudinem in primis seruare intendis, quæ Vesalius vir doctissimus inuenit speculare, & non prorsus Galeni adhibebis sententiæ, quæ verò sit Vesalii opinio iam in Epidemico chiro

*aliquando  
ex opposito  
latere iacet  
vena.*

chiridio dixi, longiorem vero explicationem libris quos ille de humani corporis fabrica cōdidit reperies. Cæterū ignorandū nō est, aliquas esse pleuritides vbi nullus sanguis est extrahendus, ait quippe Gal. vj. Vulg. cō. iij. intuitū fuisse quendā pleuriticū, qui sputū cruentum excrebatur, ex quo sanguinem nō extraxit: quia mitissimus erat morbus, subiungit ipsi mitissimi morbi sunt, in quibus cruenta sputa deſciuntur: verum hoc difficile videtur, cum pleuritis in qua cruentū sputum eijcitur, plurimum sanguinis in inflammatione contineri indicet: quōd si multus est sanguis, nō videtur à sanguinis missione esse abſtinendum. Considera igitur quantum illum scopum qui est morbi magnitudo obſervabat Gal. q. & in morbo à sanguine orto: quia non erat magnus sanguinem mittere recuſavit: non sic hoc præſenti obſervatur ſeculo: siquidē si vrina est rubra, citratiliam considerationem in omni morbo medici sanguinem mittunt. Nec hæc dico, vt eam inficias ijs qui apparente cruenta ſcreatione sanguinem extrahunt, nam si vires constant bonum iudico sanguinem extrahere: incipiunt quippe mites pleuritides, in quibus si non fit reuulſio & euacuatio, tanta fit humorum affluentia, q̄ in deterrima tranſeunt: neque Gale. parte citata proſus pleuriticis quibus cruenta eijcitur ſcreatione venæ ſectione interdixit: dixit nempe vidisse pleuriticū à quo sanguinem non extraxit, quia mitis erat morbus. Subdidit mitissimi sunt morbi, in quibus cruenta sputa eijcuntur, ac si diceret: inter omnes pleuritides ſecuriores ſunt quæ sputum habent cruentum: quare si ad magnitudinem morbi respicis, si in aliqua pleuritide à venæ ſectione cauebis, illa ſit in qua sputum expectoratur cruentum: non tamen deſinit, quōd in omni pleuritide sputū cruentum habente, sanguis non fundatur. Cæterū, non

solum in mitissimis lateris doloribus à sanguinis missione abstinere monent auctores, sed etiam in ijs qui sunt sub septo transuerso: hoc Commen. secundo de Ratione victus Hipp. docuit: quem Aetius, Paulus & Alexan der sectantur: Gal. tamen noluit hoc in perpetuum esse seruandum, non quòd ab Hippocrat. sententia abluat, insinuauit tamē, quòd si est pleuritis cum vehementissima febre, tutius esse venam secare quàm pharmacū purgans exhibere: nec solū habitu respectu ad morbi acutiem, venæ sectionem præfert: sed etiam quòd non sic est exploranda ægrotantis natura ad venæ sectionem sicut ad purgationem. Cum verò febris vehementis non fuerit, naturaq; ægrotantis iam sit explorata, optimè consentit Gal. quòd pharmacum exhibeatur: pauci sunt tamen qui hos summos viros sequantur, sed in omni pleuritide venam secant. Porro si vena pariseptis sub corde emergeret, vt forsàn autumauit Hippoc. & Gal. scripsit, optimum esset in pleuritidibus quæ sunt sub septo transuerso, nisi magna esset febris vehemētia, pharmacum purgans exhibere, & venam non secare: verum cum ex dissectione compertum sit, hanc quam diximus venam, supra cor emergere: non est cur tam promptè non secemus venam in laterali dolore qui est sub transuerso discrimine, sicut in illo qui ad clauiculam ascendit. Est verò annotandum, quòd vena ex qua congruentius mittitur sanguis in pleuritide est axillaris, vt copiosè secundo libro de Ratione victus declarat Gal. Muta verò in Commen. secūdo eiusdem partis dicit: quòd in pleuritide ascendente, mittendus est sanguis ex vena humerali. Mirandum est de hoc auctore, qui à fundamento quod assumpsit lib. quarto de Ratione victus discendit: ibi enim tradens rationem, ob quam in apoplexia axillaris vena & non humeralis est secanda, dicit



reprobabat  
muciam

## DE ARTE CVRATIVA.

152

cit. q̄ in omnibus acutis passiōibus, venæ axillaris sectio  
 præstat: cum pleuritis verò sit acuta passio, cur hoc non  
 obseruat: In pleuride verò minus conuenit sanguinis  
 missio ex externa vena, quàm in apoplexia, quæ cere-  
 bri est passio: quod quidē propinquè respicit vena hu-  
 meralis, sed de ijs iam cap. de apoplexia.

**A**D purgandum pleuriticum, facit castia & man-  
 na: quibus acceptis non illicò dabis cibum. quic-  
 quid Comm. secundo de Ratione victus mo-  
 neat Musa, quem aduertisse prestasset, q̄ Gal. secundo  
 lib. de Alimentorum faculta. pro certa lege obseruan-  
 dum dicit, ne statim ijs quæ aluum deijciunt assumptis,  
 sumatur cibus. Loquitur verò de prunis Gale. quæ non  
 minus nutritiosam substantiam habent quam castia.  
 Porro si ventriculus est multum inanitus, paucò trans-  
 acto interuallo poteris his mitibus medicamentis acce-  
 ptis cibum porrigere, nimirum ne famelicus venter ea  
 plusæquo coquat, & in se detineat: quòd si ab esuritiõ-  
 ne ventriculus multum abest, ob id scilicet quòd multis  
 humoribus est pergrauatus; nõ solum spatium vnius ho-  
 ræ ab eorum assumptione quod multi faciunt obserues,  
 sed & duas & tres horas potes cibum differre, quatum  
 vero hallucinetur Musa: qui solum spatium vnius horæ  
 assumptis fortibus medicamentis, in eadem parte dicit  
 expectandum: ex ijs quæ in Enchiridio dixi satis inno-  
 tescit. Sed ad institutum recurrat sermo. Cæterum, rha-  
 barbarum etiam vtiliter pleuriticis propinatur: quod  
 & in substantia turò potest adhiberi. Quòd si qui pleu-  
 ritide est correptus, fortis est: & clemētibus medica-  
 mentis eius non parat alius, fortiora pharmaca exhibere po-  
 teris: purgabis biliolos humores electuario rosaceo,  
 electuario de succo rosarū, electuario de prunis: quid  
 lenito per venę sectionem dolore: hæc times, qui vides



Hippocratem, vexante dolore, per exordia exhibuisse veratrum nigrum, vel peplium, & Galenum medicamentum ex colocyntide paratum, non inficior tamen; quod pleuritis nimis caute sunt purgandi: quia pleuritis morbus acutus est: & in raro medicamentis purgatorijs esse vtendum, decantauit Hippo. Ceterum notandum est: quod medicamentum ex colocyntide quod proponandum dicit Gale, debet esse ex elleboro & non ex scammonio paratum, ex hac parte multi contendunt elici, securius medicamentum esse elleborum quam scammonium. Sed sanè hoc non colligitur, nempe vt infra declarauimus, quia humores crassos & non tenues volebat Hippo. & Gale. euacuare. Ob id peplium & veratrum scammonio prætulere, non enim sic crassos humores euacuat scammonium, ac veratrum, & hæc clarius videas perpende quæ Hippo. dicit: quippe ait. dolorem sedant peplium, & elleborus, sedant quoque alia que expurgant medicamenta. Verum omnium quæ nouerim viderimque hæc potissima existunt. Vide quod Hippoc. non tam trutinatus est medicamentorum potentiam, quam vtilitatem, quam experientia cognouerat, in eadem parte dicit quod elleborus, tum melius, tum ad iudicationem iuuantius quam peplium ventrem soluit, sed status minus discutit, ex qua parte videtur colligi, Hippocratem cum dolorem qui sub septo sunt curam tradidit, non solum doloris qui ex inflammatione oboritur curationem tradidisse, sed etiam eius quem ventositas excitauit. Ad curandum enim dolorem ex ventositate genitum, præferendum esse peplum elleboro ex suis dictis colligitur, quod si Gale. textum non exposuisset, quis forsitan contenderet, quod elleborum proponere non præceperit, Hippo. in dolore quem calida recens produxerit inflammatio. Sed in dolore à frigidis humoribus

DE ARTE CVRATIVA. 159

humoribus orto, atq; cū ab ijs & a ventositate & inflammatione producitur dolor, cui libet doloris generi res medium admouisse, dolori ex inflammatione producto venæ sectionem, ei quem crassus excitauit humor el leborum, ei quem peperit ventositas & fomentis non propulsiatur peplium, dicitur atq; artificiose non causam producentem dolorem, sed locum distinxit Hippoc. quoniam si inflammatio magna dolorē gignit, etiam si sit sub septo tranuerso ex consensu in parte quæ est supra septum tranuersum inuenit dolori in ijs verò videtur aut ipsulari Alexander Trallianus, qui secundo libro capite de Pleuritide ait. Si nō bileus, sed potius pituitosus, aut atrabiliaris succus abundarit, obtemperandum erit in medellariū viū præceptis Hippocratis, fucularem herbam exhibēdo, vel veratri nigri farinā. claret hinc Alexandrum suspicatum fuisse in solo dolore quem produxerint, crassi humores Hippocratē sua pharmaca laudasse: in eadem parte, magnopere laudat Alexandricammonium, ad purgandum in pleuritide, cuius causa bileus est humor. Ait enim non tam caloricus est potentia, atq; cætera chatartica, si omnia hæc bene dispicis, videbis clare quare peplium, & veratrum, scammonio prætulerunt Hip. & Gal. quia voluerunt, scilicet crassos humores euacuare: nec me præterit, q̄ Aetius & Paulus, securius medicamentum censuerunt ellebotum nigrum, quam scammoniū. Ait quippe Aetius sermone tertio, primæ partis, nullum medicamentum purgatorium sic nocere stomacho, atz scammonium, in eodem sermone, capi vigesimo septimo ait. Veratrum nigrum maxime idoneum esse visceribus. Si purgatorio medicamento opus habent, id ipsum etiā dixit Paulus. Est verò annorandum, quod in eadem parte dicit Gale, quod quo ad tempus operationis, medicamenta

Ik v

non debent habere controuersiam, ita vt vnum nō multo antequam aliud vacuet, verum si in tempore vacationis non est tanta distantia, bene licet. Si enim de eodem tēpore exquisita loqueretur, vix duo medicamenta simul exhibere liceret, quādo vix sunt duo, quę idem tempus præfigant. controuersiam verò quam parte citata & libro quibus medicamentis sit purgandum ponit Gal. est vt quando vnum incipit aliud desit, nō est enim controuersia si vnum medicamentum aliud quomodo libet antecedit, est etiam subnotandum, quod sæpe medicamenta, quę in tempore purgationis longo intervallo distant; exhibemus nimirum si præter vim purgatoriam, quod remisse purgat aliam vim habet quę medicamento fortiter purganti potest esse vtilitati, hoc verò nomine rhabarbarum cum scammonio vel colocyntide optimè miscetur: nimirum quia vim habet aperienti, & vi stiptica fortia hæc medicamenta frenandi, eademq; causa casia nigra non incongruè agarico vel scammonio miscetur, quę & mollia reddit viscera, suaq; lenitudine scammonium non sinit deorbitari, tegitq; ventriculi internam membranam: ne ab acuto medicamento laceffatur. Hoc considerans Gale. miscuit aloem & scammonium in pilulis de aloe, quas primo de medicamentis localibus concinnat: non vt augetet aloes operationem, sed vt alia vi scammonij & colocyntidis felicior operationem redderet: q; si quis contendit, medicamenta quę tanta intercapedine distant, nunquam esse miscenda, & simul exhibēda, dicat cur Gal. aloem & scammonium viribus tam disparia miscuit: sed dices, in pilulis esse medicamenta tam vnita, q; separari non poterunt: dicam etiam semper esse in nostra manu, vt antequam varia medicamenta porrigantur, optimè miscantur. In pilulis enim & medicamentis quę aliquid vehementer

## DE ARTE CVRATIVA. 155

vehementer in frigidans non habent, non legimus fermentationem Galenum expectasse: sed de ijs alijs plurima: quæ vel ob hoc solum hic appingere placet, quod sunt multi dicta Galeni sic interpretantes, quod absurdum putant & agaricum cum rhabarbaro miscere.

**Q**uartum remediũ quod aduersus pleuritidem valere diximus est cucurbita, quæ vacuata abũdantia parti dolenti apposita: eademque parte scarificata præsentaneum auxilium ægrotanti exhibet: ait enim Alexander secundo lib. cap. citato, auspiciatõ satis multos hoc remedio fuisse vsos. Vidi etiã ipse multos pleuriticos quibus anceps erat salus et dubia: ne dicã desperata, cucurbitæ adhibitione: & scarificatione mirum in modum fuisse leuatos, atque solitus sum partiscarificatæ synapismum admouere: cuius effectũ rarenter sum frustatus. Porro ab hoc remedio & à cucurbita minime abstinuit Celsus, qui quarto libro cap. sexto ait. Si leuior siue veustior casus est, vel superuacaneũ vel serum id auxilium est, sit per venæ sectionem, confugiendum ad cucurbitas est, antè summa cute incisa, recte etiã synapi super pectus imponitur, donec vlcera pustulasque excitet. Caterum non solum post decimũ aut quartum decimum diem, vt Paulus monet, hoc auxilio est vtendum. Si enim plenitudo non est, & alijs fuisse vsus uacuationibus, tuto & antè septimum potes cucurbitas ad mouere.

**S**extum remediũ est balneum, quod commẽ. tertio, de Ratione victus laudant Hippo. & Gal. sed loco balnei potes ad mouere fomenta ex camemela, & sænograceo & meliloto & caricis & anetho.



**Q**uicquid citra febrem dense respirant, qualiter faciunt qui velociter cucurrerunt: ab accessione hac medicis græcis ashmaticis: latinis anhelosi appellatur: vt Gal. dicit: septimo Localium. Porro tertio libro de difficultate respirationis, dicit omnem difficilem respirationem in qua spiritus multum densatus est, Hippocrati dici anhelationem. Ceterum in septimo Localium ait. Ashmaticos orthopnoicos ab alijs vocari. Propterea quod ad thoracis proportionem, omnino totum corpus rectum habere coguntur: ob timorem suffocationis, verum vt elicitur ex ijs quæ ipsemet autor, secundo Prorrheticorum ait. Orthopnea non tam morbus est, quam symphoma, quod non solum ashmaticum affectum qui citra febrem est, solet comitari, sed etiam peripneumoniam, & grauem anginam, morbos febrium non expertes, causam autem ob quam difficilime respirant, cogantur rectum pectus habere, in eadem parte ipse clarissime explicat. Sic dicens vocant omnes orthopneam, illam difficultatis spirandi speciem, in qua iactes suffocantur, & vix recto thorace sufficiunt, nihil dilatato dorso. nam cum aspera arteria principium à gutture habens in pulmonem diuidatur, quoties quidem thoracem cum collo recte extendimus, arteriam ipsam dilatari contingit, atque etiam quæ ex ea in pulmones distribuuntur propagines omnes, atque interim regionem augeri eis internam, ob id sane & in peripneumonijs orthopnea fit, & in appellatis ashmaticis affectibus, ob id ipsum & in grauisima angina. Hæc Gale. quæ aperiunt causam cur erecto thorace facilius sit respiratio, & in dicant plane orthopneam esse ashmaticis peripneumoniæ & anginæ

DE ARTE CVRATIVA. 157

& anginae symptoma. Caeterum causa veri asthmae  
 est humorum crassorum ac viscosorum multitudo pul-  
 monis bronchiis infarcta, vel tumor durus, vel crudum  
 tuberculum iuxta bronchia, in bronchijs autem debet  
 esse infarctio. Nam si in parvis arterijs est, difficultatem  
 respirationis non producit, ut ibidem Gale. Antipatri  
 morbi probat exemplo. Caeterum solet tumor abscessus  
 sui similis producere difficilem & densum spiritum, ut  
 septimo Localium, dicit Gale. difficultas tamen haec ad  
 asthma non refertur, quoniam ut Aeti. ait, se[m]one quarto,  
 secundu[m] partis cap. quinquagesimo septimo, si tumor  
 abscessus similis in pulmone est necessario febris conse-  
 quitur, qui proprie asthmatici uocantur in tota febre[m]  
 non habent. Cum uero haec autoritatem citet Fuchsius.  
 Miror cur asthmae causam dixerit esse tumorem ab-  
 cessusui similem. Caeterum cum pus in pectore necessario  
 febre[m] producat, non est assentiendum Auicennae qui  
 dixit ex eruptione puris fieri asthma, idem insinuauit as-  
 thma generari ex humore in paruis alterijs pulmonis con-  
 tento, quod non succinit ijsque Gale. quarto de Locis,  
 dixit. Si enim crudum tuberculum in paruis arterijs non  
 generat asthma, humor non generabit dicit etiam Auicenna,  
 quod si ex siccitate pulmonis asthma. Sed uideatur,  
 quod citra febre[m] uel humoralem, uel hecticam,  
 non possit esse tanta siccitas in pulmone, quae ortopnea[m]  
 gignere possit, quod si tanta siccitas possit esse absque febre,  
 est ex causis rarer contigentibus. Ideo haec causam  
 non expressit Gal. Porro aquam in pulmone ponit  
 Auicenna quae difficilem ait generare anhelitum; huius  
 morbi mentionem fecisse Gal. non memini. Hippo.  
 uero libro de Internis affectionibus aquam intercutem  
 dicit fieri ex hoc quod pulmo aqua repleatur. Sed si bene  
 aduertis, qui haec scripsit, alludit eorum sententiae, qui

inuenit  
 si in p[ar]te d[omi]ni  
 febris non  
 respicit  
 no[n] f[er]it  
 f[er]it

potum ad pulmones ire docuerunt, partem enim potum ad pulmonem deferri Plato. dixit in Thimeo, & Hipp. lib. de Corde. Si vera est attitlatio asseruit esse vero hanc Hippocratis assertionem, Plutar. & Gellius dicunt. Atqui Gale. nunquã hoc de Hippocrate sensit, dicitq; lib. octauo, de Decretis, & Platonem noluisse, vt multi putãt, totum potum ire ad pulmonẽ, sed partem. Porro si aqua in pulmone aggregatur, ita vt nec pulmonis assiduus motus, nec pectoris vegetus, calor hoc possit impedire. Dicemus sub pituitoso humore aethma producente hanc causam complexum fuisse Galenum. Animalibus verò dissectis in pulmonibus aquã vidisse non recordor. Ex ijs quæ hucusq; diximus patet in plura se extendi orthopneam quam aethma, si quidem orthopnea potest esse cum febre, vt parte citata de Prorrhæ. & quarto de Ratione victus, Gal. dicit, Aetius vero proprio cap. videtur insinuare. Aethma ab orthopnea nulla re differre, quia vero in præsentî parte de anhelatione tractamus, quæ vt iam explicatũ est, morbus est anhelitum difficilem reddens. Est notandum quod operatio anhelitus est voluntaria, quod si tertio lib. Aphor. Aphor. vigesimo tertio dictum est, neminẽ posse anhelitum cohibere, dictis non contradicit, quoniam Gale. in hac parte solum voluit, quod si viuendum est, q; non possumus membra anhelitus obtinere vt cætera membra possumus: dicens quippe posse nos alia membra à frigiditate defendere, subdit anhelitum nemo potest cohibere, ac si clarius diceret, membra anhelitus non possumus defendere à frigiditate, quando necessum est respirare, & respirando ambiens aer non potest nõ attingere anhelitus membra, hoc annotare placuit, quia multi putant diuersum hac parte quam alibi à Galeno esse dictatum.

Curant

*Solutio  
traditio in  
verbis.*

DE ARTE CVRATIVA.

159

**C**Vrant asthma sanguinis missio, humorum attenuatio, eorūq; expectoratio, purgatio, vnguenta, emplastra, vstio.

**I**N propria anhelatione quam crassus humor, rara producit sanguinis missionis est necessitas: ideo Aeti. & multi alij sanguinis missionis non meminerunt. Cōtingit tamē, suppressis mensibus vel hemorrhoidibus vel alia cōsuetā euacuatione detenta, hunc morbum produci: cui optimē suppetias prestabimus, sanguinem euacuando: adde q; contingit infarctionem crassorum humorum esse in pulmonibus, & per totū corpus sanguinis redundantiam. Vsu igitur expetente, & necessitate incumbente, vt Paulus monuit, in primis venae aperienda: aperies venam malleoli si menses vel hemorrhoides sunt suppressae: alias, tundes venam cubiti internam.

**H**umorū attenuatio fit pharmacis incidētibus citra vehementem calfactionem, vt Gale. dicit lib. de attenuante victus ratione: & Aetius citata parte: crassi enim & tenaces humores, a vehementi calore viscosiores redduntur, glutinosiq;, & vt difficulter auelli possint. Cæterū, medicamenta quæ valde refrigerant vitanda sunt, vt septimo Localium Gal. dicit. Omnia enim crassefaciunt, & cogūt, ac coaugmentant humores, eosq; agrè cluibiles reddunt: in qua parte semen lini tanquā valde refrigerans noxiū esse asthma: tics ait: ait etiam q; adstringentia medicamenta vitentur. Non igitur exhibeas electuarium de margaritis, & alia id genus, quæ practici Nicolaum describentem cōfessionem de margaritis & anhelosis laudantem sectantes commendant. Cæterum, attenuat syrupus de hyssop



po, syrupus de praisio: attenuat & scindit oximel, facti decoctum liquiritiæ, carycarum, hyssopi, origani, calaminthæ, adinanthi e lenij. si nimis vitcidus est humor, miscebis non nihil oximellitidis: facit diarris, diacalaminthæ: expectorationem etiam adiuuant, vapor rerum calidarum, & suffitus. Cæterum est notandum, q. medicamenta quæ lambendo sumuntur, per tēpus debet ægnus in ore tenere, vt sensim & paulatim ad pulmones defluant: hoc elicitur ex ijs quæ dicit Gal. quarto Metho, ex qua fit palim de errasse Gradensem qui cap. de sanguinis reiectione dixit: q. qui dicta medicamenta sumit, debet pectus: verius anteriore partem flectere; sed iam hunc errorem in Enchiridio taxauimus. Subnotare etiā placet, quod si alima ex catarrho ducit ortum, eisdem machinamentis quæ aduersus catarrhum laudauimus, debes vtiri: itaq. debes caput roborare, & fluxū colibere, vt cap. de catarrho dictum est. Nec silentio inuoluere volo, quod Hiero. Cardanus decimo octauo libro de Subtilitate, pro magno remedio suū inuentum laudat, quod habet semiunciā succi ozimi, & medium scrupulum croci.

*reprobatur  
Matth. de  
gradis*

**A**D purgandum singulare medicamentū est agaricum, prodest diaturpetum, pilulæ de garico, pilulæ vocatæ sine quibus.

**L**ines pectus vnguento de althea, facit oleum irinum, emplastrū zacariæ, cui miscebis oleum de amigdalibus amaris, vel oleum rutaceum: ijs oleis vel vnguentis miscebis carycas, puluerē iris & bdellium & facies emplastrum. Cæterum, aliquando sunt adhibenda malagmata quæ vlcerent, & humores crassos extrahant, cui rei seruit synapismus,

Quomodo

**Q**uo modo sit vltio facienda citato cap. docet Aetius: raro tamen ad hoc auxilium confugiunt medici.

## DE PERIPNEVMONIA.

**P**eripneumonia autore Gal. primo lib. ad Glauconem, est pulmonis inflammatio: Aetius addit cum febre acuta: forsan voluit à solis humoribus calidis peripneumoniam oboriri: etenim de peripneumonia tractans, alios humores quàm calidos peripneumoniam producere non insinuauit. Contrarium credo sensisse Hippocratem lib. de morbis cū dixit: peripneumoniam nunquam esse cum febre ardente: voluit forsitan quòd à bileo humore peripneumonia nō nascitur, quòd quarto de causis pulsuum Galenum videtur docuisse, quorū sententiæ accessit autor finiti medicarum: qui pulmonem inflammatione non posse affici dixit, credo illū intellexisse de inflammatione ex calidis humoribus orta: verum quarto de locis Gale. non inficiatur biliosum humorē peripneumoniā gignere. Auerr. etiam quarto Collig. à bile dicit pulmonia creati, neutsiqua mēp posse à pituita: à qua sententia longè absuit Auicenna, qui dixit plurima ex parte peripneumoniā ex pituita produci. Huic sententiæ videtur suffragatum fuisse Gale. parte citata, & secundo de locis, cum ait in laterali dolore, sæpenumero magis biliosum sputum in peripneumonia magis pituitosum sequi consueuit. Insinuauit nempe, pleuritem vt plurimum à bile, peripneumoniam à pituita produci: refert quippe sputum morbi causam. Porrò si peripneumonia iuxta Auicennam plurima ex parte à pituita proficiat, nō est cur

L

ille diceret, rubedinem malarum esse notam peripneumoniae. Sed regrediamur ad autoritatem Galeni, quae ut diximus, habet quòd in peripneumonia eieciatur sputum pituitosum: cui sententiae non reluctatur quòd dicit septimo lib. Apho. commento Aphor. quibus in aëui profuuijs excrementa spumosa sunt, vbi dicit rarius expuere spumolum, qui peripneumonia laborat, quam qui pleuritide: quoniam ob maiorem efferuescentiam quae est in pleuritide, quam in peripneumonia, spumolum in illa expui magis contingit: mitto quòd per arctiores anfractus, in pleuritide sputum egreditur, quòd ad minores partes bullas potest reduci, neque ipse difficulter concedere, quòd in peripneumonia quae à sanguine pituitoso oboritur, sputum sit spumosius quam in pleuritide, quam pallida bilis produxit: quoniam ipsemet Gal. sexto de vulg. cõm. n. quarto, spumans sputum esse pituitosum sicut pallidum biliosum dixit: vbi insinuat supra pituitam spumans sputum attestari plurima ex parte, quòd in prognos. & alijs multis partibus etiam fuit professus. Dictum igitur à phorizimi citati intelligendum est, cum ab eodem humore pleuritis & peripneumonia oboriuntur. ut eunq; sit, videtur dicto Galeni aduersari Razes, qui sputum spumolum ponit inter signa peripneumoniae. Idem vius est insinuasse Aetius, qui proprio cap. ait. Si quid effertur spumolum est ac biliosum, & aliquando eruentum Hippocritae etiam lib. de Diebus iudicatorijs, si titulus non ementitur, salivam albam & spumolam spuere, qui peripneumonia laborat dixit, & hoc inter initia, sed de sputo haec tenus. hoc de puluice est annotandum, quòd peripneumonicorum pulvis est mollis, ut quarto de causis pulvisuum dixit Gal. Cæterum si tumor pulmonis induratus est, ut aliquando contingit, pulvis est durus, ut quarto de praesig.

DE ARTE CVRATIVA. 163

de præfagatione ex pulsibus ipse dixit in qua parte insi-  
 nuat heretypelâ pulmonis, quia siccus morbus est pul-  
 sum habere durum, considera hęc, quæ dictis Auicē-  
 næ & aliorum non quadrant. Ceterum an peripneumo-  
 niam committetur dolor inquisitione dignum est, quo-  
 niam non omnes autores conuenire video. Porrò Ra-  
 zes inter signa peripneumoniz ponit thoracis dolorē,  
 Gale. tertio libro, de Ratione victus dicit, pleuritis do-  
 lorem in latere habet, peripneumonia non habet, hæc  
 controuersia vt in Enchiridio diximus, sic est diluenda,  
 quod si solus pulmo inflammationem habet, nullus tho-  
 racem vexat dolor. Si verò cum pulmone inflammata <sup>quando in</sup>  
 fuerint eius membranæ, quæ cum thorace secundum <sup>pulmonia</sup>  
 longitudinem sunt connexę, dolor in pectore sentitur. <sup>superiatur</sup>  
 Ceterum hoc esse ad classicorum autorum mentē Ae-  
 scius declarat, cū dicit peripneumonia est inflammatio  
 pulmonis cum febre acuta, cōsequitur autem peripneu-  
 monia affectos thoracis grauitas, absq; dolore, quod si  
 pelliculæ ipsius quæ cum thorace secundum longitudina-  
 tem sunt cōnexę, sint inflammatę, etiam dolorem per-  
 cipiunt. Ceterum videtur insinuare Gale. quarto de Lo-  
 cīs, quod citra pellicularum inflammationē dolor pos-  
 sit pulmonem infestare. Ait nempe à sexta neruorum, à  
 terebro coniugatione pulmones, neruos tenues recipe-  
 re, qui intrinsecus nō penetrant, ob quod pulmonis do-  
 lores sunt remissi, constat igitur quod inflammato pul-  
 mone, horum neruorum ratione aliquis dolor licet rez-  
 missus possit sentiri. Porrò quia pulmonis sensus exi-  
 guus est, ob id dixit libro de difficultate respirationis,  
 parum abest quod pulmo sit sensus expers, & in Com-  
 men. tertio, Prognos. dixit, pulmo non sentit vel diffi-  
 culter sentit, insinuauit in hac parte Gale. tam exiguum  
 esse pulmoni sensum, quod parum abest quod non lens-

tiat. Porro quod libro Coacarum prænotionum Hip-  
 pocrati a scripto dictum est. Peripneumoniam & pleu-  
 ritidem ante pubertatem non fieri, rationi & experi-  
 mento prorsus contradicit. Est verò hic annotandum,  
quod vt Gal. dicit sexto Vulg. comm. sexto, est optima  
permutatio, ex peripneumonia in pleuritidem. Transi-  
 enim malum ex nobiliori membro ad minus nobile,  
 si succedit pleuritis peripneumonia non ablegata, pe-  
 ssima res est. In eadem parte dicit Gale. quod phrenitis  
 sanat veterum, & quod phrenitis prave in veterum  
 vertitur, huic autoritati, & alijs quæ idem sapiunt multi  
 annis: dicunt, phrenitidem in veram lethargum comu-  
 tari. Idem videtur insinuasse Aeti cuius sententiam cap.  
 de Phrenitide, ipse retuli, sed non mirum quod quis ve-  
 litur, Galeno non placere, quod phrenitis in veram  
 lethargum transeat. Nã primo Prærr. cõmento textus:  
 phreniticis mala deiectio: ait, non credibile esse ob hu-  
 moris naturam archeocratem phreniticum in veterum  
 vel cataphoram incidisse, sed ob virtutis omnimodam  
 profusionem, iuxta hæc quæ in hoc commento dicit  
 Gale. quis exponat autoritatem vulgæ. iam citam: di-  
 cit enim veterum succedentem phrenitidi esse malum,  
 quia indicat extinctionem virtutis, longè videmur ab  
 instituto diuagari, sed quia incepimus rem magis aper-  
 riamus, videtur etiam, quod etiam si fieri posset, quod  
 phrenitis in lethargum verteretur, quod succedens le-  
 thargus nõ sit perniciosior præcedenti phrenitide, quia  
 do phrenitis non mitius, nec segnius, nec rarius homi-  
 nem perneat quam lethargus. quid vero obstat, quod  
 credamus, quod non de vera phrenitide quæ inflammatio  
 est, sed de delirio ex humoribus in cerebro accensio  
 orto Gale. intellexerit, nisi quis iuffustus n̄s quæ cap. de  
 phrenitide citauimus: dicat, veram phrenitidem solum  
 esse in

esse inflammationem velaminū cerebri, & lethargum  
 effectum ipsius cerebri, secundum hæc dicere possit,  
 phrenitidem sanare lethargū, quia sit transitus ex parte  
 principe ad minis principem, quod contingit cum hu-  
 mores quæ lethargum producebant: accenduntur & ac-  
 censificer cerebrum dimittant, & velaminibus adhgrent.

**C**urant peripneumoniam sanguinis misio pur-  
 gatio, medicamenta excreatum adiuvantia &  
 pharmaca quæ foras trahunt.

**S**anguinis misio inter initia est facienda, dum mo-  
 do ætas & virtus non reclamant, mittendus est au-  
 tem sanguis ex vena axillari, vt tredecimo Metho.  
 Gale. dicit. Porro iuxta aliquos in anathomæ versatos,  
 in qualibet peripneumonia, ex axillari sinistra est mit-  
 tendus sanguis, quia dexter cordis sinus, à quo venæ pul-  
 monis oriuntur, in sinistrum parietem venæ cavæ inferi-  
 ur, qui per axillam incubitū excurrit, sunt vero alij qui  
 disseuerant, ex nulla axillari posse sanguinem educi ex  
 pulmone, neq; à cordis dextro sinu, solaq; ratione ple-  
 thorix his locis affectis venam secari, quod si solum ob  
 plenitudinis causam secatur vena ex vtraq; axillari cō-  
 grue mittitur sanguis, vt Aetius faciendum esse docet.  
 Porro Hipp. libro de morbistertio, si ementita non est  
 titulatio, non solum ex brachijs, sed ex naso & lingua  
 iubet sanguinem in peripneumonia mittere, quod ad  
 prohibendum fluxionem à capite forsan laudauit.

**P**urgatio aliquando fit cum pharmaco, aliquādo  
 cum clysteri, etenim Aetius fortissimo clysteri,  
 quod constat ex colocyn:ida & nitro & melle  
 purgat eos quibus ob virium imbecillitatē sanguinem

mittere non licet, licebit etiam aliquando porrigere pharmacum purgans, & hoc nonnunquam inter initia ad reuellendum scilicet & euacuandum nimirum cum sanguinem mittere non conuenit, facit singulariter agaricus, pilulæ de agarico, si biliosus est humor electuarii rosaceum mixto rhabarbaro.

**F**aciunt expectorare quæ cap. de pleuritide diximus, iuuat mel in pastillos redactum, cui in decoquendo insperita sint hyssopus & calaminta quæ tenuiter trita. Porro quia pulmo membrum spogiosum, & ut ita dixerim carnis fungosa est, cui humores peripneumoniam producentes tenacissime adherent, ob id medicamenta quæ ad adiuuandam secretionem adhibentur efficacioris potentia, quam quæ adhibentur in pleuritide debent esse. Cæterum quæ multum humida sunt, præter hoc quod pigre expectorare faciunt, pulmonum sunt noxia, ut Aetius dicit, ob quod monet ut potius exiguus sit quantitate.

**F**orastrahunt pectori admota, ut Gale. ait vndecimo libro Methodi, qui quidem monet, ut nullatenus medicamenta adstringentia ad curandam peripneumoniam pectori admoveantur, dicit enim longe quidem magis in pulmonis phlegmone abstinendum, ab adstringentibus est, quando in eo ipsis quoque relaxantibus admiscendum aliquid acrium quodam modo & euidenter calfacientium, est, quippe forastrahere quam reprimere in eo debemus, itaque etiam cucurbitula vtiliter istis qui sic laborant: si prius sint vacuati: applicabitur. Hæc Gal. ex quibus elicitur, errare Haliabatem, & cæteros omnes qui medicamenta reprimendi vim habentia, in principio peripneumoniam applicant, etentim  
per exot

DE ARTE CVRATIVA. 167

per exordia medicamenta adstringentia non tam repellunt humorum ad pulmones afluentiã, quam humores qui in pectore sunt ad pulmones transfundunt. Porro si in principio periculosa sunt hæc medicamenta, & in reliquis temporibus non conueniunt, relinquatur ab eis semper esse abstinendum, quare non tutum iudico, subscribere Auicennæ, qui proprio capite ait, in peripneumonia quæ est ex colera rubra, confert extinguitur vltima cum succis vehementis frigiditatis, sicut horum herbarum & fructuum, verum hæc nec intus nec extra esse admouenda, ea quæ ex Galeno & Aetio didimus palam ostendunt: non tamen volo inficiari, quod Hippo. libro tertio de Morbis, dictis Auicennæ videtur suffragari, qui etiam libro de Internis affectionibus, medicamenta multa frigiditate pollentia in thorace peripneumonia correpti, esse admouenda dicit, res sane vt vidit Galen. dictis maximè adueria. Sed iudica tu an quæ citato libro dicuntur Hippo. sapiant myrotecia.

DE SANGVINIS REIECTIONE.



**S**anguinis reiectione, vt septimo Localiũ, Gal. dicit, fit vel ex vasis alicuius apertura, vel ruptura: vel erosione. aperit vas vt ipse quarto libro de Locis, scripsit calidæ dispositiones veluti calida balnea: calidæ regio: anni tẽpus eiusmodi, similiter quoque alimenta & potiones. Ruptionis verò causa est vehemens motus: aut humorũ abundantia, qui vel per se vel vna cum crudo, & frigido, & flatuoso spiritu venas extendunt, atque quo modo flatuosus spiritus vasa extendens solet esse rupture causa. Sic etiam frigiditas venas frangit, vt sexto Vulgarium, Hippo. dixit, frigiditas tamẽ, vt quar



to de Locis differuit Gale. ruptionis per se non est causa, sed quia venarum tunicas frigiditate sua duras & extendi contumaces reddens, vt rumpantur paratiores efficit. Cæterum reiectatio sanguinis, aliqua dictarum causarum interueniente, vel à pectore, vel à pulmone, vel à spera arteria, vel faucibus, vel gingiuis fit. Quo modo verò sit dignoscendum, ex qua parte sanguis reiectionetur, copiosè Gale. quarto de Locis docet, hoc tamè annotare placet, quod licet multi pro certo teneant, sanguinem spumosum ex pulmone esse, & qui spuma caret ex alia parte proflire, quod hoc nō est semper perpetuum vt ait Galen. septimo libro. Aphorismo. commento trigesimo.

**S**Anant sanguinis reiectionem, venæ sectio, purgatio, medicamenta quæ caput roborant, & excruciant medicamenta quæ auertunt, pharmaca quæ adstringunt, vel glutinant, vel renutriunt, medicamèta quæ stupefaciunt, nec non medicamenta quæ expurgant,

**Q**Via ex sanguinis reiectione facile excitantur phlegmon, qui cumprehendit ferme insanabilem gignit morbum, vt quinto Metho. Gal. dixit, ob id autores ad anteuertendum malum, reuulsio nis causa, ferme in omni sanguinis exspuitione mittunt sanguinem, in ea enim quam sanguinis produxit abundantia, nemo est qui ignoret venam esse secandam. Cæterum misit sanguinem Gal. vt ille dicit, quinto de Locis in sanguinis exspuitione, quam membrorum thoracis frigiditas procreauit, idem esse faciendum, in ea quæ producit destillatio in eadem parte inuit, omnia hæc æmulatus est Aetius, qui sermone quarto secundæ partitis, in sanguinis reiectione à catarrho producta, & in ea quam

ea quam membrorum respirationis frigiditas produxit, sanguinem esse fundendum docet. Porro de hac reiectione, quam frigiditas produxit, ait euertigio venam secare conuenit, secundaria facta detractione, eadē die, & postridie, similiter videre licet, vt paulatim euacuationē faciamus, & vt ad contrariū diuersio fiat, eius em gratia venæ sectio adhibetur, in hac parte aliquibus videntur insinuassee Aetium, diuertendi solum causam tū di venam in sanguinis expuitione à membrorum thoracis frigiditate orta, sed præter hanc causam est alia, vt scilicet venæ quæ tēse sunt, sanguine vacuato relaxētur. Cæterum si ex erodentibus humoribus sanguinis reiectione proficiscitur, diuertēdi & humores attemperādi causa sanguinis missio solet iuuare. Ante verò quā sanguis extrahatur, si paucū sanguinem æger habet, ægrū purgabis, & probo alimento eum reficies, vt ex ijs quæ in Metho. Gale. dicit colligitur, non ergo semper perpetuum censeas, inter initia morbi, securius mitti sanguinem, nec semper seruandum iudices, existente sanguinis missionis, & purgationis necessitate, à venæ sectione esse auspicandum. Cæterum in qualibet sanguinis expuitione, si vires non constant, à sanguinis missione est abstinendum, hunc scopum aduertens Gal. quinto Metho. mulieri quæ iam quadrimum propter catarthum multam inediam tulit, noluit venam incidere, verum nonnunquā diuertendi causa sanguinis paucillum extrahimus, in ijs qui ob inediam vel largam sanguinis expuitionem euacuatione non egent. Ait enim Aetius citata parte in expuitione sanguinis ex pulmone incidere statim venā oportet, ac sanguinis reiteratione reiterare, bis etiam autter, paulatim diuertēdi gratia, non enim euacuatione indigent, tales nimirum ab affectione ipsa euacuati. Cæterum quam venam in expuitione

fanguinis secare conueniat, nondum expressimus. inter-  
nam dicit Gal. & Aetius, quam verò. non explicant mul-  
ti: nunc dextram, nunc sinistram, in sanguinis reiectione  
quæ fit ex pulmone tundunt, aliqui tamen inibi  
rationi anathomica, quam superiori capite prodidi-  
mus, semper sinistram esse tundendam asseuerant. Por-  
rò si menses vel hæmorrhoides sunt suppressi, venâ mal-  
leoli tundes, procurabisq; hæmorrhoidum apertionem,  
atq; in viris pectoricis, quibus ob sanguinis abundan-  
tiam hoc malum solet inuadere, secabis venâ antequam  
pathema irrepat, vidi enim ego aliquos, in quibus natu-  
ra moliebatur sanguinis vacuationem, per asperam ar-  
teriam, sicuti in alijs facit per vomitum, sic esse apprime  
adiutos.

**P**urgatio est utilis, cum ab acri fluxione hoc exci-  
tatur malum, oportet, nempe acres mordentesq;  
humores subductorio euacuare pharmaco, pro-  
sunt pilulæ de fumaria geminata myrobalanorū quan-  
titate, quæ sua frigiditate & vi adstringenti de orbitantiū  
medicamentorum vires cohercet, hoc Ioannes Mesues  
non ignorauit, sed eius interpret tam obscuro & confu-  
so sermone eius dicta reddidit, quod oppositum illum  
sensisse mihi persuasi, quo factum fuit, vt in Enchiridio  
Mesue, crimen interpreti vertendum dederim, hæc sunt  
hic obiter dicta. Cateram ad erodentes humores facit  
catholicum mixto rhabbaro, iuuat confectio hæmæ,  
nec inutilis est diasena mixto electuario, rosaceo, pur-  
gatio vero quæ cum clysteri fit, in omni sanguinis ex-  
puratione iuuat, diuertit optimè & ad hæc acres humores  
ad pulmonem fluere paratos solet euacuare, sic Galen.  
quinto de Locis, clyster forte adhibuit cuidam mulieri  
quæ ex distillatione calida expuebat sanguinem.

In ea

**L**inea sanguinis reiectione quæ ex catarrho fit, o-  
 primū est aduertendum medicamentum fortis-  
 ter calfaciens capiti applicare, ad quam rem Gale-  
 quinto Metho. caput radere iubet, deinde medicamen-  
 tum quod ex polumbium stercore conitar: imponere,  
 ad hunc vsum valet synapismus. Cæterum humore ex  
 capite fluente nullo pingui caput est contingendum, vt  
 in eadem parte Gale. innuit. Trallianus tertio libro, in  
 destillatione calida: caput frigidis medicamentis iussit  
 linire. ad quem vsum oleum rosæ crum apponere iubet,  
 verum frigorifica pharmaca humores veluti spongia  
 manu compressa exprimentia, potius videtur distilla-  
 tionem augere quam curare. Cæterū auertit balneum,  
 humores ad partes exteriores trahēdo, quod tam in ea  
 sanguinis exuptione quæ fit ex catarrho, quam in ea  
 quæ ex membrorum respirationis frigiditate est orta:  
 parte citata commendat Gal. in hac enim sanguinis ex-  
 uptionis specie balneum, præter hoc quod reuellit ius-  
 uat membra frigiditate læsa calfaciēdo. Cæterum si ex  
 apertione oscillorum venarum sanguinis fit reiectione,  
 interdicens sunt prorsus balnea, quoniam multum di-  
 latant ora. Porro quemodocunq; sanguis expuatur,  
 prodest crura manusq; calfacienti pharmaco fricare,  
 & artus vincire, hoc verò Scribonius Largus minimè, p-  
 bare voluit, qui sic ait. In sanguinis eruptione vetare  
 oportet, artus constringere, quod pleriq; Medicorum  
 faciunt, ignorantes quod incitatur sanguinis eruptio  
 musculorum compressione quādō quidem omnis con-  
 strictio in vtrinq; partem exiget, æque subiectam mate-  
 riam, sicut vtrem: si quis mediū laquo conitrixerit, ani-  
 maduertet in vtrinq; partem excludere subiectū liquo-  
 rem, hæc Scribonius, quæ non videntur bene esse fulci-  
 ta, nam aliud est, in vtre re inanimi, aliud in viuenti corpore

porē, in quo constrictio dolorem inducēdo ad partem  
constrictā. n. aduocat humores.

*ant. re  
u. h. p. r. p. sine  
nō de ca  
m. u. n. d. a  
a. t. r. i. g. e. n. t.*

**M**edicamenta adstringētia tam intus quā extra  
adhibita obturāt osculum apertum, est tamen  
considerandum, grauius errare Medicos, qui  
sine discrimine medicamenta adstringētia pectori ad-  
monent, quoniam si apponuntur antequam ad alia fiat  
auersio, intro sanguinem compellunt, ac venas quę in-  
tro sunt implent, vnde sanguinis exputio adaugetur.  
Cæterum nec postquam facta fuerit reuulsio, in qualis  
bet hæmoptica affectione medicamenta adstringētia;  
quæ frigida potentia sunt, thoraci sunt apponenda,  
quoniam si ex membrorum respirationi seruientium,  
frigiditate, sanguinis exputio oboritur, emplastris ca-  
lidis non frigidis pectus est obtingendum, quod aduer-  
tens Gale. ceratum quod ex rapia conficitur imposuit  
illi quem pectoris frigiditas in hoc duxerat malum,  
atq; vt extra calfaciendum pectus est, cum frigiditas est  
huiusmodi seminarium, sic medicamenta quæ intus exhi-  
bentur calfaciendi debent habere naturam, sic Gal. me-  
dicamē. dialpermaton sic affectis porrexit, bolus quip-  
pe armenia vel lemnia gleba, vel hæmatites lapis, vel  
pastilli infrigidantes, qui in omni sanguinis exputione  
sine discrimine à Medicis propinantur, frige faciendo  
pectus plus offendunt in hac sanguinis exputione, quā  
iuuant. Illud etiam quod septimo Localium Gale. dicit  
summe est considerandum, quod cum adhibentur me-  
dicamenta adstringentia, miscenda sunt illis congruen-  
ti mensura medicamenta tenuium partium, vt adstringē-  
gentibus viam struent, ac præparent: si hoc bene per-  
pendis, bolum armeniam iolam, aut terram lemniam,  
vt multi faciunt nō propinabis, sed admiscebis aliquod  
medica

DE ARTE CVRATIVA. 173

medicamentum calidum, quod distributionē adiuuet. Caterum medicamenta quæ renutriunt adhibentur, cū exerosione venarum fit sanguinis reiectatio; ait quip=pe Gale. citato loco, obturatur osculum dilatatum per adstringentia, conglutinatur ruptum per eadem, renutriuntur corosa per cibos boni succi, & pharmaca carnem gignentia, gignunt porro carnem medicamenta quæ moderate citra mordacitatem exiccant, cui rei seruit pastillus de electro & de terra lenina.

**Q** Via hoc malum magnum periculum minatur, ideo oportet aliquando stupefacientibus medicamentis uti, tunc verò maximè cum à desillatione calida eboritur affectio hæmotoica, cohibent sanè id genus medicamenta fluxionē calidam, humoresq; incraasant, somnumq; conciliant, quæ omnia magnam ægrotantibus præstant opem, ad hanc rem est commendata à Galeno quinto Method. theriaca circiter quatuor menses ante confecta, circa quod est aduertendum, graviter errare illos, qui arbitrantur theriacā recentem dicit Galeno stupefaciivā, libro enim de Theriaca ad Pamphilianum, vocat theriacam recentē, quæ sextum & trigefimum annum nondum attigerit, absurdum tamen est opinari, illum voluisse theriacam quæ attigit trigefimum annum stupefacere: considerare igitur oportet, quod theriaca ut Gale. dicit libro de Theriaca ad pisonem, plurimum duodecim annorum spacio concoquitur, postquam concocta est, durat in vigore toto illo tempore quod est usq; ad trigefimum & sextum annū, deinde eius vis iam incipit labefactari. Notandum verò est, quod licet ad fortiter stupefaciēdum eligenda sit theriaca quæ circiter ante quatuor menses fuerit confecta, quod & ea quæ octo annorum est non

omnino à vi. stupefactoria est immunis, licet remissa  
 tunc stupefaciat: quod verò hoc sic se habeat, elicitur ex  
 ijs quæ de Philonio duo decimo Method. dicit Galenus  
 vbi ad decimum vicq; annum: Philonium stupefacere  
 insinuauit, quod si dicis, libro de Antidotis, dictasse Ga  
 lenum, Marcum Antonium vsum fuisse theriaca: elapsa  
 duobus mensibus ab eius confectiōe, quia optimū ha  
 bebatur cinnamomum, credo Marcum Antonium non so  
 lum calfactionem sed stupefactionem etiam à theriaca  
 exoptasse, debuit forsan distillationi vel alia simili af  
 fectioni obnoxius esse, ideoq; vtebatur theriaca, in qua  
 vis oppi non erat extincta, quantumlibet enim bonum  
 sit cinnamomum, non potest theriaca tam breui cōfici,  
 quare non assentiendum iudico Aetio, qui sermone pri  
 mo quartæ partis cap. nonagesimo secundo ait, spatio  
 vnus anni theriacam optimè concoqui, quantum verò  
 hoc à Gale. dictis desciscat, iam vidisti, putauit Aetius  
 quod ea parte qua à Galeno est dictum, theriacā post  
 annum præberit tuto ad stupefaciendum, veram theria  
 cæ concoctionem indicari. Nam sequenti capitu. dicit  
 Aetius, qui magis vigenti theriaca & validiori vi vo  
 lunt, post vnum mensem ea vtuntur, præsertim ad eos  
 qui à venenis bestijs mortui sunt, dixerat enim Gale.  
 qui fortem vim stupefactiuā quarunt, & post sex men  
 ses vtuntur, ille hanc vim ad calfaciendum & venenis  
 repugnandū transtulit, quod sane vt prædixi tota dia  
 metro Galeni dictis oppugnat, quādo libro de Theria  
 ca ad Pisonem dixit, spatio decem annorū theriacam  
 concoqui, qua parte asserit, quod aliqui quinto vel se  
 ptimo anno ab eius confectiōe ea vi consuecunt,  
 aduersus ictus virulentarum bestiarum, vide quam dis  
 sona sint hæc dictis Aetij, qui numerum septem anno  
 rum ad vnum mensem reduxit, sed vt dixi in hoc lapsus  
 fuit,

DE ARTE CVRATIVA. 175

fuit, quod id quod Galenus dixit de tempore quod effi-  
 caciùs ſtupefacit theriaca, ad tempus quo iam eſt conco-  
 cta reduxit, omnia verò quæ diximus magna annota-  
 tione ſunt digna, quoniã multi dictis Aetij inheren-  
 tes dictaq; Galeni non penſculantes, intrepide vbi vis  
 caſfactoria requiritur, theriaca quæ vno anno ante fuit  
 confeſta vtuntur, non ſine ægrotantium magno incõ-  
 modo, ſed de theriaca hæctenus. Porro ad ſiſtendam di-  
 ſtillationem, prodeſt electuariũ de papauere, quod ore  
 detentum cohibet fluxũ, expuſionemq; ſanguinis com-  
 peſcit, ad idem valent pilulæ de cynogloſa, facit Philo-  
 ſophum Romanum & Perſicum deuoratum.

**M**edicamenta quæ pulmones expurgant, cohi-  
 bita ſanguinis reiectione, adhibere cõuenit,  
 tunc ſcilicet cum videt Medicus aliquid pul-  
 monibus quod illos infeſtat: coherere, hoc verò ex  
 niſi vel reſpirandi difficultate cognoſcitur, ad curan-  
 da hæc ſymphomata, exhibet Gale. quinto Methodi,  
 mel coctum, & theriacam quæ in vigoris eſt ætate, ex-  
 purgat mel, & theriaca quæ etiam fluxiones & partem  
 inde ſanguis fluebat exiccat, ad expurgandum prodeſt  
 ſyrupus de hyſſopo, ſyrupus de praſio, multa ſunt id  
 genus.

DE EMPYEMATE.



**E**mpyema, vt Gale. dicit libro de tumoribus, puris aggregatio inter pulmonẽ & thoracem eſt, quic afficitur dicitur empyus, nennullivero omne membrum ſuppurans vocantur empyema, aliõ ſõ cum in uicere ſuppuratio eſt, vt in eadem parte dicit Gale,



propriè tamen ille vocari solet empyus, qui in capedine, quæ inter thoracem & pulmonem est pus collectum habet, vt citato loco, & quinto Metho. dictus auro pro fitetur, verum vt ille secundo prognos. dicit. Quicumq; pus obtinet intus in corpore vniuersum siue contentum in parte affecta inflammatione, siue etiam post eruptionem, nominare tales purulentos licebit, fit hoc malum, vt Gale. dicit quarto libro de Causis pulsuum, cum magna ad costas inflammatio suppurat, interim committitur peripneumonij, fit etiam quandoq; vt dicit Paulus sanguinis reiectione facto vlcere aut fluxu, ex capite proueniente, & etiam ex alijs partibus, nam ex gutturis suppurata inflammatione hoc solet oboriri malum, vt quinto libro Aphorif. Aphorif. decimo, distatuit Hip. porro contingit vt Aetius dicit, aliquos citra febrẽ suppurari, ex seroso aut pituitofo humore, ex reliquo corpore in vacuum thoracis delapso isthucq; putrefacto.

**C**vrant suppurationem venę sectio, purgatio, medicamenta quæ maturationem adiuuant, quæ abscessum rumpunt, quæ pus expurgant, quæ exterius mouent, quæ cicatricẽ inducunt, vñtio vel sectio.

**I**n quibus inflammatio præcessit, utilis est venę sectio, si nihil impediatur, vt aleniatio aliqua cõtingat vt dicit Aetius.

**H**umore ex capite vel alia parte delabente, utilis cũ pharmaci exhibitio, quoniam humores ad pectus decurrentes, alio auertuntur, vnde insiguntur tuatur agrotus, ad purgandum facit agaricus pilulæ de agarico, si mitius vis purgare pilulæ assayæ ret: si potionem agrotus desiderat, facile tibi erit iuxta humoris

humoris vitium illam adaptare.

**A** Diuuant maturationem cataplasmata vel emplastra quæ vim habent molliendi, paratur cataplasma ex malua althea carycis palmulis pasalis fœnogræco & meliloto, & semine lini, omnia hæc sunt coquenda, post coctionem miscenda sunt cū bdelio, & butyro, & oleo de amygdalis, facit ad idem emplastrum zacariæ, & vnguentum de althea, fit etiam ad tardantes rupturas vtile cataplasma ex solo stercore caprino, quod & maturat, & discutit, intus exhibebis decoctum ex carycis, prunis, pasulis, & hyssopo.

**R** Vmpunt abscessum in latusanum decubitus, rerum acrium, & falsorum esus, quæ vomitū cient, ratione qua fortiter pectus mouët, idem faciūt.

**A** D pus expurgandum, adhibenda sunt quæ motum naturæ adiuuent, si tussis illa excernit, porrigenda sunt quæ ad expectorandum sunt vtilia, mediocre in hoc genere est, tum ptisanæ cremor, tum mulsa, Valentius autem & vrticæ semen, & mulsa in qua coniectum fuit paululum aliquid acrium herbarū, quales sunt origanum, & hyssopum, & calaminte, & pulegium, & illiricæ ireos radix, omnia hæc remedia desumpta sunt ex Gale. decimo quarto Metho. ad idem valet syrupus de hyssopo, syrupus de pralsio, strenue facit resina abietis. Porro si ad vesicam vergit pus, exhibenda sunt quæ vrinam cient, si ad intestina porrigēda sunt quæ aluum emolliunt, pure in vesicam prorumpente, optimum est mithidatum & theriaca, in aluum proreptante profunt clysteres, ex decocto hyssopi, & pralsij cum benedicta, facit ad idem hiera simplex deuorata, porro cū pus expurgatur emplastra calcificata

ia sunt pectori admouenda.

**P**vre expurgato: cicatrix est inducenda, quam medicamenta exiccantia inducunt. huic rei seruit pastillus de terra lemnia, pastillus de electro, puluis lapidis hamatidis, & puluis coraliij, tunc verò bonum est synapismum vel dropacem pectori admouere, extrahunt quippe hæc medicamenta calida quidquid saniosum in pectore manens recurrere facit malum.

**S**i sape puris collectio contingat, visione est vtendum, vtendi formam, cap. de Asthmate vt iam diximus tradidit Aetius. Porro paulò antè quàm hæc ipse dictassim, quendam empyemate correptum, qui prope fauces iam erat horcilecare iussi, qui mire fuit refutatus, admiratus fui admodum qui tot dies, quibus laborauerat, tabem non contraxerat.

#### DE TABE.

**T**Abes nunc corporis corruptio quæ à siccitate fit vocatur, nunc vlcerosa in pulmone dispositio, nunc verò morbo tabifico aptitudo vel oportunitas, prima significatione à marasmo non differt, de qua fusiussime proprio libro Gal agit, tertia significatione non est morbus, sed in morbum preclinitas, eos enim qui ad eos sunt angusto thorace, et restricto, vt à tergo in morem alarum prominent operta scoptula vocarunt Medici veteres tabidos, vt primò libro de Morbis vulgari. commen. primo, idem dixit autor, de hoc genere tabis, & de primo in presentia non est sermo, solum de secundo de quo Hipp. & Gal. quinto libro Aphorif. Aphorif. vndecimo, & duodecimo, & quatuordecimo, tractant.

Cæterum

DE ARTE CVRATIVA. 179

Cæterum qui à veteribus dicuntur tabidi, facillè in vlcerosam pulmonis dispositionem incurrunt, quia angustum & restrictum thorax præ imbecillitate, quibuscumque iniurijs est opportunum, maximè si caput facillè impletur, quod cum plenum est multas spiritus organis destillationes demittit, vt libro de Vulga. iam citato dicit Gale. Cæterum species tabis, libro de Internis affectionibus, alio modo diuidit Hipp. Primam dicit fieri ex pituita ex capite in pulmonem defluente, hæc videtur referri ad secundam quam diximus esse vlcerosam in pulmone dispositionem. secundam dixit fieri ex labore quæ ad primam quæ est corporis siccitas potest reduci, tertiam ex roxa dorsalis medullæ ait euenire, quam dorsalem tabem libro secundo de Morbis vocat, hæc recenter sponiosus & veneri deditos dicit vt plurimum inuadere. Hæc rerò tabis species sub prima videtur completi, sed vt verum ingenue fatear, artificioso vacat hæc diuisio: ad eum Hippocrati ascribi non mereatur. Porro de hac tertia tabis specie, quæ ex immoderato coitu provenit, vulgus mentionem facit, vocatque eos qui sic laborant ex medullatis, hoc enim & quod ex Hippocrate retulimus, alludit eorum sententiæ, qui credunt, ex cerebro & medulla fieri præcipuam feminis excretionem, sed dimissis his, vtamur nunc tabe, prout scilicet vlcerosam pulmonis dispositionem significat, quæ mulieres vt pote quibus præ hominibus angustius est pectus, frequentius corripit, vt elicitur ex ijs quæ dicit Gal. tertio libro Vulga. commen. tertio, verum ratione destillationum erodentium & acrium, quæ viros crebrius inuadunt, eos tabico morbo esse opportuniore videtur. Sed ad causas tabis rursus reuertamur, quæ sanè produci solet ex sanguine vel pure in pulmonibus non expurgato, ad hæc excrementitij humoribus aliunde in pulmone stratis

*179*

missis, quoniam vt libro de Theriaca ad Pisonem Gale. ait, quia membrum raram & spongiosum esse pulmo. facile humores per corpus eberrantes recipit, quo fit vt ex hamorroidum suppressione tabes oboriatur, vt dixit Hippo. sexto libro Apho. Apho. duodecimo, eadem causa ex mensium cohibitione mulieres facile tabem incurunt, atq. cum ex mensium suppressione fit tabes, periculossimam esse secundo libro predictionum distant Hippo. causa vero mea quidem sententia est, q. sanguis per vterum purgari solitus ad pulmones semper decurrens morbum fouet & auget.

**M**etho duscurandi tabidos est, destillationem si qua est cohibere, consuetas naturæ euacuationes citare, pus abluere, vlcus exiccare, atq. vires roborare.

**I**nter initia nondum viribus colapsis ad cohibendam destillationem acrium humorum, exhibenda sunt quæ blande illos purgent, iuuat serum caprinum in quo coctæ sit fumaria & epithimū, prodest catholicum cum decocto myrobalanorū lutearum & nigrarum, apozema myrobalanorum Melue est vtile. Porro ad præcauendum malum quod erodentes humores solēt facillitate, pilulas de aloe quinto Metho. exhibet Gale. atq. per interualla sanguinē mittit, Auicenna vero omnia cōfundens, sine discrimine dicit oportet vt fiat mundificatio cum phlebotomia & medicinis extrahentibus superfluitates diuersas, sicut pilulis coctis & propriecū bdeito. Porro quæ Gal. ad præcauendum malū quod erodentes humores minantur, posuit Auicēna ad phthisim curandam, verum inuadente iam phthisi, illę pilule suspectæ sunt habendæ, quippe exiccant multum atq. præca

DE ARTE CVRATIVA. 181

præcauendo mala quæ erodentes & acres humores ad pulmones defluere parati possunt accitare, licebit permittentibus viribus pharmacum moderate purgâs exhibere, licebitq; aliquâdo venam secare, sanguinis qui permixtio, membra temperâs, quæ infectum & erodentem gignunt succum, non vulgarem solet opem præstare, interim vero ad distillationem compescendam, cæpi est prouidendum, admouendumq; eius parti anteriori emplastrum de tapsia, vel synapismus, iuuabit etiâ humores per nares deriuare, diapapauer vel bolum armeniam vel quid simile in ore tenere, & tandem suffumigijs & alijs remedijs, quæ ad curandâ distillationem cap. de distillatione diximus, est vtendum, vnice autem est cauendum, cum medicamenta exhibentur ad repræmendandam destillationem, ne pus si quod est in pulmone coherceant, si hoc vero nō times philonium theriacâq; quatuor mensium ad destillationem cohibendam optime propinabis.

**C**onsuetas euacuationes vt hæmorrhoidum vel mensium citare conuenit, nisi virtus imbecilla illud impediat, eluant pus, mulla, syrupus de hyssopo, syrupus de glycyrrhiza, si fortio rem vis expurgationem, potes syrupis addere puluerem diaris. Porro tempore quo fit expurgatio, emplastra molliendi vim habentia pectori sunt admouenda, vt facilius fiat creatio, ad quod iuuat emplastrum zacariae, & vnguentum de althea.

**E**Xiccarylcus saccharum rosaceum verum quia tarde penetrat, soleo ego succum rosarū tantum coquere vt mixto, bolo, armenia, & coratio induretur: & sit pastillusq; ore detectus facilius ad pulmonem

M in

nes decurrit. Cæterum theriacã & mithridatum ad vlcus exiccandum porrigunt autores, abstinendum est tamen ab ijs medicamētis, si febris vrget vel membra sunt nimis extenuata, porro tempore quo exiccationem intendimus, emplastrum exiccans pectori est admoendum, optimum est quod describit Aetius, quod habet ceræ libram vnã, picis libram vnã, visci quercini libram vnã, ammoniaci trientem, gallæ, hypocistidis, aluminis, scissilis, acatig, mali corij, seminis apij, rhois, culinarij, cuiusq; vnciam vnã, olei myrtini trientem, sicca cum siccis in aceto conterere liquefactis quæ eliuari possunt, atq; vt emplastrum hoc optinè possit penetrare, miscenda sunt medicamenta tenuium partium, quæ adstringentium penetrationem adiuuēt, interim vero prosunt iussitus, est suffumigium tabidis & antiquis pectoris passionibus, Actio sermone tertio, primæ partismultum commendatum, quod constat ex styrace terebentina sandaracha & mastiche equaliter mixtis.

**R** Oborant vires cibaria optimi nutrimenti inter quæ ab omnibus est laudatũ asininum lac, quod non solum est alimentum, sed vices obrinet medicamenti, parte quippe serosa vlcus eluit, parte caseosa adstringit, parte pingui glutinat, sua humida substantia hectico calori repugnat, est tamen considerandum, quod humoralifebre tabidos committante, lactis vsum non esse tutum, quoniam putrescit facile, quo euenit vt putridæ febris sit seminarium, verum si vehemens febris non est, lac asinæ tuto potest præberi, quoniam hoc difficile accenditur, non enim omnibus febrientibus, sed valde febrientibus lac interdixit in Apho. Hippo. ego enim in progressu febrium quæ à calidis & siccis humoribus duxere ortum volens membrorum ariditati succurrere,

currere, asininum lac sæpe exhibui & non sine ægrotan-  
 rium magna vrilitate, verum est cõsiderandum quod in  
 tabidis facta vlceris expurgatione potius videtur lac vl-  
 ceris recrudescēdi quàm curādi esse causa, omnia quip-  
 pe humida vlcere curando sunt offendiculo, quare sa-  
 pienter ager medicus, si ferrum ignitum sæpe in lac cõ-  
 icerit, nimirum vt serosa pars absorbatur, etenim sic pa-  
 ratum lac exiccando vlceri proderit, distillationesq̃  
 cohibebit, suaq̃ adstringēti qualitate putredini quā fe-  
 brilis calor conatur inducere reluctabitur. Ceterū quia  
 cancri vim habent infrigidandi & glutinādi, aduersus  
 hoc malum pensī faciunt auctores, ait sanē Aetius conue-  
 nientiissimi sunt cancri crudi triti cum lacte potati, aut  
 cocti in cibo sumpti, asidue iure eorum semper absor-  
 to, conuenit eis adeps ceruinus recens in sorbitionibus  
 eliquatus, vt Aetius dicit, gluinat hic adeps, & ad hęc  
 aliqua sympathia debet pulmones iuuare, etenim pul-  
 monem cerui phthisicis multum prodesse Gale. libro de  
 Remedijs, facile parabilibus ad Solonem ait, porro lib.  
 de Simplicium medicamentorum vñdecimo, vulpinum  
 pulmonem commenat, Celsus verò quarto libro, cap.  
 quarto, nō pulmonem vulpis, sed iecur esse proficuum  
 dixit, monstrat porro experientia Vulpinum pulmōnē  
 magnas utilitates phthisicis præstare, hic est in communi  
 vsu, quem etiam laudauit Dioscorides. Cæterum quo-  
 modo vitio sit faciēda videbis apud Aetium. Cæterum  
 antequam vltimum colophonem addam, silentio non  
 inuoluam, quod quidam Medici neoterici quorū vnus  
 Hieronymus Fracastorius est, vnguento ex argento vi-  
 no, quod communiter aduersus morbum gallicum pa-  
 ratur, dicunt phthisim extirpari, formidolosum quippe  
 remediū quod licet quatenus vlcus mire exiccat, pul-  
 monesq̃ multa expuitione expurgat proffit, quatenus



verò magnam siccitatem inducit, quæ phthicos, solet ma-  
le habere, est periculo sissimum, audiui tamē : quosdam  
qui non erant admodum emaciati, hoc remedio adpri-  
me fuisse adiutos, alios verò audiui, cyne decocto ma-  
gnam vtilitatem per se sensisse, quotidie enim artibus suis  
additamenta.

### DE CORDIS PALPITATIONE.



Orbitæ radix & principium est, est qui-  
dem principium, quia vt infra dicam, est  
vitalis facultatis domicilium, non enim il-  
lud principium voco, quia prius quā reli-  
qua membra formetur vt multi dicunt,  
nam secundum Galenum libro de Fetus  
formatione, prius hepar generatur, tanta verò cordis  
est necessitas, quod eius deficienti motu protinus perit  
animal, quod nisi cor afficiatur animal interire non po-  
test autore Galeno quinto de Locis, quod verò multis  
modis affici possit in Enchiridio dixi, qua parte proba-  
ui turpiter errasse illos qui dixerunt Aristoteli nega-  
se inflammationem non posse cor obrepere. Cæterum  
cor esse venarum & sanguinis cito fluentis originem  
Plato dixit in thimeo cum sanguinis cito fluentis dixit  
esse arteriarum sanguinisq; arterialis principium intel-  
lexit, vt sexto de Decretis à Galeno est explicatum, est  
etiam cor facultatis vitalis prima sedes, atq; quodā mo-  
do facultas naturalis, quoniam vt lib. de ther. ad Pisonē  
dicit Gal. licet in hepate sanguis gignatur, in ipso præ-  
paratur corde, vt nutrire queat, quo fit vt debilitato  
corde, potētia nutrix debilitetur, est igitur vitalis facultatis  
ratis officium sanguinem puriorem & naturæ confor-  
miorem reddere, sui etiam muneris est arterias cōtra-  
here &

here & distendere, vt natiui caloris fiat euentilatio, spiritusq; generatio. Porro si vim facultatis vitalis perpendis quo ad hoc quod quodam modo sanguinem generat nutricemq; virtutem quodam modo vita dixerim afformat, pueri cæteris reliquarum ætatum virtutem vitalem fortio rem habent, vt tertio libro Prog. Gale. dixit. Cæterum si vim vitalis facultatis consideras, quo ad robur quo arterias distendit, & cõtrahit, fortior est facultas vitalis in iuuenibus, vt docuit tertio lib. de Causis pulsuum Gal. hoc nempe modo has autoritates quæ prorsus videntur aduersæ, quæ multis sanè imposuerunt, videntur mihi posse conciliari. sed ad cordis palpitationem iam descendamus, quæ vt lib. de Palpitatione dixit Gale. eleuatio quædam præter naturam est, atq; depressio ducunt cordis palpitationem, vt octauo de Decretis exaratum, rerum terribilium timor, fortis ira, hæc sunt procatartica causæ, antecedentes sunt fortis intemperies, venenosus humor, tumor præter naturã, vt quinto de Locis, à Galeno est proditum. Cæterum afficitur cor primario affectu, nunc per oris ventriculi vel alius membri consensum, panniculo enim cordis affecto, facile afficitur cor, quod si panniculus cordi non mutuat malum, inter ignobiles partes reputatur, vt quinto de Locis, dixit Gale. quidquid Mathæus Gradi. dissertauerit. Cæterum diximus cap. de tremore, proprie cordi non accidere tremorem, sed palpitationem, idq; ijs quæ quarto differentijs pulsuum dixit Gale. comprobauimus, atq; idem colligitur ex ijs quæ dicit de Symptom. causis, lib. secundo, vbi ait voluntatem non esse separabilem à tremore, cum verò cor secundum voluntatem non moueatur, reliquitur nec tremore corrigi, nec ignoramus quod Aetius deprauatum cordis motum tremorem vocat, sed equidem credo quod locutus est iuxta

illorum opinionem quos parte citata de pulsibus citat Galenus qui cordi accidere posse tremorem non sunt inficiati, hoc etiam debuit sequi Fuchsi. qui de tremore cordis, vti de palpitatione tractat.

**C**urant cordis palpitationem venæ sectio, purgatio, auersio, medicamenta quæ alterant, medicamenta quæ roborant.

**S**ab inflammatione vel herysepelate vel sanguinis multitudine fit cordis palpitatione, citra puluerem venam esse secandam dubitat nemo, refert quidem Gale. quinto Metho. pluribus integra valetudine degentibus sine manifesto accidente palpitationem euenire esse visam, atq; omnes sanguinis detractioe fuisse iuuatos, ait etiam alios ad anteuertendum malum venæ sectione vfos fuisse quibus ex voto successit sanguinis missio, sanè cum cor membrum calidissimum sanguinis subtilis præoptuarium plurima ex parte calidis morbis afficiatur, non mirum quod si vires conantur, vti consistere solent, in ijs quos integra sanitate degentes sine manifesta causa palpitatione inuadit, quod venæ sectio, tum reuellendo, tum euacuando, iuuat. Cæterum si repletio sanguinis in corde est, venæ axillarem dextram esse secandam, si est vaporosa sinistram, Auicenna docet, insinuauit nepe, quod axillaris dextra à dextro cordis sinu euacuat, & sinistra à sinistro, verum vt supra iam annotauimus, sunt qui asserant, per sanguinis missionem venarum quæ in giberò sunt, sanguinem dextri ventriculi non euacuari, solumq; ratione pectoris harum venarum sectionem iuuare, alij quocunq; cordis sinu laborante, venæ axillaris sinistrae sectionem opitulari dicunt quod cap. de peripneumonia iam annotauimus. porro si sangui

DE ARTE CVRATIVA. 187

Et sanguinis missione ad palpitationem præcauendam  
 nis vti, venas malleoli congruenter tundes, si menses vel  
 hæmorrhoides sunt suppressæ, ad has porro consuetas  
 euacuationes vocando naturam auertes humores qui  
 cor petentes palpitationem solebant producere.

**E** Vacuatione est vtendum, cum ab humorum pra-  
 ua qualitate hæc oboritur affectio, humor enim  
 impenie calidus, & frigidus, & venenosus, hunc  
 potest producere morbum, ab olita causa morbus pro-  
 ligatur. Cæterum quia medicamenta purgantia prope  
 seletariam vim habent vt sexto de Vulgaribus, commē-  
 ditimo Gal. dixit, ideo oportet cum ad curandas cor-  
 dis prauas affectiones adhibentur, vt optimè sint corre-  
 ctæ & retusa, atq; si semper conuenit, medicamenta be-  
 ne olentia eis admiscere, iuxta id quod libro quos pur-  
 gare conueniat est exaratum, tunc maximè cum ad pur-  
 gandum humores cor infestantes porriguntur. Porro ad  
 purgandos humores calidos valet antidotum rosaceum  
 Mesue, potio ex diluto rhabarbari & electuario de pru-  
 nis, ad purgandos humores frigidos profunt pilulæ ele-  
 sangineæ agaricus, pilulæ de agarico, formabis pilulas  
 cum gallia moschata.

**A** Versio facienda est vinculis, frictionibus, porro  
 venæ sectio, & purgatio, cum conuenit euacu-  
 ando auertunt.

**C** Vm ab intemperie proficiscitur palpitatio, so-  
 lum ea quæ alterant, palpitationem proffigant,  
 si intemperies calida est, medicamenta frigida  
 sunt admonenda, si est frigida calida. Cæterū quia cor  
 est vitæ principium, præcipuæq; vitæ radix, est calor,  
 medica

medicamenta impense frigida nō sunt exhibenda, quæ enim multum frigida sunt, infito cordis calori admodum repugnant, & ad hæc tarde permeant, quō fitre pigre præstent opem, corrigitur calida affectione laborante, exhibenda sunt medicamenta frigida, eisq; congruenti mensura miscenda sunt pharimaca tenuiū partium, quæ penetrationem adiuvent, & aromaticitate corroborent, omnia quippe aromatica cor roborare, à doctis est concessum Medicis, flagrās porro odor amicus est vitali animaliq; spiritui. Cæterū refrigerant cor intemperie calida læsum, aqua rosacea, aqua oxalidis, aqua intubi, succus pomorum, acidus succus granatorū, succus limonum, atq; quæ ex ijs componuntur serapia, hæc quippe sumpta & extra epithematis loco admodum cordi laboranti subueniunt. Porro si frigida intemperie cor est affectum, tuto medicamenta calida portiges, sint tamen ea quæ adhibētur cordi amica, quæ enim citra vllam adstrictionem multum calfaciunt, spiritus depopulantur eosq; faciunt exhalare, calfacit cor aqua boraginis, aqua mellysophili, aqua menthe, syrupus de corticibus citri, syrupus de mentha, syrupus sapor, ex ijs aquis & syrupis potes parare epithema, infra vero plurium medicamentorum apponetur catalogus.

**C**or in frigidatum roborant, quæ diximus illud calfacere, confortant cor calefactum quæ diximus illud refrigerare. Aromaticum rosaceum, aromaticum caryophyllatum, diambarū diamoschos, diacameron, hæc in frigidato cordi magis profunt, calfacto cordi subueniunt electuarium de tribus sandalis, diamargaritum frigidum. Porro ego iam in Enchiridio annotavi, quod hoc electuariū communiter ex medicamentis frigidis adstringentibus in quibus nulla est natura

DE ARTE CVRATIVA. 189

naturę concordia ac repugnantia paratur: conuenit ve-  
 ro vt medicamenta cor possint penetrare, ne omnino  
 adstringentis sint naturę, nec ad cor roborandum me-  
 dicamentorum adstringentium magna est necessitas,  
 quoniam hoc vices non vt ventriculus & iecur adstrin-  
 gentia medicamenta requirit, Calero teste vndecimo  
 Metho. que si aduertis videbis, roto declinare cęlo, qui  
 dicunt medicamenta adstringentia qua ratione adstrin-  
 gentia sunt esse cordialia, sic dicunt multos lapides pre-  
 ciosos bolum armeniam ex cordalium medicamento-  
 rum esse albo, tanę ego non abnuo, multas gemmas cor-  
 roborandi posse habere facultatem, sed hoc arcana &  
 incerta qualitate fieri arbitror, non solum adstringenti.  
 Porro scripserunt recentes Medici, gemmas suo splen-  
 dore spiritus irradiare, hacq; de causa facultatem vita-  
 rum roborare, verum hoc minimę quadrat. Nā gemma  
 subtilissimę trita iam non lucet, potius terra natura spi-  
 ritus oppacabit, quam splendorem inmittet. Caterum  
 electarium frigidum de margaritis sine ordine para-  
 tum vitupero, ita execror multorum medicamentorum  
 scrupulosam misturā, sed vt veluti in parua tabella reli-  
 giosam medicamentorum constituendorum formam  
 inspicias, vide descriptionem Diamargaritonis calidi  
 Nicolai, que habet leuistici scrupulum vnum minus gra-  
 nis duobus, ad quid religio hęc noccebit forsā scrupu-  
 lus integer. Porro si hoc legisset Plinius Democriti po-  
 terat distuere risu, qui vigesimo libro, cap. primo, officii  
 narum antidota exprobens sic ait, myrtridaticum anti-  
 dotū ex rebus quinquaginta quatuor componitur, inte-  
 rim nullo pondere æquali & quarundam rerum sexa-  
 gesima denarij vnus imperata, quo Deorū perfidiam  
 istam monstrante. Hominum enim subtilitas tanta esse  
 non potuit, hęc Plini, qui vigesimo secundo libro, cap.

*adstringentia  
 sic admo-  
 uenda*

*reprobatur  
 spiritus Eoz  
 quid dicitur  
 non sicut splen-  
 dore radiare*

vigesimo, & vigesimoquarto libro, capi. primo, omnia  
 medicamenta composita vituperat, dicens esse officina-  
 rum & auaritiæ cōmenta. Porro grauis error esset om-  
 nia medicamenta composita damnare. Sed certentur  
 quam mihi arrisit, tam anxia salubrium medicamente-  
 rum per granorum minutiastrutina, iam vidisti quid  
 in Diamargaritone dixit Nicolaus, eandem trutinandū  
 vel parulo scrupulosorem videbis in alijs quæ constru-  
 xit medicamentis, habet quippe diacameron zingibe-  
 ris drachmas quinq;, & scrupulum vnum, & grana de-  
 cem & septem, sed quod vitæ discrimen esset quod es-  
 sent zingiberis drachmæ quinq;, & scrupulus vnus, cin-  
 namomi & caryophyllorū scrupulus integer, nō enim  
 est arbitrandum, tria grana tam salubrium medicamē-  
 torum descriptionem pervertere, verum vt admiratio-  
 ni omnibus esset, tam acuratam trutinandi tradidit for-  
 mā, idē facit in Adriano & in Esdra & ferme in oibus  
 q̄ cōposuit medicamētis, reddit etiā Esdrā præstabilissi-  
 mā plene pultri & v̄tre mergi: sed de ijs me dicens præ-  
 ceteris non meminervat. Alibi enim diximus Aetium fa-  
 bulosum censuisse, quod de ventre mergi quidam pro-  
 diderunt: nec est cur cuiquam ille vendat paulinam po-  
 tionem, quæ habet sanguinem mergi, sanguinem anas-  
 tis, coagulum leporis, & hædi, & agni, atq; vrsinū fels  
 persuasit sibi confectioem æstimandam, eo quod tot  
 animalia iubet ducere ad aras, sicut blancā putavit mul-  
 ti pendendam, quæ ob vnam drachmam carnis leonis,  
 iubet nauigare in Syriam, vt inde tantum leoninæ car-  
 nis asportetur, quantum famelicam vix faciabit mulsā:  
 vide quantum posset factitare tantilla caro: nam licet  
 prædicta confectio admodum frugifera esset, ob eius  
 penuriam, multi eam conficere recularent, sicut multos  
 deficientibus duabus manna drachmis, à conficiendo  
 diacarthamō

irrigat 701  
 qui ita  
 remedia  
 componunt





turbant, vt in rosa quam alexandrinam vocant, in flore  
 perfici arboris & iride quis videre poterit, atq; licet vio-  
 læ iocunde afficiant olfactum : eas cordi nocere dixit  
 Symeon Seti : aliud est igitur odore aliquod medica-  
 mentum iuuare, aliud tota sua substantia: non ergo ar-  
 bitris cum à Gal. lib. secundo de Ratione victus, & ali-  
 bi dictum est, medicamenta aromatica ventriculum cõ-  
 firmare, de omnibus medicamentis bonũ odorem aspi-  
 rantibus dictum esse: licet enim verum sit, quòd quate-  
 nus fragrant interna membra confortant : quatenus ve-  
 rò aliam substantiam membris forsã inimicã habent,  
 offendere poterunt: quæ enim multum fragãt, plurima  
 ex parte substantiam habent multum siccam & aridam,  
 quæ ad relaxiendas vires ex immodico diffusiõ exi-  
 catarum parum valet: nõ igitur ob hoc quòd moschos suo  
 odore animam recreet, iam compertũ est : quod cum  
 deuoratur multam præstet opem, sanies ex cuiusdam  
 animalis vomica est, quam cum humano sanguine pos-  
 test habere concordiam : parum olet lac, sed quis ab-  
 nuet, ex siccitate collapsas vires magis restaurabit : sed  
 de hoc satis. Porro si multa promissit, electarium de  
 gemmias, multa etiã pollicetur electariũ diarhodon,  
 cuius compositio non videtur industrius, cur spodium  
 tantum amas qui non contentus pastillis de spodio spo-  
 dium iterum apponis, sic radix arundinis tuũ spodium  
 quid in hac radice tã laudabile inuenis, vt bis illud de-  
 scribas, sed pro spodio ponesebur cõbustum, sed cum  
 hoc mera cinis sit, quam cum corde amicitiam habere  
 putas: atq; cum dictum electarium omnia medicamẽta,  
 quæ sunt in pastillis de diarhodone habeat spica exce-  
 pta, non opus fuit nisi simplicium addere quantitatem,  
 & sanè nescio, quam concordiam voluit seruare inter  
 illa femina frigida & caryophyllos & suum moschũ  
 qui non,

*sum in in  
 tribulatione  
 et in tribulatione  
 adu. p. 2. d. 2.*

qui non contentus illa quantitate moscha quam habet gallia moschata, scrupulum medium moschi, iterū addit, tam amicus moschi fuit hic autor, quod in triphera moschata, ponit illius drachmam vnam & mediam ad iunctis porri duabus drachmis, fœtidis pugnabūt odor, mutuus constabitur odor, vti ex castorio & moscho in philonis medicamento, in ijs quæ concordia, quæ etiā concordia est in hepate lupi & cornu dextro capre, quæ posuit in athanasia, in hac compositione dedit capra dextrā lupi dexteræ, eo vsq; progressa est amicitia. Porro quā parū Gal. lupino hepate fidat alibi iam diximus, quare non est credendum, quidquid Mesues dicat, hanc confectionē sumpsisse à Galeno, quem nunquam credo ad ea quæ hic dicit autor Cornu capre laudasse, iam verò quod laudasset, non pluris faceret dextrum quam sinistrum, sed forsan dissensio quæ de Cornu cerui est inter autores, hic ad Cornu capre voluit reducere, sed electarium quo vtuntur Reges & Prælati nos vocat, cuius quidem tāra dignitas est, quod vtrinq; amplexatur brachium, ecclesiasticum scilicet & seculari, digna quidem commendatio, attitulatio superbia, sed quantuncunq; regiam & apostolicā ornet mensam, ego pluris facerem duo ouorum lutea, habet hoc electarium pineas amygdalas, oleum rosaceum, & aquam rosaceam. Porro cum amygdalæ & pineæ difficiles sint concoctu, pineæq; ventriculum malè habeāt, cur eas ad illud roborandum tantum laudas, quid ventriculū magis nauseabundum reddet quam oleum rosaceum. Sanè ego potius pro vnguento quā pro electario tam oleosa confectione vterer, optimè enim facere ad hæcticos illiniendos videtur. Porro nec ad roborandum ventriculum quidquid ille dicat perficis conditis vterer, quādo autore Galeno secundo libro de Alimentorum fa-

N

cultatibus, persica ventriculum supinant, de multis fructibus quæ Mesues condidit, idem dicerem, quos si condere antiqui noluerunt, non fuit quia tam arcanam doctrinam attingere non poterant, sed quia censebāt fructus qui sua natura ventriculo incommodant, quantumvis pallato blandiantur, ventriculo nō subuenire, quod in cortice citri condita, & condita cucurbita verū esse quis abnegabit. Sed dices arrident pallato hæc condita, arrident etiam vrtica saccharo confecta vt nux græca, & nux regia immature confectæ melle arridere solent, sed ede nucem immaturam, videbis an ventriculo sit amica matura ventriculū male habet, quo modo immatura tantum iuuabit. multa de medicamentis Mesue diximus, si verò institutum permitteret, poteramus multa plura dicere, quæ clare indicarent. Nam prorsus à veritate Plinij dicta in medicamentorum compositores abhorrere, sed diceret aliquis pro Mesue, hic vix labi poterat, quippe qui confectioe anacardina quæ est confectio sapientum vtebatur, verum tātum abest, vt suam confectioem laudem, quod assero detestabile esse, viros sanos ad mentem illustrandam hac vti, quando medicamenta vehementer calida ingenium multum perturbant, adeo vt aer multum æstuans mentem quodam modo obtundit, quod si quis est qui hac confectioe iuuari poterit est qui pituita refertum habet cerebrū, qui quidem non meretur dici sanus. Sed de ijs plusquam satis, præter pensum in hunc sermonem de compositione pharmacorum qui proprium exigebat volumen incidimus, vt cunq; hic fuerit discussus minimè curationem cordis laborantis, cuius examinantes medicamenta hæc diximus peruertet. Redeundo igitur ad medicamenta quæ cor roborant, est notandum, quod vltra electaria quæ abhibentur ad cor roborandum, apponuntur epithemata

DE ARTE CVRATIVA. 195

themata & sacculi, Medici faciunt epithema ex amba-  
ro & moscho & precioſo ſudore, putant hæc ad ſinus  
 cordis penetrare, ſed credo quod magis iuuant, per va-  
 pores quos naribus immittunt, quam per cordialē qua-  
 litatem quam per thoracem cordi demandant, quod ſi  
 de epithematibus hæc credo, quid dicam de ſacculis li-  
 matura auri & argenti & eboris iuffarcinatis, ſed de ijs  
 cap. de curatione febris hecticæ multa. Cæterum ad in-  
 frigidandū cor, facit epithema ex aqua roſacea, & ſucco  
 granatorum, & endiuia. Si placet adde Diamarga-  
 ritonis nō nihil, ad calfaciendū facit epithema ex aqua  
 milypoſylli & ſyrupo de corticibus citri addito pul-  
 uere diambari, facit oleum nardinum, paratur ſacculus  
 ad infrigidandum ex folijs roſarum nympha ſantalīſ  
 & caphura, ſacculus calfaciens fit ex ſpeticibus cinnamo-  
 mi croci diambari, ſi vnguēta placēt calfacies vnguēto  
 concinato ex oleo amaracino & nardino & ſpeticibus  
 diambari & cera, infrigidabis vnguēto parato ex oleo  
 roſaceo, oleo de nympha mixtis ſpeticibus electarij de  
 tribus ſantalīſ, iſdemq; mixtis facit vnguentum roſa-  
 ceum. Porrò quod ad adiuuandum cor tuto rubra me-  
 dicamenta poſſis propinare, ſatis ſufficienter in Enchi-  
 ridio contra Manardum diximus. Cæterū ſi omnia hæc  
 aduertis breui medio ſyncopi parabis remedia, iuxta  
 ea quæ diximus morbo indicante, vacuabis, alterabis, &  
 roborabis, quod ſi ab aliqua exundante euacuatione  
 oboriatur ſyncope, euacuationem cohibebis, ſi à ventri-  
 culi humoribus proficiſcitur, ventriculo intendes, ſyn-  
 copem iam prementem frictionibus proſtigabis, exhibi-  
 bebisq; non interdiciente inflammatione panem ex vi-  
 na. Porrò quantum vinum cordi laboranti ſubueniat li-  
 bello de Vini commoditatibus, longo declarauimus  
 ſermone. Cæterum inter ea quæ maximè cor roborant

numerant Medici violas ex quibus vnam ex quatuor cordialibus dicunt parari confectionem. Symeon vero secti violas cor offendere vt supra diximus dictauit.

## DE CHOLERA.



**C**holera vt autor finitionum medicarum definit, est acutus affectus cū vomitibus biliosis, multis aluiq; deiectionibus: porro hic morbus à causa hoc sibi vendicauit nomen, autore Galeno secundo Methodi. Alexander verò Trallianus hunc morbum colericum hoc est intestinorum affectionem ait neminari, eo quòd prisci Græci intestina laxiora, quòd in ea fundatur bilis cholera adpellant. Cæterum Hippo. comment. quarto de Ratione victus, non solum immoderatam ventris perturbationē choleram vocat, sed malum quod in ventre est, ex incongrua cibariorum miscela ortum, cui ventris perturbatio non sit adiuncta cholera aridam appellat: porro quæ Hipp. dictauit, sic exponit Gal. cholera humida ex acris oritur humoribus, qui ex eforū ingestione prodierunt, sic arida ex spiritu flatuoso acri, quo fit, vt quæ prope ventrem sunt nervosa corpora mordeantur, & intendantur, & dolorem pariunt, hæc ille, post modum subiungit, cū spiritibus quidem possint interdum retineri, interdum & exire, propter retentos spiritus generari choleram asserere non possum, vt cunq; sit claret Galenū non fuisse inficiatum esse choleram humidam & siccam: primam ex acris humoribus inquit oboriri, non tamen insinuat, quòd eā biliosus vomitus aluiq; deiectio comitentur: malum enim quod humores acres ventriculum offendentes, & lancinant: producant, cholera Galeno dici ex suis sermonis

monis colligitur contextu, consueta tamen voce immo derata ventris perturbatio, quæ multo bilis fluxu cum alui deiectione tum vomitu fit, cholera nuncupatur, hac in significatione fuit septimo Methodi vsus Gal. cū dixit, sunt quibus diarroeæ & cholera certis interuallis omnem corporis redundantiam educat. Cæterum hic affectus (vt Paulus dicit, interdum propter multam ciborum prauitatem, nonnunquam verò ob prauos humores aggestos proficiscitur) porro quia omnia cibaria crudos & vitiosos humores generat, ventriculū supinant, hoc excitant malum, quo fit, vt pepones huiusmodi morbo obnoxios efficere consueuerint, vt secūdo lib. de Alimentorū facultatibus dixit Galenus.

**C**holeram sanant, quæ humores prauos & vitiosos euacuant, quæ ventrem roborant, quæ totius corporis vires restaurant, quæ musculorum contractionem emendant.

**S**i sponte feruntur humores, nil expedit exhibere. Si verò pro multitudinis ratione non euacuantur, oportune irritare conuenit, aqua tepida exhibita, ac agro vomere iussu, aquam porro mulsam non esse exhibendam dicit Aetius, quia mordacitate operatur, torsionesq; auget, quam facile in bilem transire vnde primo Methodi Galenus dixit, verum tamen dilutam mulsam tuto potes adhibere, mulsam enim multum aquosam laborantibus canso exhibet Hippo. tertio libro de Ratione victus, quam citra morsum detergere dicit Galenus decimo tertio libro Methodi, cui sententia forsannixus Alexander tertio libro cap. decimoquarto, ad irritandum vomitum mulsam exhibere monet cholera affectis, etenim sunt quidam qui aquæ tepidæ for-

bitione leuissime irritantur, quibus non inutile erit exhibere tepidam aquam, cui mulſę parum ſit immixtum, quod ſi qui hoc afficitur morbo imbecillimo ventriculo eſt, non ab re erit pauſillum aniſi vel ſeminis fœniculi vel cimini incoquere, omnia quippe tepida vëtriculo firmitudinem exoluunt, vt octauo Methodi, dicit Gale. vt ergo aqua tepida ventriculi vires iam labefactas proſuſ non proſternat, opportunum eſt aquę tepidę noxiſ contrarie. quod ſi ventriculus imbecillus eſt, calidam aquam & non tepidam exhibere præſtat. etenim ſi ventriculi exoluuntur vires, vix hic morbus manui ſubſcribet auxiliari. Porro Alexander timẽs de ventriculo imbecillitate, indifferinatim aquam calidam & non tepidam porrigit. Caterum conſideratione eſt dignum, quod Hippo. & Gal. quarto de Ratione viſtus, videntur inſinuare vomitum hoc morbo affectis eſſe interdicens, etenim de cholera tractans Hipp. ait, ita affectum ne vomat ſeruato, quem textũ Gal. exponens dicit, quam citiſſime clyſterem exhibere & vomitum prohibere, præcepta ſunt communia omniũ que in ventre præter naturam continentur, & quę vt excernantur apprime contendimus, hæc Gal. quę licet non fiat fermo de cholera, cuius noſtra eſt diſputatio, videtur inuere, vomitum eſſe prohibendum, quando in ventre præter naturam continẽtur humores, verum enim uero, nil hæc aduerſus ea quę ſuprà aſſeruimus, etenim quę in inteſtina ſunt clyſteri eſſe vacuanda, & non vomitu, parte citata Gal. voluit, de humoribus enim inteſtina occupantibus intellexit. Caterum ventriculũ per vomitus, inteſtina, per inferiores excretiones eſſe expurganda, ſecundo libro ad Glauco. cap. de cauſis inflammationum fuit profeſſus. Porro quia in cholera vexantur inteſtina, vti ventriculus, clyſterem etiam adhibere conuenit,

conuenit, qui humores qui ima reptāt euacuet, optimū est clyster ex decocto hordei cui sacchari parum sit im-  
 mixtum, nec à re erit multa eluere aluū, sunt qui casiam  
 & aloem ore accipere monēt, ad detergendos scilicet  
 humores, qui in intestinis residēt. Verum si hoc clysteri  
 congrue sit, caue à purgantibus medicamētis, quoniam  
 quæ fortia sunt, aliunde multorum humorum trahunt  
 copiam, qui læsa viscera magnopere infestant, leuiave  
 rò pharmaca qualia sunt casia & aloes nō prorsus sunt  
 tuta, casia enim remollitum ventriculum qualē habent,  
 qui cholera præhendūtur debilitat, vomitūq; facit ob-  
 noxium, aloē verò non solum quæ in intestinis sunt va-  
 cuat, sed aliunde humorestrahit, post multos etiam vom-  
 itus ventriculus emaciatus moleste sustinet aloem, ve-  
 rū in cholera leui, vbi perexigua est alui deiectio ad-  
 estq; conatus vomendi & cuniendi non erit alienum vt  
 Alexander dicit purgatione vti, quam sanè prouinciā  
 nulli alij pharmaco committendam dicit, quam scam-  
 monij liquori, fortè verò est hoc medicamētum, quo ra-  
 renter in ijs, qui ex hoc affectu ventriculum tam lanci-  
 natum habent vtimur, verum in ijs qui solum vomendi  
 & deijcendi conatus habent, cum pauxilla purgatione  
 qua illos egere consideramus, nō solū aloem & casiam  
 propinabimus, licebit nonnunquam exhibere rhabar-  
 barum electuarium rosaceum & alia quæ redundātem  
 humorem euacuent, quod si humor biliosus ventriculi  
 tunicis est imbitus, hieram picrā porrigemus. Caterum  
 euacuatio quæ per sudorem fit, vsui solet esse ijs qui hoc  
 morbo capiūtur, porriges ad prolectandum sudorem  
 aqua sceniculi cui incocta sit diptamus, facit aqua sca-  
 monicæ mixto vino flauo.

**H** V moribus vitiosis vacuatis adhibere oportet q̄



ventrem roborent, vires quippe debiles à vomitū & alui deiectione multum pessundātur. Porro ad cohibendum vomitum & alui subductionem, optimum est lini: re ventrem oleo nardino, oleo de citonijs, oleo masti: cino, ex ijs oleis cum puluere aromatici rosacei coralij & sandalis parabisvnguentum, ad hanc rem prodest emplastrum de bucella panis, emplastrum diaphoeni: con, interim per os sunt exhibenda quæ ventriculū roborent, optimus est syrupus de mentha, miua citonio: rum, per inferna sunt exhibenda clystera vim adstrin: gendi habentia, prodest decoctum rosarum, rhois culi: narij, balustiarum, decocto adde amyllum, & oleū de citonijs, ad compescendam fluxionem calidumq; inna: tum roborandum, frigidam aquam cyati mēsurā præ: bere monet Aetius, Celsus frigidam vituperat, egeli: dam laudat, verū ipse Aetius ne nimitū frigida sit etiam monet, & merito sanè aqua multum frigida est interdī: cenda, quæ quidem ventriculū partem neruosam & ex euacuatione labefactatam suprā modum offendet. Cæterum si nimis acria sunt quæ excernuntur, cucume: ris semen maceratum desquamatum ex aqua cyatistri: bus exhibere monet Aetius, datur etiam vt ille dicit vt liter cū amylo, vtilissimēq; datur cum cristalo, dicitur enim cristalum exustis venenosisq; humoribus antipha: tia quadam repugnare, sed hoc præstantissimi Medici non docent, non tamen negandum est sua frigiditate iuuare posse.

**A**D restaurāda totius corporis vires si pulsus in: tercidatur: & fluxio cohiberi nequeat, est exhi: bendum vinum adstringens dulce, non tamen odorum vt dicit Aetius, Celsus verò vinum odoratum laudat, & sane non videtur, cur sic collabentibus viri: bus vi

## DE ARTE CVRATIVA. 101

busvinum odorum sit denegandum, parum quippe in-  
frà odoramenta naribus admouere præcipit Aëtius. Ce-  
terum ad roborandas vires sunt exhibenda iucula ca-  
ponis & gallinæ, non tamen sint pingua, ne ventriculū  
subuertant, insperges non nihil pulueris aromatici ro-  
facei vel caryophyllati porriges miscelam ex saccharo  
rosaceo & saccharo de boragine cui sint mixtę species  
rosatę noue & diambari.

**A**D tollendas musculorum contractiones, vestis  
de tritæ panniculi, oleo calido madefacti con-  
ueniunt, contractis musculis impositi, & cerata  
humida aliquando castorium recipientia, prodest oleū  
nardinum mirinum amaracinum, sed de ijsalibi multa.

## DE VENTRICVLI imbecillitate.

**I**mbecillitas ventriculi est infirmitas impo-  
tentiaq; temperaturæ culpa orta, ad pro-  
priam edendam functionē, vt septima Me-  
thodi Gal. dixit. Cæterū noluit ille quod  
solum à distemperamēto producatur im-  
becillitas. Nam secundo Methodi empiricorum refel-  
lens opinionem dicit quemlibet morbum ventriculum  
reddere imbecillum, verū cum propter phlegmonem  
vel scirrhum, vel solutam continuitatem, ventriculus  
ad propriam edendam actionem est infirmus, potius di-  
citur phlegmone vel scirrho prehendi, quam imbecilli-  
tate laborare. Porro de ea imbecillitate quæ morbus  
est citata parte tractat Gal. nam alio modo citra mor-  
bum & citra tēperamenti vitium, ex sola corporis ven-  
triculi gracilitate, vel ex tenui fibrarum textura dicitur

N v

ventriculus imbecillus, quibus nempe corpus vētriculi gracile est, deterius concoquunt, quam quibus carnosum, vt quinto de Vsu partium, à Galeno traditum est. Cæterum cum carnosam tunicam multus concomitetur calor, gracilis verò tunica caloris fit inops, si gracilitas tanta est vt morbum inuehat, ad temperamentum quodam modo refertur, vt cunq; verò sit, est vsitatissimum eos ventriculo imbecillos nuncupare, qui licet propria potiantur valetudine, tamen ex tenuitate tunice vel si maui ex caloris vernaculi inopia, nil nisi quod concoctu facilimum est concoquere valent, qui hanc verò infelicem sunt sortiti naturam, leui de causa transeunt in illam imbecillitatem quæ est morbus, etenim qualibet res quæ qualitate vel quantitate à medio declinant ventriculi concoctionem offendunt, illa verò vitiosa cruditates suboriuntur, crudiq; succi sunt imbecillitatis fomes & incitabulum, hoc utiq; modo si ventriculus temperamenti calidissimi est, facile res coctu faciles præcipue si biliosæ naturæ sunt illi supinant & subuertit. Cæterum licet frigidi succi quos ventriculus frigidus generauit imbecillitatem adaugeant, vel biliosi humores quos interperies calida produxit suo modo ventriculum offendant, ita vt non solum ex temperamenti vitio nascatur malum, dicitur ventriculus imbecillitate laborare, quia totius mali fons & origo ventriculi temperaturæ est culpa, ex eius enim occasione euenit, vt si frigidus sit, frigidi accumulentur humores, si calidus redundent calidi idem de alijs temperaturis intellige.

**V**entriculi imbecillitatem curant quæ alterant, quæ euacuant, quæ roborant.

**O**mnis intemperies contrarijs est profliganda, calidam

idam extirpant frigida, frigidam calida, humidam sic-  
 ca, siccam humida. Porro si intemperies composita est  
 uno modo adhibebis contraria, calidæ & sicca frigida  
 & humida, calidæ & humidæ frigida & sicca, frigi-  
 da & sicca quæ calfaciunt & humectant, frigida & hu-  
 midæ calfacientia & exiccantia. Caterum intemperie  
 calida laborante vetriculo, prodest syrupus de intubo,  
 syrupus de granatis, si magna est scandescencia valet sy-  
 rupus de nymphaea aqua lactucæ & cucurbitæ, tantum  
 enim vetriculus potest æstare, quod gelida est tribus  
 hora, vna enim hora frigida potione vetriculi vbez  
 illitatem relarctare testatur Gal. septimo Methodi. Ve-  
 rum non precipitanter medicamenta quæ multum in-  
 frigidant sunt porrigenda, metus enim est ne ab ijs quæ  
 refrigerant vetriculus noxam contrahat, vt citata parte  
 Gal. dicit, Liniëdus est in hac affectione vetriculus oleo  
 rosaceo, vel vnguento rosaceo cui santali vel coralia  
 sunt admiscenda, si intemperies est frigida opitulatur  
 vel rosaceum, syrupus de absintio, syrupus de cortici-  
 bus citri, syrupus de mentha, decoctum camæmele, aqua  
 citris, aromaticum rosaceum, aromaticum caryophylla-  
 rum, diaciminum, diatrion pipereon, atq; ad adiuan-  
 dam coctionem, non solum summum mane vetriculo  
 in uno hæc electaria calida sunt porrigenda, sed etiam  
 post cibum, etenim diatrion pipereon ijs qui ob frigiditatem  
 ad concoquendum ad vetriculo egent exhibet  
 Gal. quarto lib. de Sani. tuenda, ad roborandum verò  
 vetriculum mire facit liquor hoc modo extractus nu-  
 bis myristicæ cardamomi cinnamomi caryophyllorum  
 natis singulorum accipitur media uncia infundantur  
 in vino optimo per quatuor dies deinde vinum iniectis  
 speciebus destilletur, liquor verò qui extrahitur mire vetriculo  
 corroboret, sed hoc pransis non detur, sed iei-

iuuis, porro à cibo ad concoctionem iuuant dam frigiditatemq; tollendam, non est necessum semper electaria quæ diximus propinare, sat est anisum vel cinnamomi vel caryophyllos porrigere, & hoc vel à cibo vel ante cibum, est verò aliquorum Medicorum tanta insipientia, quod re facili morbos profligare putant indecorum, ex hoc euenit, vt multa electaria sine ordine parata sint inuenta, non propinant semen fœniculi nec roris maritimi folia, quod non viderunt amomū laudant, non enim video cur ad frigiditatem ventriculi tollendam, non magis faciat piper, quam electarium de ambaro. poterat quidem preciosas confectiones Galenum Marco Aurelio propinare, sed solum vino optimo pipere insperso. Ventriculi morbum: quo tantus Imperator laborabat profligare intendi dit vt ex ijs quæ lib. de Præcognitione ad posthumum dicuntur. liquido elucescit, sed de ijs multa in præfatione. Cæterum post cibum medicamenta quæ ad distributionem vehementem faciunt non sunt propinanda, quare diospoliticon à cibo non est exhibendum, vt quarto de Sani. tuenda, Gale. dicit, porro qua ratione interdicitur diospoliticon est interdicens atheriaca & mithridatum, ieiuno tamen ventriculo vtilissima sunt hæc medicamenta ad propulsandam frigidam affectionem, ex ijs verò quæ ex Galeno nuper citauimus, claret perspicue quantum fuerit hallucinatus Fontanonus, qui cap. de epilepsia dicit diarhodō non esse exhibendum à cibo, ne cibarium faciat distributionem. Cæterum in prædicta affectione, liniendus est vētriculus, oleo nardino, vel de absintio, vel de mentha, vel oleo laurino, cum ijs oleis & cera & caryophyllis & agalocho & cinnamomo & puluere mēthæ congrue paratur vnguentum, valet emplastrum quod ad stomachum nuncupatur, sacculus suffarcinatus ex flo

DE ARTE CVRATIVA. 205

re camemela & folijsmilyfophylli & menthe & absinthij & calaminta & puluere cardamomi & caryophyllorum & cinnamomi & agalochi, prodest. Ceterum si ab humiditate proficiscitur malum, facillime curant cibus & medicamenta quæ citra vehementem calfactionem refrigerationemve siccant, mirifice prodest camemela, aromaticum rosaceum est proficuum. Porro si intemperies est sicca omnium difficillime curatur: huic affectioni medetur balneum temperatum: aqua enim quæ frigidior est latenter frigus corpori infirmo insinuat, calidior autem cogit constringitque tenues meatus ac densat, exhibendum est porro a grotanti muliebri lac si eius est copia, hoc deficiente optimum est asininum. Porro sitimor est quod in ventriculo cogatur, parum mellis vel sacchari vel salis adijce, extra linies ventriculum vnguento quod resumptiuum vocant. Cæterum sunt qui monent in affectionibus ventriculi vnguenta vel emplastra non solum esse admoenda in parte anteriori in abdomine scilicet, sed etiam in parte posteriori hoc magnopere irridet Cornarius in expositione sexti libri de Compositione medicamentorum Localium, ubi linæcrum acriter taxat, dicens quod quia non probe veritas quæ decimotertio Methodi à Galeno dicuntur, errandi dedit occasionem. Verum licet ego libenter fateor, quod emplastrum parti anteriori admotum, magis iuuat, non renuo quod multa frigiditate ventriculū vexante, & quæ parti posteriori admoventur, quatenus magnam arteriam & membra vicina calfaciūt, possint ventriculo caliditatem mutare, aliter afficitur ventriculus, supra rem duram & frigidam homine cubante, quam supra mollem & calidam, utcumque sit, execror eorum consuetudinem, quia si a si due parti posteriori quæ anteriori in ventriculi affectibus admovent medicamē-

*non etiam  
p. o. ventriculi  
p. o. p. n. q. u. o. v.  
est parte p. o. p. e.  
v. o. v. q. p. l. a. m.  
v. o. v. q. p. l. a. m.  
v. o. v. q. p. l. a. m.*

ta, hi enim eam indicationem quæ apositu est fumenda, non considerant. Cæterū nec est assentiendum. Matthyo gradi & Fontano, qui hora cibi emplastrum è ventriculo amouere monent, ne scilicet cibū prohibeat descendere, etenim si emplastrū dimouetur frigidus aer externa rare facta reperiens intus penetrabit & multū mutabit dānum, neq; emplastrū sic potest premere vētriculū vt cibi descēsum prohibeat, calore enim quem mutat ventriculus a diutius melius distenditur quam si frigidus aer eo detecto intra penetrat & illum coartat, sed non opus est tantis, si quidem experientia monstrat multos longo spatio emplastrum isto machicon à vētriculo non dimouere & offendi nihil.

**E** Vacuatione est vtendum, si humor est in ventriculo: si sinu vel eius tunicis imbibitus siue impactus. & purgant porro ventriculum tum vomitus, tum alui defectiones, vtraq; quippe parte illum expurgari dixit Gal. secundo lib. de Febris ad Glauco. & quinto libro Methodi. Cæterum si facile vomit æger, exhibenda sunt quæ vomitum proliciunt, humore bilioso ventriculum occupante exhibe aquam tepidam vel mulsam, si crassus est humor decoctum seminis anethi cum oximellite, si vomitū non parat æger, datur ad desiciendum aluum hiera picra, si enim inhibitos & impactos in ventriculi tunicis humores optime vt ex Galeno habemus purgat, minori negotio quæ in cavitare sunt vacuabit. Cæterū quia leuiter hiera purgat, per interualla est propinanda, quousq; a prauis humoribus ventriculus vindicetur, quod si humores multum crassi hiera non obediunt, nō ab re erit param agarici miscere, vel exhibere pilulas elephangineas, nec solum has, sed pilulas  
quæ

quæ fortius euacuent, etenim si ventriculus imbecilliter concoquit, non solum in eius cauitate & eius tunicis aggregatur humor, sed vltra hepar redundant cruditates, nempe non concoctis in ventriculo cibis, optimus sanguis in iecore creari non potest, vt sexto Vulga. cōment. quarto dicit. Cæterum si sicca intemperie ventriculus laborat, à medicamentis purgantibus est abstinendum, præcipue si sua natura siccitatem inducunt, vti aloes est quam sicca intemperiei maximè molestant esse octauo Localium, dixit Gal. à Paulo etiam secundo libro est traditum, aloem marasmm inducere, vnde patet, grauius errasse Auicennam, qui cap. de cacexia, dixit humiditatibus innatis hieram picram non officere, constat hieram picram, quatenus tanta aloes quantitatem habet posse marasmm inducere, consequenterq; genuinè humiditati posse incōmodare, atq; annotādum est, quod licet ex toto corpore non vacuet aloes, nam eius vis purgatoria hepar non transit autore Gal. septimo Metho. quod dicitur à Galeno lib. de Ther. ad Pisonem, vniuersum corpus purgare in hoc sensu forsan, quod facit vnā ex generalibus purgationibus, ventris subductionem scilicet, vel quia facta purgatione ex ventriculo & hepate membris omnium humorum officinis, quodā modo totum corpus dicitur euacuari, quomodo cunq; vero autoritas exponatur, non declinas ab ijs quæ Gal. intēdidit probare, nec ipse discredo quod in multa quātitate aloes exhibita possit vltra hepar progredi, si enim drachmæ duæ optime ab hepate purgant, cur quatuor drachmæ maiorem non explebunt purgationem, mitto quod monstrat experientia, aliquos quorum alius medicamentis purgantibus facile paret, hiera picra non instrenue purgari.

*quia ratione  
alioq; valent  
in hum. vlt. q  
purgare.*



**R**oborant ventriculum medicamēta quæ adstringunt, quæ enim solum remolliunt ventriculi exoluant robur, vt vndecimo Metho. dixit Gal. Cæterum si sicca intemperie ventriculus laborat, austerrum vltuse est molestus, quippe austera absumunt insitum humorem, vt septimo Metho. Gal. dixit. Porro ventriculum sanare nil eque atq; dulcia delectant, vt tertio de Ratione victus est exaratum, atq; quia voluptas non leue præsidium ad resarciendam ventriculi imbecillitatē affert, ideo ex frigidityte ventriculo laeso dulcia sunt porrigenda, enim vtero quæ dulcia sunt, non solum frigidityti reluctantur, sed oblectatione quam ingerunt mentem quodam modo ventriculo & alijs visceribus reddunt, quare mel congruentissimum esse senū victum iam omnibus est in confesso, vt vero iocunda sunt quæ sunt dulcia, sic iniocundissima ventriculo sunt quæ sunt amara vt parte citata Galeno testante quo fit vt amaris non sit vtendum, nisi ratione medicamenti. Cæterum si tanta iniocunditate medicamenta amara ventriculum afficiunt, non est probanda eorū consuetudo, qui quod medicamenti ventriculo gratis efficere possunt, non alijs quam amaris pulueribus vel succis vel apozematis busefficere curant, exhibenda sunt quippe amara cum exposcit morbus, sed nō tam assidus ne ventriculū magno opere subuertant, hæc generatim sunt dicta. Porro ad roborandum ventriculum multa sunt parata electaria, plurima tamen ex parte frigida ventriculo subueniunt, prodest aromaticum rosaceum, aromaticum caryophyllatum diambarum electarium pliris, diacimimum, diatrion pipereon, porro calido ventriculo auxiliatur electarium de sandalis diamargaritum. Cæterum ab analibus multum celebratur coralium, arcana enim & delitescenti qualitate ventriculo infirmo subuenire aiunt,

DE ARTE CVRATIVA. 209

iunt, nec solum per os sumptum, verum etiam collo sus-  
 pendum, verum quæ illi corallio ascribunt, autores præsci-  
 de iaspide dixerunt. Etenim Gal. nono libro de Simp-  
 medicamento. facultatibus ait, iaspis virens stomachum  
 ad hæsivum ventrisq; os adiuuat, subdit huius lapidis abũde  
 feci periculum torquæ enim ex huiusmodi lapillis con-  
 sectum à coelo suspēdi, ita vt lapides os ventris contin-  
 gerent, apparebant autem nihilo secius prodesse. Idem  
 dicit Paulus. Porro Auicenna secundo libro omnia hæc  
 de corallio Galenum dixisse fatetur, hallucinatus fuit  
 tamen, cum nulla de corallio ab illo fuerit facta mētio.  
 Cæterum vt multi dicunt, abdita qualitate coralliũ ven-  
 triculum roborare, ita contendunt tunicam internam  
 ventriculi gallinæ magnifice arcana qualitate huma-  
 num iuare ventriculum, in Enchiridio tamen & libel-  
 lo de vini commoditatibus iam nos probauimus, hoc à  
 Galeni & Aetij declinare sententia, siquidem edocent  
 si falso mergi & gallinæ ventriculos ad ventriculi huma-  
 ni præsidium laudari: ibidem diximus quomodo sit  
 intelligendum dictum Dioicoridis, qui galli ventricu-  
 lum videtur cõmendare, declarauimus etiam, quod Ga-  
 lenus licet negauerit gallinæ ventriculũ predicta pro-  
 prietate donari, non abnuir libro de cibis boni & mali  
 acci præstanti, simi esse nutrimenti, à qua sententia iam  
 monitrauimus declinare Aetium, qui omnium volucrum  
 ventriculos damnat. Cæterum ad refarciendam ventri-  
 culi imbecillitatē, vt vtuntur multi electario quod dia-  
 nitron vocat & electario de corticibus citri, verum hæc  
 electaria parum ventriculo imbecilli sunt amica: cortex  
 citri teste Galeno secundo libro de Alimentorum  
 faculta. coctũ difficilis est, quare electaria ex eo confecta  
 non sine negotio concoquuntur, fateor enim quod  
 electarium de cortice citri calorifice est potentia, sed

*Electaria  
 uocantur  
 citri merito  
 damna*

esto quod calfaciat concoctioni repugnat, nec arbitror  
 ego electarium diacitrum (quidquid Medicorum vul-  
 gus asseueret) multi esse nutrimenti, in fructibus enim  
 parum esse quod sit vtile, multum quod sit inutile Gal-  
 tertio Metho. fuit professus. Porro si hoc electariū mul-  
 tum nutrire videtur, ex eo emanat quod quia tarde con-  
 ficitur, multam in ventriculo moram trahit, ibiq; deten-  
 tum appetentiæ tenet auenas, sed de ijs alijs. Ceterum si  
 omnia quæ de ventriculi imbecillitate diximus conside-  
 ras, facile dolori ventriculi adhibebis remedia, si à ma-  
 la interperie producitur eam modo dicto profligabis  
 sicq; profligabitur dolor, si ab humoribus producitur  
 dolor eos vacuare intendes, considerans an in tunicis  
 sint imbibiti vel in cavitare contenti. Ceterum si aliun-  
 de humores fluxi dolorem pariunt, parti mittenti atten-  
 de: animum, quæ nunc cerebrum nunc hepar, nunc vni-  
 uersum corpus est, sed hæc ex generali Methodo satis  
 patent. Ceterum vomitus medellam ex ijs quæ cap. de  
 alui fluore dicimus adiscees, est quidam sanguinis vom-  
 itus, qui vt dysenteria sanguinea est curandus, et vos-  
 mitus ex ventriculi imbecillitate ortus, quæ eadem reme-  
 dia quæ leenteria exoptat, est vomitus abile vel melanch-  
 olicus productus, qui à diarrhœa ex bile vel melanch-  
 olicia producta parum in curatione euariat, atq; vt sit per  
 inferna colliquatio, sic per vomitum: vtraq; tamen ean-  
 dem curationem exoptat. Ceterum acida eructatio si  
 Galeno primo de Patientibus locis credimus, ex ventri-  
 culi frigiditate proficiscitur, quapropter medicamentis  
 calidis est extirpanda, cui rei faciunt medicamenta quæ  
 ventriculi imbecillitatem ex frigiditate ortam relarcire  
 diximus. Porro Alex. tertio libro Galeno non conuenit,  
 quod semper acida eructatio à frigiditate pueniat,  
 verum sapor acidus qualis in & fructibus immaturis re-  
 peritur

## DE ARTE CVRATIVA. 211

peritur semper frigidam causam refert, est alia aciditas vrica dixerim acuta & vehemens, quam ab immodico calore posse generari videtur elici ex ijs quæ tertio de Locis dicit Gal. qui ait est atra bilis quæ est veluti fex sanguinis quæ non habet acidam qualitatem, est alia atræ bilis essentia: multo tenuioris, quæ vomentibus & olfactibus videtur acida, quæ & terrâ radit & fermentat. Porro cum hæc atrabilis ex calore sit genita, sequitur esse humorem acidum cuius causa immodicus est calor, sed de ijs hæc satis.

## DE INFLAMMATIONE ventriculi.



Quod inflammatio fusa significatione non solum phlegmonem: qui ex sanguine mediocrem crassitudinem obtinente fit, sed omnem tumorem qui quomodolibet ex sanguine affluente oboritur significet, aliam declarauimus, perspicuum enim est, quod proprie tunc dicitur ventriculus inflammatione corripitur, cum tumore ex sanguine mediocriter crasso orto corripitur, generali tamen significato siue sanguis biliosus siue pituitosus siue melancholicus tumorem produxerit: dicitur inflammatione occupari.

**C**urant ventriculi inflammationem venæ sectio, medicamenta quæ repellunt, quæ digerunt, quæ euacuant, hoc sit dictum si ad resolutionem tendit inflammatio, nam si ad maturationem procedit, inueniant quæ maturant, quæ abscessum rumpunt, quæ vlcus abstergunt, demum quæ illud exiccant. Cæterum si circumspectus ventriculum vexat, alia vt infra dicemus progres

○ ij

dicendum est via.

**V**Enæ sectio inter initia viribus permittentibus non reclamante etate nec calis scopis est adhibenda, tundenda vero est vena axillaris dextra copiosèq; est sanguis profundendus.

**M**edicamenta repellendi vim habentia in morbi principio sunt applicanda, nec solum quæ repellunt extra admouebis, sed etiam intus iuuenenda propinabis. Porro medicamenta repellentia frigida & adstringenti dotantur natura, verum quo calidior fuerit inflammatio, hoc frigidiora exposcit medicamenta, quæ non ea quæ inflammationi herysipilatosæ profunt, profunt inflammationi & de mose, adstringentia hæc exposcit, sed quia non calida est fluxio vti in herysipelatosæ, medicamenta quæ admodum infrigidat auersatur, si ex sanguine bilioso producta est inflammatio liniendus est ventriculus oleo rosaceo, oleo myrteo omphatio: ex his oleis cum santalis & rosicorallio parabis vnguentum, pro conseruando in sito ventriculi calore ad des foliorum absinthij pauillum, caue autem si impactus est iam fluor medicamenta hæc frigida admouere, nam vt dicit Gal. lib. de Tumoribus præter naturam impacto iam fluore si vehementius refrigeras, tumorem non tolles, sed liuidam frigidamq; efficies partem, & in terram mutabis affectum, quod si in omni inflammatione est periculolum, maxime tamen in ea quæ vicerum est. Caterum si à sanguine non feruido oboritur inflammatio, linies ventriculum oleo rosaceo & de absinthio, ex his oleis cum matice & alce & sandalifit vnguentum, in principio inflammationis exhibebis oxiacchar, syrupum de omphantio, syrupum de oxalide, syrupum de iucco citri: hæc nempe repellunt, & sua adstri

adstrictione ventriculum confortant.

**T**ransacto principio ad mouenda sunt medicamenta, quæ partim repellant partim digerant, in vigore solum quæ digerant, nunquam tamen sint adstrictionis immunita, sola enim relaxantia vt tredecimo Methodi Gal dixit robar ventriculi magno pereexoluunt, ta augmento igitur alicui ex medicamentis repellentibus miscebis farinam hordei, farinam fœni græci absintij comam, florem camemelg, in vigore cum oleo nardino & de absintio & melle & flore camemelg & thure & farina melliloti conâcies vnguētum quod ventriculo ad mouebis.

**M**edicamenta quæ euacuant in principio nullatenus sunt exhibenda, siquidem longissimè à terra fluxione parte quod redundat reuellere, nequaquam ad eam trahere cōuenit, vt tredecimo Methodi Gal. dicit, qui quidem intantum hoc asserit esse seruandum, quod aloem porrigere vetat ijs qui phlegmone ventriculi laborant, donec phlegmone prorsus inclinauerit, quæ si aduertis videbis deerrare Auicennam, qui hieram propinandam inter iūtia inflammationis ventriculi censet. Ceterū nec castia situllaris quia vis purgatorig non est immunis tunc exhibeatur, in inclinatione verò tuto castiam & aloem & rhabarbarum poteris propinare, quod si male desiciat aluus, ante inclinationem exhibebis cyteres & balanos, per os etiā porriges aliqua quæ molliant.

**S**inflammatio ad suppurationem venit, emplastra quæ maturent sunt ventriculo apponenda, obseruabis tamen quod sæpe monuimus, quod aliqua adstringentia ijs quæ molliunt admisceantur. Porro

ex malua & althea & polline & coma absintij cum butyro & pinguedine anatis & galline optimum paratur cataplasma, ad idem valet emplastrum zacariae, cuiusdam carycas, farinam meliloti & fœnigræci, nardum & absintij comam, efficacissimum est emplastrum à raze nono almanforis descriptum, facta suppuratione rumpunt abscessum ea que vomitū proliciunt, iuuabit etiam ore tenere hieram, vt ex duplicitia concitecur ventriculus, sicq; rumpatur abscessus.

**F**acta apertione ad eluendum pus, exhibendum est decoctum hordei cui saccharū fuerit iniectum, si sic conuenienter nō eluitur, dāda est mullā, quod sine sic bene expurgatur, iuabit exhibere decoctum hyssopi vel prāsij cum melle rosaceo, atq; ad pus expurgandum facit etiam vitellus oui crudus, quem vlcus expurgare dixit Celsus, nec mirum quod alios humores in ventriculo contentos possit eluere.

**E**x purgato pure, ad exiccandum vlcus exhibēdi sunt pastilli de electro, & de terra lemnia vel de spodio: proficius est tunc vsus lactis, qui serosa substantia abstergit, caseosa solidat, parte pingui dolore mulcet, si solam vis exiccationem ferris ignitis aquosa substantia est absumenda. Cæterum cum vlcus exiccare cupis, admouendū est ventriculo emplastrum exiccans, optimum est quod stomachicō vocant, si magis vis exiccare, admoue emplastrum quod ad exiccandum vlcus pulmonis iuuare diximus.

**S**i inflammatio in sclerum abierit, que sufficienter emolliunt sunt adhibenda, optimum est emplastrū Aetij, quod habet colophonie pellucidæ sextantem

DE ARTE CVRATIVA. 215

tantem, ceræ purę vntiam vnã, mastichę purę vntiam vnã, olei communis cocleare vnum, tantũ omnia depurata in ollam coniecta super carbones liquefacito, assidue agitando, donec exploratum habebis, quod in frigidam aquam destillata in pastilli modum emollire ac cogere possis, ad hunc vium valet emplastrum quod proprio cap. describit Razes, & emplastrum de meli: loto & emplastrum diaquilõ. poteris ns. emplastris ad: dere absintij comam, & nardum, ad præcauendum scis: licet malum quod multa emollitio potest facitare, in: tus sumat æger pastillos de nardo, quos proprio capi: describit Razes, iuuat per interualla ad deniciendam al: uum sumere cassiam fistullarem, pilulas raphi, quę habet ammoniacum myrrham & aloë, ammoniacus enim & myrrha non solum ad iubducendam aluum iuuant, sed etiam ad durum tumorem emolliendum, quare cũ pas: stillis de absintio poteris etiam aliquid ammoniaci mis: cere, ægroq; frequenter propinare.

DE SINGVLTV.



Valis passio est conuulsio musculis, talis est singultus stomacho, ait Gal. septimo libro Aphorif. Aphorif. tertio. Porro singultus conuulsio nõ est, vt pote qui in singulis accidit musculis, vt tertio libro de Symptomatum causis idem autor dicit, licet verõ singultus non dicitur conuulsio, dicitur conuulsificus motus à Galeno quarto libro de Ratione victus, ob hoc mirum, quia eodem modo ventriculus mouetur in singultu, ac musculosa membra moueri solent cum conuulsione apprehenduntur. Cæterum singultus non solum ventriculi est passio, sed etiam gula, vt ex ijs quæ secun:



do libro de Sympto. causis, & septimo libro Aphorif. Aphorifmo. citato Gal. dicit, liquido illucescit, libro enim de Symp. causis ait, quæ in ventre & gula sunt singultum excitant, libro vero septimo Aphorif. dicit, singultus aduenit nonnunquam humoribus totum ventriculum infestantibus, nonnunquam os eius & gulam.

**S**unt singultus causæ immoderata repletio, immoderata inanitio, res quæ ventriculum vellicant, & mordent, vt quarto libro de Ratione victus Gal. dicit, sub his causalibus quas autores ponunt completur, cibus scilicet corruptus, ventriculi frigiditas, ventriculi inflammatio. Porro cibus crudus & inflammatio & frigiditas ad causam repletionis reducunt. cibus in mordacem qualitatem mutatus ad causam tertiam refertur, hoc autem est dictum de singultu qui primogenium est malum, nam solet nonnunquam oboriri per consensum neruorum, inflammato cerebro, vt septimo Aphorif. parte citata dicit Gal. singultit etiam ventriculus, hepate inflammationem patiente, quia magnus est ori ventriculi & hepatis consensus, ad hæc bile satis calida & multa in hepatis inflammatione genita, ac confluente ad intestinorum principium, atque ita superfluitate adque ad ventriculum recurrente, contingit os eius morderi, atque ideo singultire, vt septimo libro Apho. commento decimo septimo, Gal. declarat.

**C**urant singultum venæ sectio, concoctio, purgatio, auersio, medicamenta quæ ventriculum alterant, quæ humores ab eo repellunt, atque quæ sensum hebetant.

**C**um singultus ex cerebri vel alicuius visceris inflammatione

flammatione oboritur, incunctanter est vena secunda, omnia enim præsidia quæ prædictis inflammationibus opponuntur, sunt singultui remedio. Cæterum & non occupante inflammatione, nonnunquam est vena aperta nimicum si sanguinis appareat plenitudo, cohibita quæ sunt sanguinis purgationes menstruæ scilicet vel hemorrhoidum.

**H**vmores crassos atq; tenaces singultum producentes concoquit mel rosæ celi, oximel simplex, oximel diareticum, syrupus de hyssopo, atq; syrupus de præsio & syrupus de eupatorio, syrupus acetatus, diarhodon, syrupus de thimo.

**P**urgatio tunc est adhibenda, cum ab humoribus ventriculū infestantibus singultus proficitur. Cæterum si vniuersum corpus prauis humoribus abundat, noxiosq; humores ventriculo suscipiente hoc oboritur malum, totum corpus vacuare conuenit, si vero aliud peculiare membrum, vt hepar vel cerebrum malos ventriculo humores mutat, mittenti membro ipsiq; ventriculo respicies. Porro solo ventriculo noxijs humoribus infecto, quæ illum solum purgant sunt adhibenda, purgant autem illum tum vomitum subductiuum pharmacum, si à cibo crudo vel in acrem qualitatem corrupto, vel ab humoribus acerbis singultus ducit ortū, porrigēda sunt quæ proliciūt vomitū, cui vni seruit decoctū seminis anethi vel mulsa, vel decoctū seminis radicis, ad acres humores sufficit aqua tepida. Cæterum crassis humoribus ventriculū imbuentibus, vomitus etiam est proficiuus: ante verò quæ vomitū citant exhibeantur, porrigēda sunt quæ humorum crassitatem attenuent & dissecent, atq; post cibum vomitum prole-

Et abis: tunc enim humores crassi cibi immixti minor  
 negotio euomuntur: porro si difficulter vomit ager,  
 quæ aluum subducant sunt porrigenda: prodest hiera  
 picra, pilulæ ruphii, pilulæ de mastiche: nempe solo ven  
 triculo laborante, nocuum est ea exhibere, quæ magna  
 vi aliunde ad ventriculum humores trahūt: porro mult  
 ti in omni singultu rhabarbarū laudant, qui forsitan hoc  
 à Dioscoride accipere putāt, hic enim aduersus singula  
 tum rha. esse vtile dicitur: verum cum rha. ille exhibet,  
 minime purgare intēdit, sed ventriculum roborare &  
 calfacere, purgatoriam enim vim, vt alibi dixerimus,  
 in hac radice ille non agnouit, potiusq; bilem quam pi  
 tuitam quæ plurima ex parte singultum parit, illud pur  
 gat, calfaciendo tamen & exiccando non est dubium  
 quin multum proficit: vidiq; ego admodum iurare ore  
 detentum & masticatum. Cæterum, si non solum ven  
 triculus, sed vniuersum corpus prauis humoribus abun  
 dat, totum corpus purgare conuenit si fluxio à cerebro  
 in ventriculum est, exiccandum est caput, per nares fiat  
 purgatio: vacuata verò abundantia, sternutamentū pro  
 deit: quod præter hoc quod quando est deitillatio, des  
 riuat, facit vt musculi abdominis ventri applicētur, ven  
 tremq; vna contrudant, ita vt violentiorem inpetum fa  
 ciat, in ipsas affligētes causas, quo circa in omni singul  
 tu iternutatio est proficua, vt secūdo de symp. causis dix  
 it Gal. Cæterum si iecur biliosos humores ventriculo  
 demandat, conuenit exundantem bilem vacuare, calia  
 damq; iecoris intemperiem corrigere, quibus verò me  
 dicamentis caput sit purgandum, quæ sin<sup>r</sup> medicamen  
 ta quæ deriuationem faciūt abunde supra iam diximus  
 quomodo verò intemperies hepatis sit corrigenda, in  
 fra cū de hepatis morbo tractabimus, copiose enuclea  
 bimus. Cæterum purgationis opus sepe explent clyster  
 res, qui

res, qui euacuant humores ad ventriculum fluitantes, & ab illo etiam reuellunt.

**A** Versio fit venæ sectione, purgatione, & clysteribus: quo modo ijs sit utendū, supra diximus: auertunt etiam pedum & manuum frictiones vincula.

**C**Um frigiditas singultum excitat, quæ ventriculū calfaciunt sunt propinanda: prodest syrupus de hyssopo, syrupus de sicca de, electarium de ambaro, electarium pliris: in magna frigiditate mischridatum, theriacaq; iam fermentata, bonum est spiritum retinere: extra etiam admovebis quæ ventriculū roborent & calfaciant, oleo anethino & laurino, vel nardino illinendus est ventriculus: cum ijs oleis & cardamomo & cypero optimum paratur unguentum. Facta verò vacatione iuuat cucurbitā ventriculo admovebere, quod enim dicit Aetius, quod & pectori figatur cucurbita, Aristotel. videtur sapere opinionem, qui vigesima tertia sectione proble. singultum passionem pectoris esse insinuavit. Porro cucurbita ventriculo admota ventriculū calfacit, humores discutit, & ad huc ventriculi motum compellit: nec inutiliter post admouetur synapismus: prodest ad discutiendos humores ventriculo fixos sudorem hoc modo citare, impleatur cucurbita decocto saluię et stæcadis, anethi, camemelę, rorismarini, thimi, & vētriculo applicetur, caliditate decocti sudore extruduntur humores ventriculi fibris adfixi, in diuturno singultu decoctū Caiaci non est inurile, cum a sicitate proficiscitur singultus, fe refanationem non recipit, vt quarto commentario de Ratione victus, dixit Gal. si quod verò medicamen est quod iuuat est lac humanum primo, deinde asinum

randem omnia quæ siccitati ventriculi suprâdiximus  
conducere huic generi singultus profunt, cui reifacit  
electarium resumptiuum.

**C**um abunde ad ventriculū biliosi humores fluūt,  
vomitus & per inferna purgatio (vt diximus) iuu-  
uat, iuuat etiam exhibere quæ infrigident & ad-  
stringant vt retundant bilis acrimoniam, eosq; deor-  
sum detrudant, ad hūc vsum valet syrupus de granatis  
oxiſacchar, syrupus de omphantio, bucella panis infu-  
sa in aliquo horum syruporum vel in succis ex quibus  
hi syrupi conficiuntur non instrenue auxiliatur. Porro  
his biliosis acribusq; humoribus fluentibus, ad mouenda  
sunt stomacho vnguenta, quæ illum roborent, & humo-  
rum affluentiam cohibeant, optimum est oleum rosa-  
ceum, oleum de citonijs, cum ijs oleis & sandalo masti-  
che & bucella panis aceto madida paratur vnguentū.

**Q**uæ sensum stupefaciunt, licet aliquando exhi-  
bere, cum ab humoribus acribus stomachū ob-  
stringentibus singultus excitatur, ijs humoribus  
vacuatis danda est requies magna, vel philonium aqua  
frigida sæpe contulit, non enim solum humorum acri-  
tudini opponitur, sed sensum hebetat, calfactumq; ven-  
triculum roborat, constringitq; & densat, vt non quali-  
bet de causa concutiatur, atq; quia frigida roborando  
os ventriculi, atq; etiam pōdere humores deorsum de-  
trudere facit, non solum vbi calida est humorum afflu-  
xio, sed etiam in alijs generibus singultus solet prodesse,  
quare Plato in Symposio, ad curandum singultum  
fauces abluere præcepit.

#### DE CANINO APPETITV.

Cum



Vm tota moles animalium in perpetuo fluo-  
 re sit, nisi similis altera substantia per ea que  
 defluxit restituta sit, euaporabitur atque dis-  
 sipabitur vniuersa, quo factum esse est ar-  
 bitrandum, vt non animalibus modo, ver-  
 rum et in stirpibus insitas quasdam vires  
 deficientis ac desiderati semper appetentes ab initio sta-  
 tim natura dederit, vt primo libro de Sanitate tuenda,  
 Galeno autore. Cæterum dedit etiam ventriculo natu-  
 ra & penuriam sensum, vt primo libro de Symptomatum  
 causis idem dicit. Porro hunc sensum ventriculo solum  
 inseruit, qui licet in eo concoquatur quidquid cætera  
 membra est nutriturum, hoc tamen non intendit ille, so-  
 lum quippe propriam intendit nutritioni, etenim postquam  
 est saturatus, quidquid superat tanquam illi onerosum  
 expellit, vt sexto libro de Decretis, & tertio libro de  
 Faculta. natura. idem pre didit autor, quod si aduertis,  
 non miraberis, cur athletarum qui multo sunt referti san-  
 guine famem incurrant, etenim quia ventriculus postquam  
 satiatus est, quod restat expellit, actu tunc quod illud quod  
 est sibi amicum & desideratum deficit, ad cibum denuo pro-  
 rita: hæc causam aduerte, quam que ab vgone & musa de  
 hac re sunt tradite nullo fundamento innituntur. Porro si  
 ventriculus esset mente præditus, multo tempore chila-  
 lum detineret, neque tam frequenter in hoc deueniret de-  
 siderium: sed quia licet cætera membra alimento non  
 ægeant tanquam à re excrementitia se deonerat, ob id  
 in athleticis vt iam diximus, non deest appetitus: mirari  
 tamen subit, quod Antonius Musa comen. tertio de Ra-  
 tione victus sectio. 11. non aduertens ea que ex Gale-  
 no citauimus, appetitum communem ponit in ventri-  
 culo: ponit etiam alios duos appetitus, quod quid est  
 quam ventriculum animal ratione præditum appella-

re, sed de fame naturali satis: ad eam quæ morbus est, nostrum conuertamus sermonem: est quippe nostrum institutum de morbis præcipuè in hoc libro tractare: quòd si de rebus naturalibus aliquid inserimus, est quatenus ad morborum tractatum aliquid auerunt emolumentum. Cæterum immensa comedendi cupiditas appetentia dicitur canina, quam aliquibus dici phagedænam colligitur ex ijs quæ dicit Gale. sexto vulgarium cõmentis, tertio, & ex ijs quæ Plini. vigesimo sexto lib. cap. 11. porrò qui appetentia canina capiuntur, obnoxii sunt vomitibus: enimuero cū in ingerendis cibis modum excedunt, multitudine eorū aggrauati, & assumpsit citra nocumentum ferre non potentes, ad vomitum diuertunt, quemadmodū canes, vt Aetius dicit, vnde est huius mali nomen. porrò nonnunquã multorum ciborum quantitas non vomitus, sed cæliacas vel dysentericas affectiones, vel aquam inter cutem producit, prout enim fuerit dispositum corpus, hæc aut alia comitatur affectio: differt verò canina fames à bulimo, quia in bulimo fames non quaque perdurat: inchoauit enim à fame, sed non habet eam amplius adiunctam, vt Gale. dicit secundo libro Aphoris. Aphoris. vigesimo primo: in qua parte insinuat bulimum non esse ingentem famem, sed casum potētis: quod si aduertissent hi, qui practicas scribunt, vt Fontanonus & alij, non dicerent bulimum esse appetentiam caninam: sed expendamus autoritatem Galeni, quæ habet mentiri eos qui bulimum dicunt famem: in libro etiã primo de Arte curatua ad Glaucum. capi. de febre continua, ait, bulimum nil aliud esse quàm animæ defectum, vtcumq; sit extrinsecus: exteriori oboritur hoc malum, vt in Aphor. citato Gal. ait: quare mirari subit, quòd Alex. cap. tertio tertij libri ex calore nimio dicit hunc morbum proficisci.

elici. Cæterum, tames canina accidit cum acidus vitio-  
 sus succus ventriculū mordet: porrò hic succus acidus,  
 vt plurimum est pituita acida, nam quod Fuchsius con-  
 tendit melancholiam naturalem quæ à liene ad ventri-  
 culū fluitat huius appetentiæ esse causam non quadrat,  
 cum melancholia quæ naturalis est, vitiosus succus pro-  
 priè non dicitur, nec acida qualitate participat, vt Gal.  
 dicitur tertio de locis. nec est cur dicas, quòd de atra bile  
 quæ non est naturalis intelligit Fuchsius, cum si de hac  
 intelligeret, non est cur Mauritanorum vellet conue-  
 lere opinionem, siquidem nullus fuit arabs qui melan-  
 choliam non naturalem famem excitare fuit professus.  
 Adde quod Fuchsius commẽ. primi libri de Symptio-  
 matum causis, vbi ex professo hanc materiam tractat,  
 multis rationibus persuadere molitur, melancholiam  
 naturalem caninam & non naturalem excitare famem.  
 Porrò ego vt in Enchiridio dixi, adhuc dubito, an melan-  
 choliam quotidie ad adiuuandam coctionem & app-  
 etentiam excitandam ad ventriculum fluitet, seròper  
 tamen asseuerabo, quod si naturaliter in ventriculum  
 immittitur, non minus posse appetentiam naturalem  
 conciliare, quam coctionem adiuuare, coctio etenim à  
 calore fit, appetentiam res frigidæ iuuant, magisq; solè  
 res frigidæ sua frigiditate coctionem ledere quam sua  
 siccitate eam adiuuare, atq; quod melancholia, quæ ap-  
 petentiam caninam excitat, non sit naturalis, sed quæ lu-  
 perantem qualitatem acidam obtinet admodumq; ma-  
 ligna est, lib. de Multitudine expressè dicit Gal. Cæte-  
 rum si naturaliter dicitur fieri vt natura ad coctionem au-  
 xiliandam melancholiam naturalem tam ordinate ad  
 ventriculum mittat, non est cur in considerate factum  
 dicamus, vt ad appetentiam excitandam melancholiam  
 etiam demandet. Cæterum tanquam certum nõ sic Gal.



expressit, vt illud scilicet quod melancholia ad coctio-  
nem iuuandam ex siene ad ventriculum demandetur,  
sed de his sint hæc satis: nam non est quæstio tam frugis-  
fera, vt longiorem moram trahere nos cogat: regre-  
diamur igitur ad alias causas caninæ appetentiæ, quæ  
etiam accidit vbi totum corpus immodicè digestum  
inops alimentis redditur: porro immodicè digeritur cor-  
pus, aut ex facultatis retentiæ in toto corpore imbecil-  
litate, quæ cibi dominari non potest, aut ob plurimica-  
loris fortitudinem, quæ instar ignis cibos consumit,  
cutem rarefacit, ac exhalationem efficit, vt dicit Aetius  
& Alexander, vnde conitatur nunc ex nimia frigiditate,  
nunc ex nimia caliditate appetentiam caninam profici-  
cisci: nec obstat q̄ Gal. quinto de locis dicit, calidas in-  
temperies nūquam commitari ciborum appetentiam,  
quia solum de temperamento ventriculi, adiacentiumq̄  
membroꝝ loquitur, non attendit animum calidæ in-  
temperaturæ, quæ totum corpus immodicè digestum  
inops alimentis redditur, atq̄ quia appetentiæ caninæ vt  
folius ventriculi passio est, ex frigiditate fere semper  
oboritur, ob id etiam idem autor quinto libro de sim-  
plicium medica. faculta. dixit: frigiditatem iunctam sic-  
citati hunc affectum excitare: voluit quippe Gal. q̄ in-  
temperies ventriculi admodum calida non famem con-  
ciliat, sed a. inuit: fundi enim liquorisq̄ facultum in ven-  
triculo, tum in venis succos, vt primo libro de sympt.  
causis est traditum: patet ergo hinc q̄ calida intemper-  
ries quæ appetentiæ caninæ est causa, nō est illa quæ so-  
lum ventriculum afficit, sed quæ vniuersum corpus im-  
modicè digerit rarefacit: quapropter Tralliano nō est  
acquiriendum, si cum dicit tertio lib. cap. secundo, ex  
intemperie calida ventriculi appetentiā caninam con-  
stari putat, solam ventriculi intemperiem hoc produ-  
cere ma

ere malum. Cæterum nec solum quæ immodice dige-  
runt inops alimenti reddunt corpus, sed vermes, sangui-  
nis & aliorum humorum immodica euacuatio, verum  
vermes & immodicæ euacuationes quodam modo ad  
causas quæ immodice digerunt, possunt reduci.

**C** Vrant appetentiam caninam quæ ventriculum  
calfaciunt, quæ acidos humores concoquunt &  
purgant, quæ os ventriculi emolliunt, quæ ali-  
menti inopiam emendant.

**M** Edicamenta quæ calfaciunt, ventriculum ro-  
borādo frigiditatisque humoris acidi qui os ven-  
tris mordet & irritat oppugnando, huic capi-  
tulo morbo sunt praesidio. conuenit verò vt medicamen-  
ta quæ adhibentur calida: stipticitate non polleant, ne  
coactionem ventriculi adiuuent. Porro quæ vrinam mo-  
uent, quia citra adstrictionem calfaciunt, sunt proficua,  
calfacies igitur ventriculum syrupo de hyssopo, syru-  
po de praisio, syrupo de thimo mellicrato in quo ori-  
panum & satureia sint decocta, crocum dicit Auicēna  
magno pere appetentiam auertere, ego cōsiderans clas-  
sicis auctoribus hoc non dixisse, sed adstrictionē eos cro-  
co tribuisse non vndequaquam Auicennę dictis acquieui.  
Cæterum calfacies etiam ventriculum rebus extra ad-  
notis, prodest oleū de amygdalis dulcibus, atque oleum  
de lilio & de anetho, concoquunt humores acidos que-  
super diximus ventriculum calfacere, ea enim non solum  
calfaciendi vim habent, sed facultatem etiam hu-  
mores acidos incidendi abstergendique. si vis quæ ma-  
gis incidant & abstergant, exhibe mellicratum in quo  
decocta sit aristolochia, vel porrige mulsam scylli-  
ticum.

P

**H**umores acidos optimè purgare hieram dicit Aetius, ad idem profunt pilulæ ruphi. Est verò aduertendum quod si non solum frigidis vicis disq; humoribus vètricus est suffarcinatus, sed in cerebro horum humorum est moles, à quo in ventriculū fit defluxio, purgandum est etiam caput, quod optime faciunt pilulæ de agarico, ipsaq; agaricus cum zingibere & sale fossili concinnata. Porro vt capiti nunc esse respiciendum dico, idē te intelligere velim si ab alio membro fit defluxus,

**Q**uæ os ventriculi emolliunt suctionem prohibendo appetentiæ reluctantur, qua in re valet oleum omniq; pinguia, verum quando alium de ad ventriculum humores decurrunt, medicamenta quæ multum relaxāt sunt noxia, quoniā vltra hoc quod vires ventriculi enervant, lædunt, quia illum ad suscipiendos humores reddunt procliuem.

**S**ic corpus ob immodicum calorem multum digeritur, condensare cutem oportet, facies hoc cū oleo ex oliuis immaturis expressio, vel oleo rosaceo vel myrteo vel lentiscino, ex ijs oleis cum rosis santalisma stiche alumine in aceto acerrimo prius trito optimum concinnabis vnguentū, facit aqua alum. in osæ balneum, intus etiā exhibebis quæ humores incrassent & adstringant, facit syrupus myrteus, syrupus citoniorum, lac in quo ferrum ignitum sæpius fuerit immissum.

**S**ic facultatis retentricis imbecillitatē in toto corpore est inopia, cōsiderabis q̄ sunt q̄ illā debilitat, & totis viribus causę oppugnabis, si immodicus calor est vt frequenter solet; adstringētibus & refrigerātibus corpus

DE ARTE CVRATIVA.

217

corpus linies, si ex multa humiditate imbecillitas obor-  
ritur, rebus exiccantibus corpus est vngēdum, si vermes  
inops alimenti reddant corpus, quæ eo pernecent sunt  
exhibenda. Cæterum si ob sanguinis fluorem &  
assiduos vomitus, vel aliam euacuationem  
est inopia alimenti, quæ sanguinis  
profluum vel aliis euacuatio-  
nes cohibent ad plicabis,  
de ijs verò proprijs  
capitibus tra-  
ctabitur.



FINIS,

P ij

# Præstantissimo

viro maiorum imaginibus & morum probitate claro, Domino Domino Leoni à Goñi & à Peralta in Ecclesia Pòmpeleonensi Mensæ meritissimo Archidiacono:  
 Alfonsus Lopez de Corella  
 Salutem & perpetuam  
 felicitatem.



*I*am cõpertum mihi est, Archidiacone dignissime meas lucubrationes qualescunque fuerint, tibi esse boni consus lendas, amplectandas, & superuacaneũ puto, eas longa Epistola tibi commendare. Scio quippe, & vel audito libelli autore, non poteris auxiliarem operam non impendere, quando tanta est tui animi synceritas, tanta tua humanitas & munificencia, & vel tantilla intercedente consuetudine beneuolentia duceris, & totus alios iuuandi amore flagras: & si tali.

si tali ingenio natus, non est cur dubitem, tuas mihi peten-  
 ti non defuturas esse suppetias: maxime q̄ quodam fausto sy-  
 dere, tota Goñi familia est mihi fauens & aspirans: nec est  
 cur timeam, q̄ honorificum & auctum sacerdotium nouos  
 tibi indiderit mores, tuumq̄ beneuolum mutauerit ingenium:  
 siquidem genuinæ quæ in te splendent dotes, non nouam di-  
 gnitatem neq̄ exoticos honores admittantur. quæ enim ex ip-  
 so tu contraxisti natali, atq̄ quæ maiores æmulando ab ipsa  
 probe fecisti pueritia te clarum, te circumspectum, te hono-  
 ribus cumulatam reddiderunt. Porro ut paucis multa com-  
 plectar, qui discere uoluerit, qui sis, atq̄ qualiter hucusq̄ ges-  
 seris, maiorum tuorum à quibus non potes degenerare respice  
 eorum splendorem, consideretq̄ qui fuerit qui ad hanc te elege-  
 rit dignitatem: porro tam clara est tui generis prosapia, tan-  
 tum est tuorum progenitorum nomen, q̄ nemo qui aperte  
 sciat, te illorum esse propaginem, dubitabit te uirtutibus pro-  
 beq̄ factis esse deditissimum. Cæterum, qui perpenderit q̄ à  
 uero sapientissimo christianissimoq̄ fueris electus, proindeq̄  
 approbatus, luce ipsa meridiana clarius tuum introspiciet de-  
 us & ornamentum: porro te successorem nominauit auun-  
 culus tuus Dominus Dominus Ramigijs Goñi, cuius recon-  
 ditam & sublimem eruditionem nemo est qui non prædicet:  
 cui est nemo qui uiri tam exacti, cuius morte literæ sunt

passuræ iacturam, obitum non deploret: verum tantæ calamitatis non mediocriter viuens ille succurrit, opus quidem ce-  
 lebre de Immunitate Ecclesiæ, & alterū de Charitatiuo subsi-  
 dicio magna vtens charitate posteritati reliquit: quæ sane ope-  
 ra miram literarum studiosis ferunt opem, quæ etiam clare  
 monstrant, quanto iure vtrinq; ius Pontificium scilicet, &  
 Cæsareum illi debeat, qui suis laboribus vnum & alterum  
 adornauerit. Cæterum huius viri præstantissimi morum in-  
 tegritatem pietatemve quis est qui non agnouerit? quis est qui  
 non fuerit admiratus? docuit quidē faciendâ imitanda itidem  
 fecit: quidquid fere ex suis prouentibus nancisci poterat, pau-  
 peribus irrogabat, atq; charitatiuum subsidium quod ædito  
 libro commendauerat, xenodochio per se constructo admo-  
 dūq; locupletato satis ostendit. Sed quo sum progressus, hu-  
 ius quippe eminentissimi viri amore raptus præter pensum  
 in hæc incidi, quæ longam profecto exigunt historiam: quæ  
 sane si vere enarraretur, clare indicaret, quantum huius viri  
 suffragium quo tu hanc subisti dignitatem sit æstimandum.  
 Si enim Aristotelis commendatione vinum Lesbium Theophrastus  
 scilicet omnibus illico fuit exceptum, cur approbatione viri tam christiani & sapientis tu non venis commen-  
 dandus? certo enim scio, qd vt ille erat constans, & pia religio-  
 ne semper ardens, qd si te ipsum quem sæpius expertus est non  
 approbasset,

## EPISTOLA.

231

approbasset, & suum calculum tibi non dedisset: verum tuarum virtutum specimen, tuorum morum rectitudo, quæ ab ipsa pueritia præ te tulisti, non solum illi te reddiderunt charum, sed omnibus qui vel eminus te norunt iocundum, adeo ut ex benevolentia qua omnes te prosequuntur, & ex illo splendore qui in te nunquam non micat, putem ijs duobus de Arte curatiua libellis, auram qua tui in medium prodeant conciliandam.

Vale vir generosissime &  
dignissime ex Peralta  
Nauarra.

P 4



## ALFONSI LOPEZ A

Corella, De Arte Curatiua,

Liber Tertius.



VSPICATI FVIMVS PRIMUM librum de Arte Curatiua à cerebro. Tertium verò hunc veluti alteram opellam ab hepate dignum duximus exordiri, est quidem hoc facultatum naturalium principium, veluti illud animalium sedes: disident quodammodo horum officia, nam iecur totum est in agendo, cogitatrix verò facultas quæ cerebro assidet, tota est in contemplando, ne verò hæc iecur clamore & strepitu suo minimè turbaret, procul à cerebro illud esse fabricatum lib. de natura. dixit Plato. Sensit enim quod si prope cerebrum esset alimenti officina, quod vapores qui inde aspirarent illud frequenter lacepsirent. Atque quia officium iecoris quodammodo officio cerebri aduersatur, ideo proverbio dicitur pinguem ventrem nõ gignere subtilem mentem: cuius proverbij libro an ars gymnastica ad medicum attineat Gal. meminit; maxime quod voluptas quæ teste Platone est esca malorum ab epate vt pote à membro quod concupiscibilis facultatis Platone & Galeno autoribus, prima sedes est proficiscitur. Cõstat verò quantum voluptas cogitatrici facultati soleat esse impedimento: nec defuerunt qui irascitiuæ potètiq; iecur esse domicilium insinuarunt, nam hoc innuit Iuuenalis, cum cecinit, at nescis quantum sic cum iecur ardeat ira? Lactanti. etiam Firmi. lib. de ira iecori hanc facultatè inditam esse visus est inuere. Porro

ro si volumus Lactantij ceterorumq; qui iecori visi sunt iram attribuere dictis Platonis & Galeni conciliare dicemus, quod eo aliquibus dictum est iram iecori asidere, quia generat bilem hominem irritantem & in iram procliuem reddentem, vere tamen cordi vrpote membro omnium calidissimo ira est indita, vt lib. de Ira explicat Seneca. Cæterum quia irascendi vt ita dixerim materiam iecur suppeditat, ideo eos qui difficile propenduntur in iram difficileq; irritantur, bono iecore natos vulgus appellat, atq; quia de ira ipsa sermonis se quella aliquid dicere nos inuitauit, notandum est, quod aliud est esse iratum, aliud iracundum, iratus quidem est magnanimus, & humilium rerum contemptor: iracundus facile irritatur, vltionis est appetens, quia verò generoso viriliq; animo non est, temperamēto est frigidior, vt Gal. dicit primo Vulga. commen. ij. Solet tamen nonnunquam Gal. iracundū capere pro irato, in quem sensum dixit secundo de Temperamentis, & lib. quod imitari mores, quod iracundi sunt calido temperamēto, nec solus Gal. sed multi ex autoribus latinis iracundum pro irato vsurparunt, vt linguæ latinæ periti doctè declarant. Quod si iracundus aliquādo capitur pro irato, daret in dictis Galeni non esse cōtradictionem, quid quid aliqui garriant, ex dictis patet, quod proprie iratus prior viris quam fœminis, & iracundia prior fœminis. Sic Arist. lib. de Histo. taxans sexū fœmineum, dicit esse quærulū, & iracundum. Ex h̄setiam est perbiticum, quid secundo de Sanita. tuenda, voluerit Gal. tam dixerit vltionis appetentiam esse accessorium iræ, irascendi quidem libido ad iracundiam potius pertinet, vt ex h̄s quæ tertia Tuscu. dicit Cicero liquido illud est, quare mulieres & quicunq; frigidiori sunt temperamento appetentiores sunt vindictæ quàm viri magna

nimi, qui humilium rerum sunt contemptores: hæc ante notare placuit, quia in eorum declaratione multos esse speritare vidi. Cæterum venarum est principium iecur, sed non quarumcunq;, sed earum quæ nõ pulsant, quod verò nomine venæ arteriam, etiã antiqui intellexerint iam cap. de corde ex Galeno Platonem interpretante prodidimus, atq; apud Latinos venã pro arteria etiam vsurpari video. Celsus enim secũdo libro cap. sexto ait venis enim credimus fallacissimæ rei, Plini. quoq; libro septimo venarum dicit formicantem pulsus, hæc Gellius non aduertens turpiter increpauit medicum quemdam qui attigisse venam dixerat, porro vti à iecore oriuntur venæ, ita ab eo vim generandi sanguinem acquirunt propria em vi quia sunt albæ sanguinem non creant, vt in Enchiridio iam dixi. Cæterum iecur quibusdam lobis veluti digitis est distinctum, quo maiusq; fuerit iecur hoc sunt maiores lobi, vel maiores digiti, si sic placeat appellare, putans verò Auicenna in ijs quibus hoc forsitan legerat, de manus digitis sermonem haberi, rem nulli rationi fulcitam dixit, quod longi scilicet digiti manus atestantur supra hepatis magnitudinem. Porro membrum hoc quauis e primoribus vnum sit patientis simum est, quando sexto libro Apho. Gal. non reluctatus est ijs, qui fibrã hepatis abscisã fuisse sanatam dixerunt, retulitq; mihi vir generosus illum venatum fuisse ceruum, in cuius hepate inuenit aculeum vndiq; à carne hepatis circumdatũ, qui vt apparebat multos dies fuit ibi transfixus, vide quantum faciat sensus acutiss ad mortem accelerandam, quod cum hepar vnum ex principibus partibus sit, potuit tanto tempore tam ingens partem malum, ob id profecto equidem dixerim, quod eius substantia obtusè sentit, quod si sensibilißima pars vtericuli hostiolum esset, vel vna hebdomada tantum malum

## DE ARTE CVRATIVA. 235

sem non potuisset tolerare, vehemens quippe dolor præter hoc quod multum virtutem labefactat, humores ascicit, qui dolentis partis morbum adaugent. Porro ne omnino sensus hepatis esset expers, neruum in illud natura inferuit, vt quarto de Vsu partium dicit Gal. vnde patet eos à veritate declinare, qui dicunt hepatis nullum esse inditum sensum, accidit porro dolor grauis hepatis substantiæ, acutus membranæ illud ambientis, vt sexto lib. Apho. Apho. quinto idem prodidit autor. Non est cur mireris lector optimè quod in breui opella duas nuncupatorias apposuerim epistolâs hoc potius humilis animi multo rum auxilium explorantis quam arrogantis est nota: maximè quod cum ultra ego nõ possim: cogor vel tantillo xeniolo viris tam insignibus quibus sane deuinctus sum & oberatus si non aliud saltem meum animum indicare, neq; id est nouum. Nam Galenus grauisissimus autor ea quæ scripsit de Theriaca duobus Pamphiliano scilicet & Pisoni nuncupauit ex nostris etiam Ioannes Manardus vir hac ætate apprimè doctus suos non vni omnes suos libros medicinalium epistolarum dicauit Cæliusq; rodonginus fere tot nuncupationes quot capita suo opere lectionum antiquarum ædedit. Vale.

## DE DOLORE HEPATIS eiusq; obstructione.



Roducitur dolor in hepate nihilo scius quam in reliquis membris, vel ab intemperie, vel soluta continuitate: intemperies vel sola est, vel cum humore.

**C**Vrant hepatis dolorem sanguinis missio, medicamenta quæ alterant, medicamenta quæ purgant, quæ digerunt, atq; quæ obstructions eliminant.

**S**I à sanguinis plenitudine dolor oboritur, ilico vena interior dextra est secanda: periculum quippe est, multo sanguine venas hepatis extendente, ne inflammatio proficiscatur: q; si iam instate inuadenteq; inflammatione, dolor circa hypocondrium dextrum molestat, sine vlla intercapedine ex eadē vena affatum sanguinem esse mittendū neminem dubitare arbitror. Cæterum, non solum in affectionibus hepatis, notis sanguinis apparentibus venam esse secandam quidam dicunt: sed etiam in omni obstructione licet à viscidis crasisq; humoribus fuerit producta, insanissima certe opinio: negat Gal. decimoquarto Methodi, in lethargico quæ inflammatio est venam secare si humoris cruditas adest, & ij in morbo qui citra inflammationem est id non considerant

**S**I à nuda qualitate proficiscitur dolor, solis medicamentis refrigerantibus facile propulsatur, si à frigiditate itidem euestigio quæ calfaciunt illum pellunt: oportet verò vt medicamēta quæ iecori admoventur non sint citra adstrictionem, quando è primoribus ipsum est munus suum obeat, vel in ipsis morbis est necessum: infrigidant calfactū hepar oleum omphantinum, oleum rosaceum, omphantis succus, omphantium, vnguentum rosaceum, ceratum de sandalis: calfaciunt infrigidatum hepar oleum de absinthio, oleū de amygdalis amaris, oleum nardinum, cū ijs oleis & mastiche & agalocho optimū parabis vnguentum, intra etiā exhibentur quæ hepar alterant: ad infrigidandum prodest

DE ARTE CVRATIVA. 237

prodest syrupus de intubo, oxisacchar, electarium de tribus sandalis, saccharum rosaceum : calfaciunt hepar syrupus de absinthio, syrupus de radicibus, syrupus de bisantijis, syrupus de eupatorio. Cæterum hæc medicamenta ante venæ sectionem vel purgationem possunt adhiberi, si sola intemperies afficit: verum sola intemperies parum durat, quin prauos humores aceruet: calida quippe calidos, frigida frigidos: calidum porrò hepar biliosos gignit humores, frigidum pituitosos: cum verò humores adesse cognoueris, eos vt infra dicemus vacuabis: post euacuationem vtiliter cum prædictis medicamentis iecur affectum temperabis: porrò q̄ in præsentī sectione ad infrigidandū laudauimus sandalos, annotandum est, aliquos inter medicamenta calida illos numerasse, sensisseq̄, esse aspalatum antiquorum: hoc ego in Enchiridio volui refutare, citans quandam autoritatem Galeni tertij Methodi: verum inficia nolo, q̄ vbi Gal. habet asphaltum, aspalatum esse scriptum me putasse: quo factum fuit, vt autoritatem quæ contra Manardum nihil concludebat, ego citassem.

**E** Vacuatione est vtendum cum humor dolorem infert, considerare verò oportet, an gibbam vel cauam hepatis partem occupet humor, quod si gibbamprehendit, quæ vrinam prolestant porriges, si verò cauam, purgatorium pharmacum exhibebis. Cæterum si humor est biliosus, facit rhabarbarum electarium rosaceum, electarium de prunis: si vero humor frigidus hepar infestat, facit diaphœnicon, agaricus, pilule de rhabarbaro. Cæterum quæ sint quæ vrinam cient sequenti sectione videbis, etenim quæ obstructions aperiant lotium prolestanti vim habent, considerandum vero est, quod etiã si humor qui dolorem infert gib-

bam teneat partem, præparantequam diuretica exhibeas leniter purgare nimirum ne diuretica excrementis aliqua inueniât, quæ ad gibbâ possint ducere partem.

**S**I flatuosus spiritus inducit dolorē, exhibenda sunt, quæ dictum humorem digerūt. Porro medicamenta quæ flatum vetricali discutere supra asseruimus, iuuât, prodest tanc diaciminum diatrion pipereon, extra iuuat oleum laurinum, oleum nardinum, oleum de lilio, cum his oleis & puluere absintij & caryophyllorum & florum camæmelę & cera parabis vnguentum, nec solum ad flatuosum spiritum digerendum, hoc prodest vnguentum, sed etiâ ad attenuandū diffecandumq; humores crassos qui obstructionem produciunt, verum de medicamentis quæ obstructionibus medentur, iam proprium sermonem audiui.

**R**igidi crassiq; humores ac flatuosi pariter obstructionem solent gignere, ea porro medicamenta quæ obstructionibus medentur, funditus dolorem auertunt, dissolunt obstructionem, medicamenta quæ aperiunt, aperit & abstergit mel, quod si lib. de attenuante victus ratione dixit Gal. mel in affectibus hepatis nocere, de affectibus ab estu vel humoribus calidis ortis intelligendum est, multum me laudant nuce ponticas, sed præ dicto libro dicit Gal. eas nullam ex vitceribus vim abstergendi habere, quæ cum dure coquantur & crassum nutrimentum gignant, ego eas non tantifacio. Cæteram prodest animum, farniculus, eupatorium, apium, petroselinum, casutha pistacia, prodest syrups de radicibus, syrups de bislantijs, syrups de eupatorio, syrups de scelopendria, de hyssopo, porro ex corticibus quinq; radicum & passulis & amygdalis amaris & lupi

& lupinis cum vino flauo efficacissimum paratur apozema, efficacius fiet si additur lauri cortex, & filicis succus, optimè faciunt trochisci de rhabbaro, trochisci de absintio & de eupatorio, trisera, dialaca, diacucurma, mithridati. m. si febris adest & de calida interpetie est timor, exhibenda sunt quæ citra manifestam caliditatem aperiant, huius farinae est cortex viriusque intubi, casutha, est enim cicorei natura si Alexandro credimus ut calidiori hepatis adiumento frigidiori vero nocumento non sit, qui etiam inter oleribus solum cicoreum bonum sanguinem gignere, contrarium dicunt qui buglossum dicunt inter olera primas tenere. Porro Gal. lib. de Cibis boni succi malum succum gignere cicoreum dicit. Cæterum quod de cicoreo dicit Alexander de hepate lupino & coeleis scribunt multi quippe asseuerant, arcana qualitate hepar læsum iuuare, hoc vero non consentaneum esse Galeni dogmatibus in Enchiridio iam dixi, sed obstrepit aliquis forsan, octauo Localium multum laudat hæc pharmaca Galenus, ait enim usus lupini hepatis consimilis coeleis, teritur enim exacte lupinum hepar, & datur drachma vna cum vino aliquo dulci, benigne enim hæc sunt viscera, ipsum nutrire potentia, & media iuxta calidi & frigidi oppositionem, & ob id talia pharmaca omnibus intemperaturis conuenire videntur, hucusque ille, sed aduerte animum quæso, ne in multis quæ in libris Medicamentorum Localium dicta sunt, labaris. Porro multa sunt in prædictis libris commendata, quæ non sunt iuxta Galeni sententiam, sed iuxta opinionem eorum quos ille citat: adeo vel maiori iure sit dicendus distortorum librorum Galenus compilator quam autor, quibus in libris aliqua examinat, multa vero indiscussa dimittit: sed ut hæc clarius illuceant, perpendamus aliqua quæ dictis



libris dicit. Porro decimo libro medica. localium vris-  
nam capræ aduersus hydropem esse proficua[m] repe-  
rimus: sed non est cur credamus, huius medicamenti  
vsum ab illo fuisse laudatum: quippe qui decimo simp.  
medi. eos qui humanum lotium bibere, vel eo caput ab  
lui præcipiunt, tanquam rem obscenam præcipientes  
magnopere execratur. obscenius verò est caprinum lo-  
tium bibere: quare non ex illius, sed ex archigenis sen-  
tentia quem citat esse commendatum palàm fit omni-  
bus: cur etiam discredemus, Galeno nauseam non mo-  
uisse medicamentum de felle vrsino, quod nono loca-  
lium ictericis exhibuisse andromachum fatetur, turpius  
sane videtur, fel vrsinum libare quàm humanum lotium  
ebibere. Cæterum, si quis contentiosus velitari audeat,  
omnia quæ Gal. in libris medica. loca. singillatim non  
damnat, illius albo esse approbata, tenetur etiam con-  
cedere, cynoglossum si lienosis est opitulaturum, sinistra  
manu ante solis exortum esse colligendum, vt ex sen-  
tentia Asclepiadis nono localiū habetur: tenetur etiam  
modo quo Archigenes vsus est in ictericis curandis nõ  
dissentire: sed quis non videt multum à Methodo in cu-  
rando ictero deuiasse Archigenem, qui vt nono locali.  
dicit Galen sic tractandos ictericos monuit, vt absintum  
ex aqua multa bibant, aut cum cyclamini succo purga-  
tis naribus lauentur, aut vena sub lingua eis aperiatu-  
r: subdit quod si ad nullum horum auxiliorum malum cedat,  
expurgatione quæ per scammoniam & exquisita dicta  
vtantur, atque ita ad exercitia progrediantur: hæc Gale-  
quæ sanè non videntur eius sapere myrotecia, sed Ar-  
chigenis officinam ex qua sunt deprompta, non enim  
prius sunt lauandi icterici, quam redundans bilis euac-  
uetur, at Archigenes prius tentat lauacrum, quam cum  
scammonia purgationem, & durante malo facta iam  
euacuatione

tuacuatione exquisitam dietam & exercitia laudat,  
 quæ omnia vires multum deiciunt, corpusq; ad bilem  
 procreandam nimis proclive reddunt, mitto quod ve-  
 nam sub linguam secat, quod licet ad bilem expurgan-  
 dam faciat, constat parum aut nil ad mali radices extir-  
 pandas conducere, sed hæc notiora sunt quam vt à me  
 explicari desiderent, atq; vt in hac sum sententia, vt hæc  
 curandi norma Galeno non arriserit, sic credo illi non  
 approbari, quod octauo Loca. de affectionibus circa  
 stomachum ab Archigene est traditum, vbi reperitur  
 ad saliuam multam in stomacho est admodum vtile, vi-  
 tis folia, aut porrulaca viridis, aut caseus recens, quod si  
 stomachus sit multum estuosus, vesicam aqua expletam  
 imponi iubet, & niuem superaddere. Omnia hæc por-  
 ro tantum à Methodo distant, quod bene monstrat Ga-  
 leni sigillo non esse signata, sed perpende omnia quæ  
 in prædicto capite ex Archigene refert Galenus, & de-  
 inceps non dubitabis multa esse in prædictis libris à Ga-  
 leni doctrina multum aborrentia. Ait quippe prædicto  
 cap. citatus Archigenes, displicētias ac molestias sedari  
 aiunt coctea aphricana cruda integra vorata, exoluto  
 stomacho da lactucæ semen, aut passerum stercus, aut  
 glaciem ieiunis, vt ea assidue manducata saliuã expuat:  
 hæc ille, quæ minimè Galeni merentur digna suffragio.  
 Cæterum vt hæc Galeno non arrisisse arbitror, sic cre-  
 do illū minimè probasse religiosum circa mortarium  
 Archigenis apparatus, qui vt decimo Localiū est scri-  
 ptum, post descriptionem cuiusdā pharmaci dixit, hoc  
 verò pharmacum quæadmodum accepimus, cum qua-  
 dam religione præparatur, ligneo enim mortario ac  
 pastillo tunditur, oportet eum qui tundit, neq; anullum  
 habere ferreum neq; calciamētā clauis ferreis transfixa,  
 hoc arustico vt manifestum accepimus, pulchre sane di-

ctum, ferunt enim hæc præ se rusticitatem, quam Gale-  
ni scripta redolent nunquam. Cæterum qui his aduertit  
animū, non religiosum deinceps putabit, phar maca quæ  
in prædictis libris scripta sunt optima examinare bilan-  
ce, cum exploratum iam habere possit, non omnia quæ  
Gal. ibi nō taxat, suo fuisse probata calculo, sed ad alia  
iam vertamus stilum, ex dictis enim velut ex vnguibz  
vt aiunt poteris cætera cognoscere.

### DE HEPATIS INFLAMMATIONE.



**H**epar haud secusatq; aliq; corporis partes  
à copioso sanguine inflammatur, porro  
nisi inflammatio magna sit, aut musculi he-  
pati incumbentes extenuentur, tactus nul-  
lam hepatis potest præbere notitiam, vt  
quinto de Locis Gal. dicit, in qua parte hepatis inflam-  
mationis traditas à Galeno videbis notas. Porro licet  
omnis hepatis inflammatio sit periculosa, periculosior  
est quæ in conuexa parte quàm in caua, vt. vj. de Morbis  
Vulg. comm. ij. Gal. dixit. Cæterum annotandum est q;  
cum inflammationem hepatis dicimus, non solum phle-  
gmonem, sed heresypelam etiam complectimur, æde-  
ma verò non est cur comprehendamus, quia vt auctor est  
Gal. quarto lib. de præsaatione ex pulsibus, ca. de puls-  
su qui accidit hepatis affecto, ædema pituitosum nō in-  
nascitur hepatis, quare non est credendum Avicennæ,  
qui caput ædematis iocinoris facit, quædam tamen con-  
tradictio videtur in Galeno, qui in eodem lib. capit. de  
Pulsu qui fit affectis meningibus dicit, iecur ædemate  
affici, hanc controuersiam sic puto diluendam, quod in  
hac parte qua dicit iecur ædemate affici, de hepatis mē-  
brana intelligit, in qua vesicæ aqua plenæ generari so-  
lent.

DE ARTE CVRATIVA. 245

lent, vt. vii. Apho. Apho. lvj. idem prodidit autor, hæc  
verò vesicæ generali nomine ædemata appellantur.  
Porro quod mēbrana hepatis humidiorē & molliorē  
reddita pulsus red datur mollis, ex ijs quæ parte vltimo  
citata de præ sagitione ex pulsibus dicit Gal. est perspi-  
cuum, quod si dictam partem perlegeris, non dubito  
quin fatear, nos apparētē contradictionem, quæ mul-  
torum distorsit intellectus optimè diluisse.

**I**N curanda hepatis inflammatione, eadē ferme Me-  
thodus quam in ventriculi inflammatione seruanda  
diximus, est seruanda. quare non est cur spetia-  
lem hic protrahamus sermonem, mittendus scilicet est  
sanguis semper ex axillari dextra, inter initia medica-  
menta repulsoria sunt adplicanda: quæ semper calida  
debent applicari, vt tredecimo Methodi dicit Gal. tran-  
sacto principio adplicanda sunt medicamenta quæ dis-  
gerunt, nulla verò medicamenta que stipticitatis sint ex-  
pertia sunt admouenda, quando robori hepatis quod  
toti corpori suppeditat alimentū, maximè est intenden-  
dum, vt enim recte vndecimo Metho. Gal. dixit, non ex  
ijs quæ deuorantur, sed ex ijs quæ ventriculus & hepar  
recte concoxerint, alimentum toti corpori suppedita-  
tur. Cæterum annotandum est quod dicit Aetius, quod  
secundo die à veng sectione cucurbita hypocondrio  
dextro apposita iuuat, verū quia dierum numero prin-  
cipium non potest defeniri, & in secūdo die potest esse  
magna plenitudo, hoc perpetuo non est seruandum,  
quoniam vt dicit Gal. tredecimo libro Methodi, vten-  
tum cucurbita (in ipsa parte quæ phlegmone vrgetur)  
inter initia non est, immo postquam totum corpus va-  
nuaueris, ac necessarium est eorum quæ in inflammata  
parte continentur aliquid educas, atq; eruas, aut etiam

Q ij

foras versus attrahas, hęc ille, quę eo libenter produxi  
ne quis dicitis Aetij male pensculatis accedēs laberetur,

## DE ICTERO.



Icterus quodammodo est hepatis passio,  
quodammodo vesicę bilis, plurima enim  
ex parte fit patiente iocinore, non tamen  
semper, vt infra dicemus, atque quatenus  
vesica fellea bilis flauę est receptaculum.

*in 2o 4o lib.* Icterus inter morbos vesicę bilis aliquibus solet annu-  
merari. Porro est hic transeunter notandum, quod Ari-  
stoto. libro quarto de Part. anima. veterum laudat senten-  
tiam, qui causam cur diutius viuatur fellis vacuitate esse  
dixerunt, qui ideo asseruerunt, ceruos diurnam agere  
vitam, quia felle scilicet vacant, verum hęc sententia nō  
est approbanda, quoniam licet ceruus fellea vesica ca-  
reat, bile nō caret, nihilo enim secius in eius hepate ga-  
gnitur quam in aliorum animalium hepatibus, bilis ver-  
ronatura est quę opponitur vitę non ipsa vesica, adde  
quod homo & elephante vt ex ipso Aristotele collie-  
gitur, duratione vitę reliquis animantibus præstant, qui  
nec bile nec felle vacant. Ceterū cū bilis redūdat, & per  
vniuersum corpus iussunditur dicitur icterus, si bilis est  
flaua nomē generis retinet, si est atra, dicitur icterus nig-  
ger, icterus vt iam dixi plurima ex parte fit patiente ioc-  
cinore eius, scilicet intemperie in caliditatem permuta-  
ta, vel ob eius inflammationem: vel scirrhum, vel ob  
structionē: vt Gal. dicit quinto de locis: oboritur etiam  
icterus ob imbecillitatem vesicę bilis, quę biliosum hu-  
morem in se non attrahit: nonnunquam ob pori fellei  
obstructionem, vel debilitatem: aliquādo vt dicit Pau-  
lus a seruido diutemperamento solidorum corporum  
id quod

id quod alimenti ratione loco erat exhibitum in bilem commutantium. Cæterum licet icterus plurima ex parte accidat ex iocinoris praua affectione, contingit accidere iecinore illæso. vt Gale. quinto de locis dicit: hæc dicta sint de ictero bilioso. Icterus verò niger vt plurimum fit ob splenis vitia: splene quippe humorẽ nigrum non attrahente, per vniuersum corpus nigra bilis effunditur, quæ nigro colore cutem imbuat, id etiam potest contingere obturatis vñs: per quas niger humor ab splene ad iecur depellitur: atq; hepatis expultrice debilitata: sed ad primam morbi regij speciem auriginẽ aliquidibus dictam regre diamur, quæ aliquando est citra febrim, aliquando in febribus accidit. Porro morbus rezius qui in febribus ante septimum diem prouenit, nialum est autore Hippocrate: significat quidem hepatis inflammationem, vel eius magnã obstructionem. Porro contendit Fuchsius, commento prædicti Aphorismi, icterum qui fit in febribus ante septimũ, necessario ex hepatis inflammatione oboriri: sed Gal. parte citata clare insinuat, ex obstructione ante septimum in febribus proficisci posse: & cito q. Gale. hoc non innueret, quis potest inficiari, quòd in febre biliosa tanta potest humoris biliosi quantitas hepar ante septimũ obrepere, quòd icterus procreetur, qui quatenus indicat multam bilis crassæ copiam, quæ difficulter à natura vinci potest, malum portendit. Cæterũ in aliquibus exemplaribus aphorismorum reperitur, nisi humores ex aluo prodeant: humores verò qui ex aluo prodeunt, non faciunt saluum icterum ex inflammatione hepatis genitum: sed illum quem obstructio generauit, atq; arbitrandum est, quòd illi febrientes de quibus Hippocrates & Gale. primo de morbis vulgari. commen. secundo tractant, quos icterus die sexto inuasit: deinde reualuerũt, quòd ex obstru-

ctione cōtraxere malum : clarè enim verba Galeni hoc indicant, ijs enim verbis ait, non valuit bilem natura excernere: ijs collecta ad cutem morbum regium excitavit, horum ipsorum illi fuerunt salvi, quibus alia ratione natura retrimentum excernere valuit: nec nostris dicitur reluctatur, quod quidã ex Galeno allegant, ex obstructione scilicet non generari febrem, nisi biliosi humores redundantes diutius corpus obsederint : nã nos febris causam nõ dicimus obstructionem, sed icterum ex obstructione hepatis febre iam inuadente ortũ malum esse asserimus. Sed aliquis dicit Galenum malũ collectuisse, icterum in febribus ante septimum vel ex inflammatione vel obstructione proficisci : siquidem quinto de locis, iecinoris temperie mutata dicit posse oboriri icterum, hepate inflammatione vel scirrho vel obstructione non affecto: verum si in febribus ex hepatis magna scandescentia, icterus enascitur: nihilo secius portendit malum, quã quando ex alijs causis producitur: quatenus quippe demonstrat magnum hepatis incendium, quod & breui tempore ante septimum scilicet iecinoris temperiem vehementer permutare valuit. Ceterum affectis ictero magnopere extenuãtur membra, quia infectus sanguis est, qui pro alimento suppediatur: adde quòd bilis quæ per corpus est effusa, innatam humiditatem absumit: quòd si talis est bilis natura mirandũ est de Philoteo qui secundo lib. Aphor. Apho. vigesimo credidit, naturaliter bilem in ventriculum cõfluere, cuius opiniõnem falso vt in Enchiridio dixi, recentiores multi Galeno ascripserunt.

**C** Vrant morbum regium venæ sectio, humorum cõcoctio, purgatio, medicamenta quæ alterant, atq; quæ defecationem tollunt.

**C**um ex iocinoris inflammatione oritur aurigo, cōfestim est vena axillaris dextri brachij secanda. Multum etiam opitulatur, vt in Enchiridio dixi, sexta vena iuxta medium dextræ manus digitum: nec solum obsidente hepar inflammatione, est sanguis fundendus: sed semper q̄ sanguinis multitudo vna cum bile abundat: atq; si ob scandescentiam hepatis icterus proficiscitur, licet sanguinis multitudo non appareat, vena sexta quæ ad annularem digitum obrepat: magnam opem solet præstare, sanguine ex hac vena fuso refrigeratur hepar, eiusq; moderata temperie temperiores gignit humores, atq; adeo prouit malū: particulatim autem & per vices est sanguis detrahendus, si Aetio credimus, ne per coaceruatam euacuationem vires ægri prosternantur: verum enimvero si ex iocinoris inflammatione aurigo oboritur, dummodo vires ægri consentiant affatim sanguinem detrahere conuenit: tūc enim ictero vt sympthomati, inflammationi vt morbo propriam curationem exigenti est respiciendum, in inflammatione autem iecinoris copiose sanguinem esse fundendum si vires ferunt: & ipse Aetius proprio capite docet.

**M**edicamenta quæ humores præparant conducunt: præparant humores syrupi vel decocta frigidam naturam habentia, quatenus exuberanti bilis qualitati opponuntur: huic rei seruit syrupus de intubo, decoctum ex corticibus intubi satiuī & siluestris, boraginis, casulæ, hordei, scolopendriæ: ad oppilationem verò demendam, omnia ea medicamenta iuuant, quæ cap. de oppilatione hepatis esse proficua diximus: singulariter valent syrupus de radicibus, de bilis, & de eupatorio, & acetatus diarrhodon: hæc ve



ro ad attenuandum mirificè etiam profunt.

**I**N Ictero bilioso exhibēda sunt medicamenta quæ bilem purgant, quæ forti irritandi vi pollere debent: imbecillia enim ob virtutis siccitatem inefficacia in ipsis cognoscuntur: prodest electarium rosaceum, electariū de prunis: si Icterus est niger, quæ atrā bilem purgent sunt propinanda: facit diasenna, confectio hamec, pilulæ indæ, pilulæ arabicæ: aduertere tamen debet, qui icterum nigrum curat, an inflammatio vel obstructio, vel scirrhus sit in liene: & prout fuerit affectus, lien præsidia præstare, quo modo verò hi lienis affectus sint propulsandi, infra fusus declarabitur.

**M**edicamenta quæ alterant, conueniunt ad tollendam intemperiem calidā hepatis: facit vnguentum rosaceum, oleum nenupharinum mixtis sandalis, succus endiuivæ cum omphantio: quod si ex immodico solidorum membrorum calore oboritur icterus, vt aliquando euenire dicit Paulus, optimum est solidorum membrorum calorem temperare: iuuant lauacra, potiones refrigerantes, facit serum, iuuant apozemata frigida, quod si habitualis est calor, lac asinæ est præstantissimum.

**S**ex morſu animantis venenosi abortus est icterus, alexipharmaca medicamenta conueniunt, iuuat theriaca & mithridatum,

**A**dbilem quæ in vniuersa cute est excludenda, radix ciclamini trita pota ex aqua mullā valet: prodest rumex satiuus, serpilū hypericū, atque vt in summa multa cōplectar, omnia medicamenta quæ

## DE ARTE CVRATIVA. 249

raque vrinam mouent sunt vtilia, facit lauacrum aquæ calidæ: cui camemela, anethum, fœniculus, pulegium fuerint decocta.

## DE HYDROPE.



Hydropum tres sunt species, vt Gal. dicit libro quarto de Ratione viftus, vnus huiusmodi substantia tenuis copiam in tota ventris regione aceruat, hic dicitur ascites. Secundus locum hunc non aqua sed spiritu plenum habet, vnde est illi nomen tympanites. Tertius habitum totum pituitæ plenum habet, huic nomen est, anasarca aliqui solum duas species posuerunt dicentes anasarcam solum, caxexia ab autoribus completi, verum oppositum ex autorum dictis colligitur. Ceterum aquo sū humor qui ascitem producit, & flatulentus spiritus qui tympaniam parit, nō inter abdomen & peritoneū, vt multi dixerunt continetur, sed inter peritoneum & partes sibi subiacentes, Galeno quinto lib. de Locis auctore. Porro nulla species hydropis potest suboriri, nisi hepar afficiatur, vt in eadem parte idem dixit autor, non tamen semper ob primariam eius affectionem excitatur, lienis enim vel ventriculi vel intestinorum frigiditate facile infrigidatur hepatis siue partes, quo fit vt ad iecoris corpus frigiditas perueniat, quæ hydropem procreet, occasione etiam pulmonis vel septi trāsuerſi, vel renum infrigidari potest hepar, hydropicusq; excitari morbus, omnia hæc colliguntur ex ijs quæ citata parte dicit Gal. quæ si perpendis liquido intelliges, quid Hipp. & Gal. commen. secundo Prognos. velint, cum dicunt aquam intercutem nunc à iecore nunc à lienis, nunc ab intestinis, vel ventriculo incipere. Incipere

Qv

quidem potest ab his membris, sed nisi sanguificationis officium, quod in hepate est interciderit, minimè potest proficisci. Porro sanguificationis officium interciderit, natio hepatis calore debilitato, atq; quia frigiditas potissima caloris natiui depopulatio est, propterea Gal. quinto de Locis & quarto libro Apho. Apho. vndecimo insinuauit, omnem hydropem ex iecoris frigiditate oboriri, Aetiusq; dixit, citra hepatis refrigeratione impossibile esse aliquem in hydropem incidere, verum sexto de Locis non negat Gal. ex calida & sicca intemperie quæ cibum in sanguinem transmutare vetat, hydropem proficisci, neq; huius speciei hydropis immemor fuit Gal. secundo lib. Prog. Hoc considerans Paulus non ex sola iecoris frigiditate, sed ex calore etiam hydropem oboriri docuit, neq; ab hac sententia ablit Trallianus cum tertio libro Curationis hydropis ex æstu ortam memoriam facit, quam cum medicamentis frigidis esse oppugnandam dicit, atq; rationi videtur consentaneum, ascititium calorem qui vernaculum languidum & imbecillū reddit hydropem posse excitare, si hepar enim suo non fungitur officio, multa excrementa generabit, quæ inter peritoneum & intestina delabentia, hydropem facitabunt. Ceterum vt diximus plurima ex parte ex hepatis refrigeratione oboritur hydrops, atq; quia in ascite magis est refrigeratum hepar quam in tympanite, vt citato Apho. Gal. sentit, ideo est multorum opinio ascitem periculosiorem esse tympanite, huic sententiæ viderur suffragari Gal. lib. quarto de Causis pulluum, qui ait tympanitem minus facultatem grauare ascite. Aetius vero cap. de Hydropem tympanitem dicit ascite periculosiorem, adhibetur inquit in ascite pertusio siue punctio & reliquis quoq; remedijs promptius quam ille obedit. Porro qui ascitem magis peri-

DE ARTE CVRATIVA. 257

gus periculofam cenfet, dicit : fateor in afcite adhiberi pertufionem fiue punctiõnem, fed cum pertufio felici fuffeffu vix femel adhibeatur non eft cur dicenda fit cura faciliõr afcites, ad des etiam, quod licet aquofus humor magis obedit quam flatulentus fpiritus, non ideo afcitem effe falubriõrem, fi quidem cum magis fit legum in afcite hepar quam in tympanite, licet minori molimẽne extrahatur humor, à morbo minus vindicare egrotantem, quod hepar difficilius à praua affectione explũcatur, funt porro qui anafarcam, dicũt periculofiorẽ, hanc fententiã docet mufa, quarto lib. Apho. Apho. vñdecimo, quam docuiffe Aetium & Paulũ dicit, ego apud hos autores hoc minime exaratum legi, poterat mufa apparentius citare Galenum, qui commẽt. quarto de Ratione viftus de hydrope anafarca loquẽs ait, interficit autem protinus poitea quam factus fuerit, autor vero prædicti libri non folum cũ factus fuerit, dicit effe inlanabilem, fed etiam cum incipit, quod Gal. noluit approbare. Cæterum non ab re quis dictabit, incipientem anafarcum facilius afcite propelli, iam verò factum effe periculofiorẽ, etenim cõtingit anafarcum quem cohibita fanguinis euacuatio excitauit, fanguine miffo facile fanari, tam breuiq; curari afcitem non contingit, verum cũ iam radices ægerit anafarcus, qui non folum hepar, fed iam omnia folida occupat membra, quibus cunq; præfidijs male paret, & tãdem omnes inueteratq; hydropes funt periculofiffimi. Cæterum aquæ inter cutem non minus fœminas quam viros effe obnoxias dicit Aetius, parum infra ait, pueri vt plurimũ ab hydrope farcite apprehendũtur, Fuchfius Magnus Aetij emulor fine negatione legit, ñs verbis ait fœminæ minus quam viri huic affectioni funt obnoxij, fed non videtur creditu dignum, fœminas minus viris aqua inter cutem

tentari, si quidē vis sanguificationis fortior est in viro, magisq; labefactantibus causis reluctatur, adde quod dicit Hipp. secundo libro de Morbis mulierum, caro mulieris vt pate tenerior & rarior carne viri, ocyus & magis ad se humiditatem ex ventre trahit, quod videtur iuuare, vt anasarca illæ sint magis obnoxia quod si hanc causam perpēdis, acquiesces etiam Aetio, qui in eadem parte ait, pueros esse anasarca multū procliues, etenim quia puerorū caro mollis est & tenerrima, non mirum quod facile humiditatem ex ventre trahat, indeq; hydrops consequatur, sed ijs aduersatur, quod pueri naturales potentias vegetas habent, aduersatur etiam quod Hippocrates tertio Apho. malos habitus senibus et non pueris proprios esse dicit. Porro experientia ostendit, tum ob assignatam rationē, tum ob multam inglutem cuius quidem occasione senibus vt alibi dixit Hippo. Iuuenes ægrotant magis, malo habitu frequentius corripi pueros, in eadem parte dicit Aetius, ex malo habitu maxime perire pueros, ob hoc scilicet, quod firmitatē vitalem habent debilē, & quod ob cutis raritatem succi in eis facile transpirant, hoc tamen dictum videtur creditu difficile, cum contrariū monstret experientia, suadeatq; ratio, pueros eo quod facultates naturales habent vegetiores, facilius senibus à malo habitu se explicaturos. Cæterum circa id quod dicit Aetius, quod pueri scilicet habent vitalis firmitatis debilitatem, annotandum est, quod vitalis firmitas non dicitur Aetio vitalis facultas, hac enim pueros reliquos ante ire, dixit Gal. tertio libro Prog. Firmitas verò vitalis de qua hic intelligit Aetius, est membrorum ad ea quæ occurrant renissus, & eorum quæ offendunt tolerantia. Porro pueri citissime propter corporis humiditatem alterantur, atq; quia membra habent mollia, & tenerrima, facile à laboribus

*liber tertius  
Aetii  
de morbis  
puerorum*

boribus offenduntur difficulterq; quæ inuadunt sustinent iniurias, hoc quod in hac parte dixit Aetius, alludit dicto Galeni, qui tertio libro Apho. Aphor. vigesimo septimo dixit. Alterantur puerorum dispositiones citissime, propter corporis humiditatem, & naturalis potentiæ debilitatem, quam enim Gal. vocauit potentiæ naturalis debilitatem, vocauit Aetius debilitatē vitalis firmitatis, multi vero dictū Galeni simpliciter intelligentes, dixerunt textum esse deprauatum, cum omnibus sit in confesso, potentias naturales pueros habere vegetas, verum Gal. vt iam dixi, non tractat de potentia naturali, quæ actionum naturalium est principium, sed de potentia vt ita dixerim passiuā, quæ in pueris multarum humiditatum ratione, & membrorum multa tenebritudine, debilis est. Quicumq; enim dictum Galeni perpenderit, meam expositionem non vituperabit.

**C** Vrant hydropem venæ sectio humorum concoctio, purgatio, medicamenta quæ vrinas mouēt, quæ exiccant, chirurgia.

**I** N anasarca quam sanguinis multitudo excitauit, sanguinem esse mittendum Gal. quarto de Ratione victus dixit, à copia enim sanguinis calor natiuum prope extinguitur, vbi vt ille dicit nullum remedium est præstantius quam sanguinis extractio. Porro si ex mensū vel hæmorrhoidum suppressione, anasarca excitatur, vena malleoli est secāda, si vero alia ex causa multus sanguis frigidus est acruatus, qui calorem natiuum prope extinguit, venam brachij axillarem secabis. Cæterum in eadem parte dicit Gal. tympaniam & ascitem nullum per sanguinis missionē curare esse ausum. Porro licet nullus horum hydropum sanguinis missionem

expofcat, quia nec aquofus humor, nec flatulentus fpiritus, qui fub peritoneum eft, venæ fectione poteft extrahi, præfentaneum eft tamen aliquando mittere fanguinem, ad medendum quippe alicui inflammationi, fi quæ eft aliquod vifcus vexans, afquiefcendo etiã ijs quæ dicit Tralianus, quod in hydrope febre coniuncto refrigerantibus medicamentis eft vitædum, ad fanandam iecinoris calidam intemperiem, ex qua dicit aliquando hydropem oboriri, non ab re fanguis in pauca quantitate fi virium infirmitas non reclamet poteft fundi: fane fanguis miffus ex vena quæ paruum digitum dextræ manus, vel digitum medium reptat, præclare intemperiem calidam hepatis fanare folet, foletq; febribus præfentaneum efle remedium, vt in Enchiridio dixi: fi igitur obrepat febris, magnusq; eft iecinoris çtus, liquido patet venæ prædictæ fectionem fingularem polle præftare opem.

**A**D humores concoquendos iuuant ea medicamenta, quæ obftructiones aperiunt, humorumq; craffitiam attenuant: prodeft fyrupus de radicibus, fyrupus de bifantijis, fyrupus acetatus diarrhædon, fyrupus de eupatorio. Porrò fyrupi parum liquoribus stillatis ijs sunt diluendi, ne ventrem qui fatis madet humectent: hos quos recenfuimus fyrupos non præfente febre iuxta Alexandrum laudare conuenit, nam urgente febre in totum medicamenta frigida efle porrigenda docet. Cæterum, non de febre qui ex humore falfo qui in ventre continetur orta Alexander intelligit: nam hac vt plurimum vt Aetius dicit ægri non vacant, intelligit verò de febre quæ ex humoribus calidis iecore feandefcente oboritur, quæ ad eius extirpationem iecorisq; refarciendam intemperiem, medicamentum frigidum

DE ARTE CVRATIVA. 255

frigida exposcit: verum quia non solum iecori, sed etiam aquoso humori in ventre contento, & ventriculo est respiciendum: ob hoc oportet ne immodicè infrigident, quæ ad curandum dictum hydropem adhibentur: est etiam considerandum, quod sæpe lotium multum rubrum decipit medicum, arbitratur quippe, hoc non nisi iuxta calidam intemperiem hepatis posse attestari, cum hepate ex frigiditate læso, hoc lotium emitti possit, quomodo cum enim hepar sit læsum, si sanguis non bene expurgatur ab vrina, lotium rubrum reddet æger. Porro aliquos qui hydrope ex calida hepatis intemperie contracta laborarunt, memini me ab ægritudine vendicasse, exhibito sero caprino mixto cicorei succo, cui rhabarbari drachma vel semidrachma erat immissa: X hoc verò medicamento per multos dies utebatur æger.

**I**N qualibet specie hydropis medicamenta purgantia conueniunt, in anasarca exhibenda sunt quæ pituitosum humorem vacuant, atque quia in tympanite ratione languidi caloris non potest pituitosum excrementum non aceruari, etiam pharmaca quæ pituitam subducunt sunt vtilia, in ascite eadem ratione & id genus medicamenta conueniunt: conueniunt verò maxime quæ aquam subducendi habent potentiam, vt enim libro aduersus Iulianum dicit Gal. sunt medicamenta quæ hac sunt donata facultate, id genus scribunt esse bryoniæ succum, succum iris, granum cnidium, radix cucumeris syluestris: asseuerantque aliqui, & huius facultatis rhabarbarum non esse immune, verum si quis quæ Cuiusliemus Puteanus dicit subscribimus, inferior est vis rhabarbari quam vt aquam subducere possit, qui etiam asserit, medicamenta quæ aquam vacuant inter omnia debere esse fortiora; tenet enim hic egregius vir, & med.



camenta non abdita qualitate, vt Gal. fuit profefſus hu-  
 mores ſubducunt, ſed ſolum calore vel offenſione quã  
 naturæ inferunt, cum ſubſtantiam habeant minimè à ca-  
 lore coſtibilem: huic ſuo fundamento annisus, dicit ca-  
 ſiam ſolum leniendo purgare, aſſeueratq; rhabarbarũ  
 & aloem ſolum de obſtruẽdo humores ſubducere, eo  
 q; non habent tam intenſum calorem vt à toto corpo-  
 re poiſint vacuare, atq; quia myrobalani non ſunt ferui-  
 do calore donati: ideo dicit nil attrahere, ſed ſolum cõ-  
 primendo purgare, quos dicit ex officinis vt inutilia &  
 damnoſa medicamenta eſſe relegandos, multa alia in  
 libello purgantibus medicamentis dicato dicit hic au-  
 tor, in quo Galeno tam aperta fronte oppugnat, quòd  
 diceret illum galeno maſtigem: ſed in multis hic bonus  
 vir mea quidem ſententia hallucinatur, cum multa ſint  
 medicamenta, quæ tantã vim aperiendi habent, ac rha-  
 barbarum & aloes & nil ſubducunt: nec creditu eſt di-  
 gnum, quòd omnis oppilatio quam deobſtruit rhabar-  
 barũ ex humoribus bilioſis fuerit pronata: videmus ta-  
 men rhabarbarum plurima ex parte bilem ſubducere:  
 multa etiam videmus medicamenta, quæ maiorem cõ-  
 primendi habent vim quàm myrobalani, non tamen  
 tam efficaciter purgant: videre etiam eſt roſam quam  
 Alexandrinam vocant, quæ non intenſum habet calo-  
 rem, nec ſubſtantiam naturæ multum odioſam, quæ ef-  
 ficaciſimè purgat. Contrà verò alia videmus medica-  
 menta, quæ intenſum calorem habent, & ſubſtantiam  
 habent naturæ diſplicentè: quæ ſanè nõ purgant, quod  
 credere facit præter calorẽ eſſe aliam peculiarem vim,  
 qua determinati humoris fiat vacuatio. Sed de iſis hæc  
 ſufficiant, quæ ad integram explicationem, proprium  
 requirunt volumen.

Quæ

**Q**uæ vrinam cient in qualibet specie hydropis conducunt, faciunt pastilli de absintio, pastilli de rhabbaro, & de eupatorio, facit theriaca mithridatum, decoctum apij, fœniculi, rusci, scolopendriæ, rubiæ, dauci, anisi, asari, cinnamomi ex vino, facit puluis herinacei terrestres, præclare iuuant vermes terreni cocti triti ex vino potati, quod si vitio splenis hydrops est ortus mire facit confectio de ferri limatura.

**P**ost purgationem vtilissimum est medicamenta quæ redundantem humiditatem resiccet, flatusq; discutiant adhibere. Porro in anasarca insolationes, fricationesq; maximè siccant, in insolationibus tamen caput est velandum, conandumq; ne tumor vehementius calefaciat, caseus recens multum coagulli habens optimè ad omnes tumentes partes impositus facit, facit etiam sterces bubulum conuenienter resiccatura cum posca aut aceto mulso infarcta sulfuris quarta parte, proficuum est emplastrum de baccis lauri. Cæterum omnia impinguantia & resinosa cerata ac malagmata sunt vitanda, vt Aetius monet, inflant enim & tumores distendunt, errant igitur qui cum multis adipibus & butyro vnguenta ad sanandum hydropem concinant. Cæterum ad resiccandum, aqua marina aut aluminosa aut sulphurulenta hoc morbo affectos lauare monent Aetius & Paulus. Alexander dicit balneorum vium in morbo hydropico aduersissimum haberi, sed cum balneum absolute ponitur de balneo aquæ dulcis intelligitur, de quo credo intellexisse Alexandrū. Porro si theriaca non sunt ad manum, arte ex decoctis calidis potest parare balnea. Cæterum vtilis sunt cucurbitæ inanes supra ventrem posita, prodest vesicam semiplenam decocto calido ventri admouere, quæ sudorem ciendo stræ

R.

nuc iuuat, omnia enim qua sudorem prolestant, vnde  
 so corpore vacuato, in anasarca precipue sunt iuuamen-  
 to, facit praclare gaiaci vel cyne decoctum.

**Q**uo modo aqua in ascite sit emitenda Cornelius Celsus septimo libro docet, sed tam infeliciter hec ventris perforatio solet cedere, quod vix vnquam adhibetur, forsan tam sinistra succedit, quia cum adhibetur, prorsus vires sunt deiectae, iam est prope libitinam agrotus, quod si in malo nondum inuenerato fieret, forsan succederet ex voto, propter quod credo dictum esse ab Hippocrate sexto popularium sectio-  
*quo in libro*  
*1. o. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*  
 ne septima, hydropicos citius secare oportet, tabescentes statim vrere. Caterum ad curandam anasarcam vtilissimum esse dicit Aetius, figuras circa internum talum infligere in loco quatuor digitorum spatio supra talum eminente, ea profunditate qua quis in venae sectione vti solet. Laborant verò multi in pedum oedematibus, quae hydropem consequuntur profligandis, sed vt secundo ad Glaucum, dicit Gal. oedema in hac dispositione accidense est, nulla propria praecipuaque curatione egens, adeo quod sola frictio ex oxirhodino vel ex sale iniecto oxirhodino sistit ipsum.

### DE LIENIS DOLORE.



Quomodo admodum reliquae corporis partes ab intemperie vel soluta continuitate dolent, sic lien qui affigitur iuxta intemperierum genera, verum frequentissime frigidam & humidam sustinet, vt Aetius docet, dolet vero in calida & frigida intemperie, minus vero aut nihil omnino in humida, minimum vero in sicca.

DE ARTE CVRATIVA. 279

In sicca. Porro simplex intemperies parum sola durat. Nam si calida intemperies fuerit intensa sicca eam consequitur, & ad frigidam inueteratam humida committitur. Cæterum quia lien parum lentit, vt quinto de Vsu partium Gal. dicit, ideo nuda intemperies parum illum affligit, verum facile intemperies nuda aieicit humorum concomitantiam, atq; quia lienis substantia rara est vt quarto de Vsu partium Gal. ait, facile aliunde humores excipiet, frigida verò illum affligente intemperie spiritus procreantur stultenti, qui diuturno dolore inuehant, contrahitq; ex hac intemperie duritiem & obstructions, & aliquando scirrhum qui etiam ex inflammatione inueterata solet sæpe proficisci, est enim hoc viscus scirrhumotum multum obnoxium, etenim licet eius substantia rarior sit quam iocinoris: propter nutrimenti verò quo vititur speciem frequentius hepate scirrhumotetur, vt dixit decimotertio Methodi Gal. sed impugnabit aliquis, dicens non sibi Galenum constare, si quidem quarto libro de Vsu partium dixit, ex tenuiore parte sanguinis nutriri splenem quam hepar, hic notandum sic est diluendus, quod decimotertio Methodi cum dixit crassioris nutrimenti vt specie indicauit crassiorem sanguinem esse in liene quam in hepate, verum vt quarto de Vsu partium dicit, crassus sanguis qui est in liene quia elaboratur ab arterijs q̄ illie sunt. Atq; adeo venis multo densiorem tunicam habentibus, quam que sunt in hepate, nõ affatim neq; crassus carni splenis, sed subtilis & paulatim mittitur. Porro ad probandum quod splen frequentius hepate scirrhumotetur capiatur, non est necessarium quod crassiori sanguine alatur, sat est q; crassior sanguis in eo quam in hepate cõtineatur, & hoc in Methodo Gal. voluit. Cæterum lienis cura non est negligenda, est quippe instrumentum quod purgat limolos.

*in tenuiore parte sanguinis*

R ij

& crassos ac melancholicos succos in hepate genitos, quare Hippocrati dictum est libro de Locis in homine, quod, secundo de facultatibus naturalibus etiam Gale, retulit, quibus corpus floret lien minui, quibus magnum & tumens augetur, ut corpus minuere & cacochymum reddere, tumidus enim lien melancholicos succos non expurgat, quo fit ut per vniuersum corpus disseminentur, qui corpus minuunt & cacochymum reddunt: quapropter sapienter Pompeia plotina Traiano Imperatori procuratores habenti rapaces, qui provinciales calumnijs expilabant dixit, fisco esse lienem, quod sicut eo crescente reliqui artus contabescunt, sic crescente fisco flaccescunt vires subditorum. Porro quia lien expurgat melancholicum succum, qui per corpus disseminatum tristitiam & mœrorem incutit, ideo illū risus esse causam sapientibus philosophis est assertum: hoc tamen multi non intelligentes aliene proficisci risum dicunt. Sed de hoc multa in meis quinquagenis.

**C**urant lienis dolorem, medicamenta quæ alterant, sanguinis missio, medicamenta quæ inflammationi medentur, quæ obstructions emendant, atque medicamenta quæ emolliunt.

**I**n exhibenda affectionum lienum curandi Methodo, parum immorari conuenit: eis nempe praesidijs quibus hepatis affectionibus medemur, & paucissimis mutatis lienis morbis succurrimus: etenim quæ prauam hepatis intemperaturam emendant, lienis sanant intemperiem, medicamenta calida frigida, frigida calidam, sicca humidam, humida siccam: atque eo ordine, quo inflammationem hepatis diximus esse curandam, lienis est curanda inflammatio. Hoc tamen est discerniculum, & in hac

in hac ex axillari sinistra est mittendus sanguis, in illa ex dextra: quia tamen lienis inflammatio multos solet decipere, nota quod non secus ac in pleuritide solet in illa dolor scapulas clauemq; occupare: quod fit vt multi lienis inflammationem putent esse pleuritidem, vt optime Alex. annotauit: longè tamen diuersa est adhibenda cura, quia lienis inflammatio & in vigore adstringentia medicamenta exoptulat, vt decimotertio Metho. Gal. monuit: verum raro lienis inflammatio pleuritidis notas præ se fert, quia vt Gal. dicit secundo lib. de difficultate respirationis, minime dolorosum viscus est splen, neq; septum tranuersum premit similiter vt hepar, nisi maximum habeat tumorem circa caput. Cæterum medicamenta quæ hepatis obstructioni conueniunt lienis obstructioni sunt vtilia: sed quia hoc viscus quod melancholicum ac limosum est, ex iocinore expurgat: idcirco vehementiora medicamenta quàm hepar exigit, vt decimotertio Metho. Gal. dicit: medicamenta igitur quæ hepatis obstructionem aperiunt, mediocribus lienis obstructionibus opitulantur: quale est enim medicamentum iocinori absintium, tale est lienicapparis cortex, quale iocinori eupatorium, tale lienicolopendrium: fortiori enim vi cortex capparis & scolopendrium pollent quàm absintium & eupatorium. Porro cum hæc citata parte dixit Gal. nõ ratione sympathiæ hæc fieri intellexit, sed ratione caloris: quidam quippe intelligunt ratione sympathiæ absintium iuuare hepar, & scolopendrium lienem: verũ Gal. dicens fortiora medicamenta exigere lienem quàm hepar, gratia exempli posuit quatuor, quæ vidistis, quorum quæ efficacius aperiunt, lienis obstructioni maximè conducunt: q; si lienis obstructio leuis est, absintium & eupatorium rem poterunt explere: mirè autem eam quæ nis

mis inueterata est obstructio ferri limatura sanat, estq̃  
 à Mesue de hac limatura confectum medicamen, quo  
 ego frequenter post purgationem vtor, & feliciter sue  
 cedit. Interim vero q̃ hanc confectionem adhibeo, gut  
 tam ammoniacam aceto infusam alumine scissili admix  
 xto hypocōdrio sinistro applicare moneo, mirū dictū,  
 quā ex voto omnia succedant. Porro quia lienis ob  
 structiones plurima ex parte euenire solent mulieribus  
 quibus menses non respondent, antequam ad medica  
 menta fortiter aperientia venio, venas malleoli tan dem  
 re iubeo, factaq̃ purgatione venam quæ ad anullarem  
 digitorum sinistrae manus perreptat aperio. Ea verò quæ  
 his præsidij non reualefcit, non obstructionem patit  
 tur, sed inueteratum scirrhus cui fauet gutta ammoniac  
 ea extra apposita & deuorata, ex ea enim & ferri lima  
 tura & capparic cortice pilulas paro, quæ in prædicta  
 passione strenue iuuare solent. Porro cum ammoniac  
 alumen, sequens Aetium in emplastro misceo, nimirum  
 vt visceri sua natura raro & ad suscipiendos humores  
 apto addat robur.

### DE COLICO DOLORE, & de Ileo.



**D**olor colicus est coli intestini, à quo accer  
 pit nomen, qui est verò tenuium intestino  
 rum dicitur ileon vel voluulus, vt sexto  
 libro de Locis Gal. dixit. Cæterum Alex.  
 libro tertio capitu. quadagesimo octauo  
 ileon nihil aliud esse dicit, quam plenioris intestini im  
 modica augmentatio, Gal. etiam tertio libro de Mor  
 bis vulg. commen. secundo, in crassi intestinis confide  
 re voluulū insinuat, neq̃ ab hac abluit sententia Aetii  
 cum Ieta

cum letalem dolorem intestinorum voluulum esse dixit, nempe in hac parte non negat ex crassi intestini inflammatione voluulum posse excitari. Paulus vero libro tertio capi. trigesimo septimo, non solum vehementes intestinorum dolores voluulum vocat, verum etiam stomachi dolores imensos, qui plurimum conuellant. Si enim voluulus dicitur, quia prae molestia quod prehendit facit voluere, non mirum quod oris vetriculi ingentissimi dolor dicatur voluulus, si quidem in spumoso dolore conuoluitur stomachus. Cæterum quia inflammatio plenioris intestini ingentem ac periculosum inuehit dolorem, qui etiam crassum intestinum facit coagmentari, voluulꝝ & circum volui, non citra causam voluulus potest appellari, non enim à circumactione doloris vt quidam dicunt, sed à conuolutione intestini hoc nomen voluulus dicitur vt sexto libro de Patientibus locis Gal. dicit. Cæterum quod ad similitudinem: ingens stomachi aliarumq; partium dolor passio voluulosa quibusdam medicis fit dictus, ex ijs quæ octauo de Medicamentis locali. dicit Gal. est perspicuum: qui ait scripsit Asclepiades ad voluulosas stomachi subuersiones, coniectarit quispiam voluulosas appellare fortes, quemadmodum in voluulis subuersiones fiunt cum magna contentione, hæc Gal. quæ clare explicat, quo modo affectio stomachi & crassorum intestinorum voluulosa quibusdam dicatur, non tamen possumus inficiari, quod Alex. & coli inflammationem proprie vocari voluulū dixerit, quæ opinio diuersa est ab ijs quæ sexto de Locis, & sexto lib. Apho. commēto. quadragésimo quarto dicit Gale. qui si in crassis intestinis, tertio de Vulg. voluulū fieri dixit, modo quo octauo Loca. ipse Asclepiadem exponit ipsum exponas. Inflammatio enim plenioris intestini quia cōuolueret facit, & facit etiā for



tes subuersiones, vti inflammatio quæ in tenuibus fit: ex similitudine dicitur voluulus. Porro philot presius Galeno nomen voluulus sumpsit, quippe qui septimo lib. Aphor. commento decimo solum vomitum stercoris ileum dicit, vomitus verò stercoris non in omni ileo sed solum in letali fit. quantum verò cęcutiant qui ileum dicunt esse intestini & non morbi nomen, ex ijs quæ ex Gal. sexto de Locis, & sexto Apho. citauimus est perspicuum. Cæterum qui sit vehementior dolor an qui crassa intestina vexat, aut tenuia est scrutatione dignum: videtur quod qui tenuia, cum horum passio ventriculo magis mutetur, adde quod ad similitudinem doloris tenuium intestinorum: dolor ingens qui crassa intestina torquet dicitur voluulosa passio: cõtrariũ tertio de Patientibus locis videtur docuisse Galenũ. Porro de dolore qui citra inflammationem fit, hac parte locutus est Gal. constat verò quod si ad humorum cruditatem frigiditatemq; respicias, quod vehementiores dolores fiunt in intestinis crassis, durũ enim est creditu, quod humor tam frigidus qualẽ Galenus se excreuisse dicit: in tenuibus intestinis aceruaretur: quando & Gal. miratus fuit, quod dictus humor excretionis violentia expulsus frigidus ex ciderit, quod si humor tam gelidus in crassis intestinis aceruatur, non mirarer quod & dolores ab inflammatione producti tantum non inueherent dolorem ac tam frigidus humor: qui cũ à membrorum calore nec tantillum potuit calefieri: non posset membra attingens & nouo motu nouã alterationem frequenter inducens durum & acerbum non generare dolorem, sed de ijs satis. Cæterum causa doloris colici est spiritus flatulentus: crassus ac viscosus humor, vel humor acris & erodens, necnon etiam inflammatio. Voluuli causas dixit Gal. sexto de Locis esse inflammationem vel obstructionem,

has

has excitant vt Aetius dicit continua ciborū corruptio: plaga: vehemens frigus: aceruata frigida potio, maxi-  
mē ab exudātibus accipiatur intestini in scrotum vna  
cum stercore delapsio, ita vt inflammetur, atq; etiam ve-  
neni potio. Porro si dicta Aetij & Pauli expendimus,  
videbimus illos non negasse, quod humores crassi & te-  
naces hoc possint excitare malum, verum Gal. Aphor.  
citato non videtur cōsentire, quod crassi humores vim  
habeant tātum obstruendi intestina tenuia vt inde volu-  
lulus generetur, ijs enim verbis ait, mihi videtur inflam-  
mationem vel durum tumorem vel abscessum tantam  
posse facere loci angustationem, vt nihil possit ad infe-  
riora transmitti, quod autem humores crassi atq; tena-  
ces in causa sint: nō admodum mihi probabile videtur,  
subdit, verum & hoc si libeat ponito, pones igitur has  
causas si libet quæ etiam si voluulum possint excitare, nō  
chordapson, quod non est citra tumorem eminentem  
in tenuium intestinorum parte, vt sexto de Locis & pro-  
prio cap. dicit Aetius, errant igitur qui omnem voluu-  
lum vocant chordapsum.

**C**Vrant dolorem colicum & voluulum venæ sec-  
tio, vel scarificatio, purgatio, medicamenta  
quæ crassos humores attenuant & digerunt, me-  
dicamenta quæ flatuosus spiritus discutunt, medica-  
mēta quæ stupefaciunt, quæ delitescēti qualitate iuuāt.

**S**I inflammatio in tenui vel laxo intestino est, dum  
modo vires ferant, cōfestim sanguis est detrahen-  
dus: porro ad reuellendum optimè facit venæ cubi-  
ti sectio: ad euacuandum venarum crurum scisio: si qui-  
dem sexto vulg. comme. primo Gal. ait: membra super  
lecur cubiti venæ sectionem postulare, infra vero cru-

R v

rum. Ceterum vbi san guinem detrahere non licet, cucurbitas partibus dolentibus agglutinare, scarificatio: neq; vti docet Paulus, proprio cap. porro magna existente plethoria periculum est ne cucurbita multã auocet humorum affluentiam: vbi verò plenitudo non est, vel iam per veng sectionem est vacuata, hoc remedium adprimẽliuat, quoniam reuellit de internis ad externa, atq; materiam a fluxam euacuat.

**P**urgatio quæ clysteribus, balanis, quæ vomitu, atq; subducẽte pharmaco fit, in dolore coli. & vultu sololet opitulari, in colico dolore qui ex flatulento spiritu oboritur, exhibendi sunt clysteres statim differentes: facit clyster ex decocto camemelle, anethi, fœcædis, anisi, cumini, rutæ, decocto colo transfuso: cõgruè miscetur oleum anethinum, oleum rutaceum, atq; ex solis hõis oleis optimum concinatur clyster, vinum cui incoctũ fuerint prædictæ herbæ est efficacissimum: si à crasso humore proficiscitur dolor, iuuat clysteres quos nunc auimus: addest autẽ aliquid quod humores crassos purgare possit, benedicta, hiera picra, hiera logædia, antidorum indum: huic rei faciunt, si itercus est nimis induratum, medullam casie & pinguedines decocto maluræ & altæ, & fœnigræci: pro clysteribus miscetina dialthæ mixta, & decocto remolliente clysteri exhibita. Quod si nullatenus obedierit aluus, follem fabrillem in dero, & in ventrem flatum immittere: deinde extra folle clysterem lenientem adhibere tertio de marbis consult Hipp. & Alexander lauauit: sit verò hoc facilius magna syringa: rem nota quoniam est præsidium præstantissimum, quo ego non sine utilitate aliquando sum usus. Ceterũ in quibuscunq; exhibeas clysteribus

*F. M. H.  
in vultu sololet*

DE ARTE CVRATIVA. 267

teribus, vnicē est cōsiderandum quod duodecimo Me-  
 tho. Gal. dicit, ne clysteres scilicet, qui multum calfa-  
 ciunt, cum crassus lentusq; humor dolorem excitat ex-  
 hibeamus. Crassi enim frigidiq; humores, vt ibidē Gal.  
 ait, a vehementer calfacientibus liquantur, ac in flatum  
 mutantur: porro si erodens humor dolorem concitat,  
 clysteres qui humoris acrimoniæ repugnāt humorem  
 eluant profunt, opitulatur decoctum hordei: cui ad-  
 ditum fuerit parum sacchari, si magis vis acrimoniam  
 hebitare, parabis clysterē ex decocto seminis lini vio-  
 larum & hordei, facit lac à quo extractum est butyrum:  
 facit serum, si inflammatio est quæ intestinum vexat, cly-  
 steres lenientes temperatēq; in frigidantes in principio  
 conducunt: deinde ea quæ leniunt sunt: infundenda: in-  
 ter initia prodest decoctum seminis lini, maluæ, fœni  
 græci, decocto colo transfuso, adde oleum rosaceum:  
 deinde oleum de semine lini, & vitellos ouorum: hac  
 de euacuatione quæ per clysteres fit. Porro ex nomia-  
 tatis antidotis parare potes balanos: cæterum vomit-  
 us in dolore colico opitulatur: educitur enim cras-  
 sus cibus vel frigidus humor dolorem concitans,  
 mulla, vel decocto anethi, vel oleo tepido facile solet  
 vomitus irritari: porro quia in voluulo solet stercus  
 sursum ferri, periculosus est vomitus: si tamen ciborum  
 cruditas in vētriculo est, quæ facile vomitu potest pro-  
 pellituro: porriges mullam, verum si nihil crudorum  
 ciborum in ventriculo continetur: omni conatu eniten-  
 dam, quo tum flatustum stercora infra trahantur. Cæte-  
 rum est purgans medicamentum nonnunquam ijs quos  
 coli dolor tenet exhibendum, nimirum si clysteribus  
 non congrue eluitur aluus, ab humoribusq; qui aliunde  
 vt sæpe contingit fluunt fouetur morbus. Porro si inflā-  
 matio in intestinis est, nullatenus in principio iuxta ca-

*Quando opus  
est  
medicamentis*

*reprobantur  
fuchsi opinio*

quæ Gal. decimotertio Methodi dicit purgās pharmas  
cum est exhibendum, si est etiam ab arido stercore ob-  
structio interdicendum est pharmacum, antequam ob-  
structio eximatur, etenim si obstructo intestino purgās  
pharmacum exhiberetur, attraherentur ad intestina  
multi humores qui per intestina nō potentes delabi ma-  
gnū negotiū ægrotanti facefferent. Porro iam quod  
nil pharmaci exhibitionem impediāt, nimis caute est  
purgandum, quoniam si vitiosi humores solum in inte-  
stinis resident, forte pharmacum potius morbum auge-  
bit quam tollet, memorat Gal. duodecimo Method.  
quod cuidam qui colico cruciatu erat affectus largam  
cum scammonia purgationem admodum nocuisse. Cæ-  
terum nec placet Fuchsi opinio, qui forte pharmacum  
semper interdicit, enimvero si corpus vitiosis humori-  
bus scatet, & viæ iam sunt reſeratæ, medicamentū quod  
efficacius hiera purget est exhibendum, quod enim  
Fuchsus in suis paradoxis dicit, quod sola hiera colic-  
cos duodecimo Methodi purgavit Gal. nil suadet, si  
quidem de cruciatu colico loquitur Gal. quæ acris hu-  
mor eductu facilis, pepererat. Porro si humor purgatio-  
ni obstinatioꝝ malum procreat, tuto Trallianum sectan-  
tes medicamentum quod efficaciter purget poterimus  
propinare, etenim hīc libro tertio catapotia ex aloë &  
euphorbio & grano cnidio & scamonio cōcinata pro-  
pinat, neq; ijs vīq; fuisse frustatum fatetur, describit alia  
quæ habent aloem & scamonium & agaricum, multi  
verò ac Auicennam æmulantes, agaricum non secus in  
hoc morbo ac letale venenum esse interdiciendum pro-  
clamant. Cæterum cum medicamenta purgantia exhi-  
bentur, concoquere humores prius oportet, corporaq;  
prius fluxa facere, iuxta ea quæ magnus Hipp. commē-  
davit, optimè enim dicit citato cap. Alexan. quod qui  
audaculi

audaculi & confidentes non cocta medicari & mouere  
 cruda audent, discriminis plus quam emolumentum lan-  
 guentibus inferunt. Porro omnes syrapi qui calfaciens  
 di & attenuandi habent vim, ad concoquendos humo-  
 res crassos iuuat, quod si viscidus est humor adhibe que  
 incidant, ad purgandum humores crassos facit antido-  
 tus de dactylis, diacarthamum. Etiliosos humores opti-  
 me purgat hiera, quod si in humoribus vniuersum cor-  
 pus scateat non errabit, qui fortius exhibuerit pharma-  
 cum, debile quidem mouens & non euacuans nil aliud  
 quam humorum in intestina delapsum adaugebit. Cæ-  
 terum si alia via hæc humorum redūdantia optime eua-  
 cuari potest, fateor quod tutius est à loco dolente hu-  
 mores auertere, difficulter tamen alia via educuntur.

**D**igerunt humores crassos eorumque frigiditatem  
 minuunt vel tollunt syrapi calfacientes, qui ad  
 concoquendum exhibentur, iuuant cataplasma-  
 ta & perfusiones calidæ loco dolenti admotæ, herbæ  
 ex quibus parantur clysteres calidæ admotæ iuuant,  
 oleum laurinum, oleum rutaceum lana exceptum ven-  
 tri impositum magno solet esse solatio, ex oleo de cas-  
 storio cum pipere longo & ruta, baccis lauri & melle  
 optimum paratur vnguentum, vnguenta quæ fortiter  
 calfaciunt, post purgationem sunt tutiora, intro dabis  
 diaciminum diabarum decoctum sampsiuci cum vi-  
 no, decoctum castorei, decoctum serpili iniecto sterco-  
 re lupino, facit theriaca mitridatū. Extra mire prodest  
 oleum cui incoctum est spoliū serpentis, vt Gal. lib.  
 de Medicinis facile acquisibilibus laudat. Caterum ad  
 flatum discutiendum, nullum remedium adeo præstat,  
 quam cucurbita sæpius cum multa flamma affixa. Por-  
 ro in dolore à frigido & crasso humore orto calfa-

cientibus medicamentis humorū naturæ repugnantes, sic cum calidus acrisq; humor dolorem excitat, ea exhibemus quæ acrimoniam licet & retundant, inus dabimus syrupos infrigidantes, extraq; medicamentis temperate infrigidantibus & lenientibus ventrem font bimus: quantumuis verò acris sit humor cucurbitam ventat Alexander, quam dicit innata qualitate dolorem colicum procreare: verum Aetius in dolore coli à mordaci humore orto cucurbitam assatam exhibet.

**N**isi cum alia non iuuant, medicamentis stupefaciendi vim habentibus non est vtendum, tamen tutius propinquantur, cum calidus acrisq; humor dolorem parit, quā quando frigidus. Caterum si in tenuibus intestinis est dolor, iustus est exhibendum stupefaciens medicamen, quod si crassa intestina dolent, infusus vel balanis possumus itupefacere, nō inficiamur tamen quod per quancunq; partem stupefaciens medicamentum exhibueris, effectū non frutaberis. Porro medicamentum stupefaciens porrigendum est vacuo ventriculo, constat viribus non sit imbecillis calorib; natiui inops ille cui exhibetur, languidum quippe calorem depopulabitur. Caterum medicamen itupefactiuum sit à medicamentis calidis correctum, & castigatū, præclare facit philonium, quo post annum tempus vol aut minus semestre vt secundo ad Glauconem Gal. mō nec est vtendum.

**A**rcana qualitate iuuant cornu cerui, lumbrici terrestres; aliqui laudant semina mespilorum: verum credo, q; si aliquādo iuuant, est quando ab acri humore dolor coli pronuncitur: porro sterus lupinum insigniter iuuare solet, quod nō solum deuo-

ratum

## DE ARTE CVRATIVA.

271

atum, sed appensum iuuare decimo de Simpli. Medic.  
 aculta, dicit Gale. nec requiritur vt super spinas collis  
 gatur, quemadmodum Auicenna dixit, ab ipinis enim  
 nanc non nanciscitur facultatem, abdita etiam qualita  
 e faciunt cochleæ terrestres in cibo sumptæ.

## DE ALVI PROFLVIO.



**D**E alui profluio nunc tractamus, non vt  
 diarriheam solam significat, sed vt com  
 plectitur etiam leenteria & dysenteriam,  
 & teneismum: porro diarriheæ ab autori  
 bus dicitur larga per intestina defluxio,  
 itra inflammationem & exulcerationem: cum vero al  
 i fluxio non recens est, sed diuturna cum vermibus  
 multis dicitur autori fini. Medica cæli: ea dispositio  
 io: hæc vero vermina non sunt humoris mordacitatis  
 causa, siquidem Gal. sexto de Locis ait, in cæliaco mor  
 bo humores nõ esse merdaces. Fiunt ergo vermina ob  
 intestinorum imbecillitatem, ob quam vel à mitibus hu  
 moribus percelluntur & irritantur. Porro Aetius cæliac  
 um morbum ait vocari, cum lenia & humesta excre  
 menta egeruntur, ventre præ imbecillitate ea digere  
 nequeunte: qui sic afficiuntur, habent vt dicit asidua  
 egestionem, aliquando fœtidam cum animi deliqui sen  
 sit: aliquando vero flauum sanguinem ac tenuem, vna  
 cum his quæ egeruntur: ob quam causam sunt decolo  
 res vehementerq; graciles, corrugata insuper vniuersa  
 cute. Hæc non multum absunt ab his quæ ex autore fini  
 tionum & Galeno retulimus: porro Cornelius Celsus  
 aliter cæliacum morbum accipit: lib. enim quarto cap.  
 duodecimo hunc morbum describens dicit, in ipis ven  
 triculi porta consistit, is qui & longus esse cõiueuit, sub



hoc venter indurescit, dolorq; eius est, aluus nihil reddit, ac nec spiritum quidem transmittit, extremę partes frigescunt, difficulter spiritus redditur: hæc Cælius: quę clarę indicant, non sub ventris profluuiio cœliacam dispositionem illum fuisse complexum. Cæterũ si cœliaca dispositio vētris est fluor, vt diffinitionũ autor et Aetius & Alexander voluerunt, optimę ad diarrhœam potest referri, vel si maus ad leenteria, vt Paulus dicit, sed de leenteria infra. Cæterũ colliquatio de qua proprio ca, agit Aetius videtur sub diarrhoea complecti, est autem colliquatio cum optima substantia pinguedinis aut carnis aut solidorum membrorum ab ardenti febre resoluuntur, & colliquatur. Porro quia simul cum humoribus hæc resoluta partes defluunt, & ipsaemet resoluta partes humorum naturam æmulantur, nõ ab re vt dixi hæc fluxionem sub diarrhoea comprehendemus, est tamen hic aduertendum quod non cuiuslibet humoris fluxionem consueuere antiqui diarrhoeam vocare. Etenim sanguinis quę per intestina propter aliquam partem intercissam vel consuetam exercitationem dimissam sit euacuatio, licet citra inflammationẽ & exulcerationem intestinorum sit, dysenteria à multis vocatur, vt elicitur ex ijs quę dicit Gal. tertio libro de Symptomatum causis, & tertio libro de Morbis vulga. comment. tertio. de diarrhoea hætenus, sub qua vt vidistis alias differencias fluxuum quas distincte autores posuerunt complexi sumus. Cæterum leenteria vel intestinorũ leuitas, vt Gal. dicit sexto libro Aphor. Apho. primo est velox exitus eorum quę comeduntur atq; bibuntur, quę talia deiciuntur qualia fuere deuorata, hoc verò discerniculo dicit Paulus leenteria differre à cœliaca passioe, quod in leenteria celerius quã in cœliacis quę assumpta sunt alimenta deiciuntur, tamq; graui cruditate vt assumpta quoq;

quoque nutrimenti genus liquido cognoscatur, in cœliaca vero semicocti molles crudi cibi euadunt, neque tam celeriter sicut in leenteria deijciuntur: dysenteria est intestinorum exulceratio, ut Galeno autore, tertio libro de Sympho. causis, ubi tres alias differentias ponit sanguinolentę excretionis: vna quidem ipsius sanguinis, in his quibus artuum aliquis est abscisus, vel qui exercitationem dimiserunt, per circuitum repetens: altera cum ex imbecillitate iecinoris aquosus sanguis deijcitur, tertia in qua melancholicus splendensque sanguis euacuatur: has tres sanguinis excretiones (ut Gal. ibidem dicit) multi ad dysenteriam non referunt, solum enim intestinorum exulcerationem intestinorum dysenteriam nominandam censent, Gal. tamen aliquando sanguinis excretionem licet sit sine exulceratione dysenteriam vocauit. Etenim tertio libro de Morbis vulgaribus, commenta. tertio, duplices ait scimus esse dysenterias, intestinis exulceratione crosis alteram differentiam, alteram cum copiosius sanguis per venas quę ad intestina pertinent euacuatur, sed ut Gal. sæpe monet de nominibus non magna est habenda sollicitudo, tinesmus Galeno parte citata de Sympho. causis autore est, cum vlcus in recto intestino est factum, in qua significatione ex dysenteria est genere, itaque symphomata infert dysenteria similia, nixus sunt tamen vehementiores in tinesmo, largo vero significato, tinesmus pro vehementi nixu inanię egeandi cupiditate sumitur, cum sic accipitur, non semper ab exulceratione intestini recti proficiscitur: gignunt enim illam desidendi cupiditatem: nonnunquam exterum frigus: biliosi ac acres humores intestinum mordentes, salsa pituita, ascarides, stercoris obstructio, et ut diximus intestini exulceratio vel inflammatio, omnes vero hæc causę dysenteriam proprię dictam producent, diag

thœa accidit propter imbecillitatem ventriculi & intestinorum: si magna & diurna imbecillitas est, cœliacus suboritur morbus, accidit etiam diarrhœa ex virtutis concentricis venarum imbecillitate, quod vtile est continere non valentis, proficiscitur aliquâdo virtutis expellentis robore, quod superuacuum est foras emittentis, sic accidunt diarrhœe in crisi, & aliquâdo sanitatis tempore, ait quippe Gal. septimo Metho. sunt quibus diarrhœe certis interuallis omnem corporis redundantiam educant. Porro aggregatur humorum redundantia, quæ ventus fluore propulsatur, vel ob dimissa consuetudine exercitia, vel ob cutis metus obstructionem, vel ob alimentorum prauorum multam ingestionem. Porro & cibaria quantumvis vitio careant, si multa ingeruntur, quia bene non concoquuntur diarrhœam mouent. Cæterum leenteria vt colligitur ex ijs quæ dicit Gal. sexto Aphor. Aphor. primo accidit, ob ventriculi & intestinorum imbecillitatem, ob quâ hæ partes grauata à cibis assumptis ipsos confestim excernunt, fieri etiam potest vt à quorundam humorum mordacitate fiat hæc passio, nam & tunc erit necessarium vt permeantibus cibis partes exulceratæ dolorem sentiant: cum longo tempore hæc leenteria perseverat, in alteram passionem quæ dysenteria est vt dicit Gale. transmutatur, frequenter verò ex ipsa dysenteria oboritur leenteria, nam post magnam exulcerationem intestinorum, consequens est, vt cibi obringentes partes ulceratas: quia dolorem inferunt non remouentur, hæc sint dicta generatim de omni alui profluvio, nunc verò vt cuiuscumque fluxus curatio magis innotescat, cuiuslibet propriam ap-  
pingemus caput.

**C**urant diarrhœam purgatio, auersio, humorum concoctio: ventris & membri à quo fluit humor robora

roboratio, vētris adstrictio, viriū corporis instaurationio.

**R**aro venæ sectione in diarrhœa vitmur, non tamen semper interdicitur: nempe si quis sanguinis fluori vel venæ sectioni assuetus, diarrhœam incurrit, & huic nimis estuat hepar dummodo vires cōsistent, tunc ex vena axillari, vel ex ea quæ ad anullarem digitum obrepat, mittitur sanguis: verum iam quod mittatur, est parce mittendus: quia vt Gal. dicit, quarto de Ratione victus, si post detractionem perseverat fluor, virtutem profertnit.

**V**bi magna est humoris redundantia, conuenit vsquequo natura omnem curam suam impenderit expectare, aut etiam ipsius motus adiuuare, vt Aetius dicit sermone primo tertix partis cap. trigessimo quinto: magnum quippe periculum est inter initia fluxum cohibere: si enim antequam redundantes humores euacuentur, fluxiones reprimere tentes, humorum abundantiam ad principes partes retorquebis, vt Galenus tertio de morbis vulg. commen. tertio differit. Cæterum quia humoribus multum naturam infestantibus, periculosum est expectare vsquequo natura omnem curam suam impenderit. Ideo consentaneum est nonnumquam diarrhoea correptis pharmacum purgans exhibere: magna tamen conuenit illud exhibere aduertentia, ne à purgante pharmaco nimis irritata natura, tantum fluat aluus, vt nullis medicamentis compesci queat. Porro licet hoc in qualibet diarrhoea magnopere cit obseruandum, tunc verò maximè cum adfuerit febris: nã febrilis caloris ratione, assidua semper fit defluxio, virtusque tum à calore tum alui profluuiio quotidie debilitatur, addeque febris præcipue si est acuta omnia medi

camenta purgantia vtpote calida prorsus respuit. Hoc animaduertens Gal. li. pri. de febribus ad Glau. cap. de curatione febrium continuarum dixit, sed neq; si fuerit febris cum profluuio ventris alia est opus euacuatio-  
 ne, verum hæc sola sufficit, quanuis non sit pro multitu-  
 dinis ratione, quicumq; enim his plus adimere fore ne-  
 cessarium putâtes, aut sanguinem mittere, aut ventrem  
 mouere tentauerit, in grauiora pericula duxerunt: vi-  
 de igitur quantum medicamenti purgantis exhibitio-  
 nem in alui profluuio cum fuerit febris formidauerit  
 ille, verum vbi alui profluuium citra febrem est, com-  
 mode pharmacum purgans si natura in humorum re-  
 dundantia purgâda multum remoratur exhibebimus,  
 atq; infestante febre, conuenit nonnunquam exhibere  
 pharmacum, contingit enim quod acres humores inte-  
 stina vexent, debilitentq; ad eaq; sic morâ & debilitata  
 fluitet humor, tunc sane curandum est vt hiera picra vel  
 aliquo mitissimo medicamento purgetur infestans hu-  
 mor: si etiam magna est humoris redundantia, & natu-  
 ra pigrè se deonerat, aberrabit minimè quisquis eâ ad-  
 iuuare conatur: vnde eunq; enim natura reperit inde du-  
 cere, vt in Aphorif. dictauit Hipp. sed vt diximus, non  
 præcipitauerit & sine delectu purgatorium pharma-  
 cū est exhibendum, ne ad grauius periculum ducatur  
 æger: febre enim infestante multa esse quæ à pharmaci  
 exhibitione deterreant iam diximus: quare tunc maxi-  
 mè cauendum est à medicamentis effrenibus, optimum  
 est rhabarbarum, præstantissimi sunt myrobalani. Hæc  
 enim medicamenta ratione stipticæ substantiæ qua pol-  
 lent roborant nutritionis membra: quo fit vt purgatio-  
 nem de orbita non sinant. Quod si prauorum humo-  
 rum est multitudo, & natura in eos euacuando trahit  
 moras, poteris aliquando exhibere quæ fortius rhabar-  
 baro

DE ARTE CVRATIVA. 277

baro euacuent: multi tamē scio & nil nisi rhabarbarum torrefactum, & torrefactas myrobalanos exhibere audent: verūm si magna est humorum redundantia, hæc medicamenta assata vel torrefacta minimē vt conuenit purgationem explebunt: imo euacuandum humorem sic cohercebunt, vt naturæ opus non iuuent, sed impediunt. Audet Aetius cœliacos vbi magna est ventris imbecillitas scammonio purgare, & est cur rhabarbarum myrobalanosq; mitissima sanē medicamenta, vbi magna est humorum redundantia formidemus: etenim si vides naturam præ multitudinis ratione iam humores purgasse, non est cur eos purgare moliaris: si verò eam adiuuare consentaneum ducis, quam opem cum torrefacto rhabarbaro ne dicā extincto præstare putas. Cæterum in purgatione est attendendū, q̄ fluxus aliquando venit vitio cerebri, aliquando vitio splenis humorē non expurgantis, aliquando ventriculi, vel hepatis imbecillitate: si culpa cerebri fluxiones fiunt, exhibe quæ caput purgent: si splen laborat, adhibe quæ splenē respiciunt: idem de alijs membris esse intellectum velim.

**A**D reuellendū fluxiones quæ ad ventrem fiunt, iuuat artus plurimum fricare, calfacere, atq; aligare, ligare & fricare manus, vt libro primo ad Glau. cap. de cura febrium cōti. dicit Gal. Balneum etiā sistit fluxum, quia fluentes humores ad corpus vniuersum reuellit, vt parte citata idem dicit autor, q̄ si tertio de Ratione victus dixit, in ventris fluore balneum detrimentum asserre, intellexit cum magna est humoris redundantia, quia tunc nocuos humores per vniuersum corpus disseminat: si vero non est humorum redundantia, & multum vires languent, infestissimum etiam est balneū, quia debilitatas vires amplius enervat. Porro

S ij

ro à balneo maximè est abstinendum, cum qui alui profluuio detinetur febricitat, & ob profluuium animi defectum patitur: multis enim de nominibus sunt tunc lasatæ vires: propter quod Gale. ad Glauco. parte citata monet, vt in ventris fluxionibus quas animi defectus comitatur, abstineamus à balneis, præcipuè si fuerit febris: porro potest & balneū in tempore adhibitum febrem excitare, mouendo scilicet humores, eosq; ad venarum & arteriarum loca adducendo: & quid mirum q; hoc faciat balneum, cum ex desurgendi frequentia in diarrhœa febrem proritari dicit Gale. octauo. Methodi, ait sanè, febricitant autè nonnulli, & ex ijs quos diarrhœa ex cruditate malè habet, quibus utiq; non minimè proritatur febris ex desurgendi frequentia. Aduertant hæc medici, & optimè ventris profluuio correpti saluti consulent, si eis omni motu interdixerint, à lectoq; eos surgere vetauerint. Porro nō in quolibet vētris fluore hoc considerandum dico, sed cum copiosissimus est, illūq; cohibere conamur: aliquando enim motus in leui ventris fluore iuuat: tunc sanè cum ob consueta exercitia meatus cutis obturatur, indeq; proritatur ventris fluor: sedere enim equo laudat Celsus, quia intestina sic confirmantur.

**H**umorū concoctione vel alteratione in diarrhœa est vtendum: etenim si biliosus est humor & sua acritudine diarrhœam mouet, proderit humoris acrimoniam corrigere & emendare: si pituitosus est, ita vt sua frigiditate lædat, illum concoquere iuuabit idem est faciendum si atrabilarium humor diarrhœam ciet, corrigunt acritudinem humoris biliosi syrūpus de intubo, syrūpus de succo granatorū, syrūpus de oxalide, syrūpus de citri succo, aliqui inter initia in ipso pri

## DE ARTE CVRATIVA. 279

Ipsò primo congressu exhibent syrupos adstringentes, deinde purgant, ordo sane præposterus, discernunt redundantiam humorum euacuare, & quod prauos humores compescat exhibent. Porrò si pituitosus est humor mel rosaceum, syrupus de radicibus vel de hyssopo opponitur, si vero simul vis restringere, facit syrupus de absintio, syrupus de mēta, syrupus de corticibus citri, hi verò syrupi etiam melancholico humori opponuntur: est tamen considerandum, quod si in hepate vel liene est obstructio ex qua profluuium excitatur, quod syrupus qui ventrem roborant admiscendi sunt qui de oppillent, si enim adstringentibus medicamentis morbo mederi moliris obstructionē adaugebis, minimeq; ex voto res succedet.

**I**N omni fluxu ventriculi robori est intendendum, tunc verò maximè cum ex ventriculi imbecillitate fluxiones fiunt. Porrò quia ex qualibet intemperie potest ventriculus debilitari, non vna duntaxat illum roborandi via est addiscenda. Etenim si ob vehementem calorem languet, exhibenda sunt quæ refrigerent, si vero ob frigiditatem, propinanda sunt quæ calfacienti vim habent: quæcunq; tamen adhibentur vi polleant siptica, vt commodius imbecillitatem refarciant fluoremq; compescant. Porrò vt ventriculum conuenit roborare, ita oportet reliqua membra quorum occasione fluxio excitatur conforrare, etenim si vitio cerebri fiunt fluxiones, roborandum est cerebrum, si debilitate hepatis, debilitas hæc est refarcienda, idem de alijs membris dictum puta, sed aliqui exēpli causa appingamus calido vētriculo prodest syrupus citoniorum, syrupus de infusione rosarum siccarum, pituitoso ventriculo faciunt syrupi quæ pituitosi humoris naturæ repugnant,



& vt magis confortet adde in causa calida santalos coralium, in causa frigida cinnamomum agalochum, vnguentis etiam ventrem poteris confortare, sed de hoc sequenti theoremate dicemus, si ab hepate scilicet facto proficitur fluxio, linies hepar cerato ex santalis succo intubi sandalis & speciebus diacoralis mixtis, sed ad hæc ex dictis innotescunt.

**Q**uæ ventrē adstringunt hæc tota diametro fluxioni repugnant. Porro ad restringendū potest rigūtur potiones, adhibētur clysteres, extrahuntur linimētis & emplastris procuratus adstrictio, restringit bolus armenia, terra lemnia, sanguis draconis, semē plantaginis, succus citoniorum, ex eo cōfectus syrupus, morum immaturum, rosa sicca, grana mali punici, præcipue torrefacta, lac acidum, hæc in causa calida valēt, sunt verò medicamenta quæ cum sint calida restringūt, quæ magis in causa frigida conducunt, id genus iunt thus ladanum cuminum adiantum, nardus, agalochum absintium, menta sicca, myliophilon, cornu cerui vitū, omnes communiter ad restringendum laudant masticecem, sed Aetius libro octauo ca. lxxvij. & ca. ultimo vim purgatoriam illi tribuit. Cæterum ex medicamentis dictis potes parare potiones, clysteres, & vnguēta, bolus armenia vel terra lemnia, vel pastilli qui de eadem terra conficiuntur cum succo plantaginis optimè ore exhibentur, puluis mori immaturi & sanguis Draconis cum succo vuz acerbæ, vel syrupo myrteo, vel syrupo decitonis conuenienter in fluxu calido exhibetur, puluis agalochi & cumini torrefacti cum syrupo de absintio optimè in fluxu ex cruditatibus orto facit. Cæterum ex succo plantaginis vel ex decocto rosarum plantaginis, putaminis mali punici & rhois culinarij, cum sanguine  
Draco

DE ARTE CVRATIVA. 282

Draconis paratur clyster, ex terra lemnia & coralijs & thure & oleo citoniorum conuenienter paratur vnguentū, quod si calfacere vis, ex absintio & cinnamomo & thure, & cornu cerui vsto vnguentum concinabis, si emplastra magis placent, efficacissimū est emplastrum diaphœnicon emplastrum de custra panis. Cæterum annotare conuenit, quod non solum medicamēta quæ restringunt fluxionem coherent, sed etiam medicamēta quæ humores in crassant eosq; ad motum pigros reddunt, atq; quia amyllum crassos tenacesq; reddit humores, ideo præclare alui fluxionē sistit. Porro quod amyllum sua crassa substantia facit, faciunt omnia medicamēta stupefactiua sua ingēni frigiditate, hæc enim humores in crassando somnūq; conciliando solent in moderato fluxui sæpe succurrere, hoc præclare facit philonium theriaca, possunt autem medicamēta stupefaciendi vim habētia, in potionibus & in clysteribus exhiberi, balaniq; ex eis possunt concinari. Cæterum quia de clysteribus quī ad compescendā aluum in hoc theoremate mentionē facimus, subnotandum est, quod clysteres qui ad restringendum infunduntur, melius est ut sint frigidi quam calidi, ait enim Gal. quarto lib. de Ratione victus, commento textus ita affectum ne euomat seruato, prouocat siquidem calidū clyster, & frigidum reprimat, quod non solum est verum de clysteri quod virtute est calidum, sed de eo quod actu calfacit, licet enim clyster ex rebus infrigidātibus & stipticis sit paratum, si calidum adhibetur caliditate quam inducit prouocat, Porro quia de medicinis aluum compescētibus in hac sectione mentionem facimus annotandum est, quod Theophrastus nono de historijs plantarū ait, dari granum cnidium contra alui solutionē, textus debet esse deprauatus, cum experientia monstret largiter

Illud soluere, nisi dicas in pauca quantitate exhibitum  
lotium ciere, sicq̄ ventrem cohibere, vt de scamonico  
prima secti. problema. dicit Ariū.

**A**D instaurandas corporis vires ob fluxum debi-  
litas, cibaria optimi nutrimenti conducunt,  
præclare iuuat lac quod præter hoc quod opti-  
mum sufficit alimentum, insigniter adstringit, si serosa  
eius pars ferri laminis candefactis absumitur. Cæterum  
in decoquendo superstitatem spumam auferre oportet,  
vt Aetius monet, qui etiam optime consulit quod cum  
febrientibus exhibetur, aquæ quarta pars ad lac ipsum  
affundatur, decoctionem facientes donec dimidiū to-  
tius consumatur. Cæterum sunt multa electuaria & con-  
fectiones quæ ad roborandas vires cōducunt, prodest  
sane electarium de sandalis diamargaritum frigidum  
diacitonium, saccharum rosaceū, ex saccharo rosaceo  
& diacitonite cum speciebus diamargaritonis & rosa-  
tæ & diacoralij conditum concinatur, hæc in fluxione  
calida conducunt: in frigida valet aromaticū rosaceum  
diacameron, diamargaritum calidum: porro summo-  
pere annitendum est, vt vires non collabantur, atq̄ quæ  
debilitatæ sunt restaurentur, nam vbi magna est debili-  
tas, contentrix virtus nec quod optimum est continere  
valet, sed vt iam supra à me audisti, ad restaurandum pa-  
rum fido in ijs cordialibus dictis medicamentis, ex quib-  
us nec tantillum succi extrahere posses.

**C**Vrant leenteriam, medicamenta quæ purgant,  
medicamenta quæ membra nutritionis confor-  
tant, atq̄ medicamenta quæ vrinam mouēt, quæ  
cicatricem intestinorum sanant.

Cum ab

**C**Um ab humorum mordacitate superficiē ventriculi vel intestinorum abradente lienteria oboritur, iuuat mitissimis medicamentis humores acres purgare, quam rem præclare facit hiera simplex. Porro ad obtundendam humoris acrimoniam, ea medicamenta profunt, quæ diarrhœæ ex humore bilioso orta opitulari diximus, si verò multus humor pituitosus est aceruatus superficiem ventriculi & intestinorum applanans, pituitam hiera picra cum modico agrico purgabis. Porro sub purgatione complectitur vomitus, quem a cœna esse proficuum dicit Aetius.

**C**Um ob ventriculi imbecillitatem leenteria nascitur, ea medicamenta sunt adhibenda, quæ imbecillitatem resarciunt, quorum catalogum superioris capite diximus; confortant enim ventriculū frigiditate læsum miua aromatica, syrupus de corticibus citri, syrupus de menta, aromaticum rosaceum, extra factum stomachicon emplastrum, & vnguentum confortandivim habens, quod parabis ex oleo nardino, & oleo de absinthio cū pulvere aroma rosacei, & gallia molcata.

**Q**uæ lotia cient quatenus translationem efficiunt iuuant vt Paulus dicit, ad hæc etiā profunt quia oppilationes aperiunt, pituitososque humores qui ex ventriculi imbecillitate aceruantur attenuant & dissecant, huic rei seruit syrupus de radicibus, syrupus de hyssopo, si multa est humoris crassities oximel simplex dictis syrupis miscebis. Caterum quod faciunt hæc medicamenta attenuantia & dissecantia, faciunt etiam acrium rerum comestiones, quæ tunc sunt maximè proficue, vt dicit Aetius cum cicatricem esse factam coniectamus, acrium enim comestio velut refractionē quan-

dam operatur, quin & insitum calorem reuificat, & es-  
coquendi facultatem quodammodo refocillat.

**C**Vrant dysenteriam venæ sectio, purgatio, medi-  
camenta quæ abstergunt, quæ adstringunt, quæ  
lotia cient, atq; quæ dolorem leniunt.

**V**Bi sanguinis apparuerit plenitudo, saluberrimum est axillare in brachij dextri incidere, iuuat enim sanguinis missio abundantiam vacuando, reuellendoq; humorem ad intestina fluentem, quo nomine vetat in intestinis inflammationem oriri, factaq; iam inflammationi succurrit, mitto quod per sanguinis missionem attemperatur humoris acritudo, si quæ est quæ vlcerationem parit, & sanè quia secta vena quæ inter medium digitum & anullarem interiacet, hepatis vehementi ardori magnopere succurrit, multū solet in dysenteria quæ hepatis calida tēperatura prouenit opitulari: parcè tamén est extrahendus sanguis, ne virtus à duabus euacuationibus multū labefactetur: fluente enim aluo sanguinem non esse mittendum dicit Gal. quarto li. de Ratione victus: quoniã si post destructionem perseuerat fluor, virtutem prosternit: hoc de diarrhœa quæ copiosum est alui profluuium propriè est intelligendum. Ex hoc tamen liquido colligitur, q̄ in dysenteria quæ sine fluore non est, parcè & per interualla extrahatur sanguis. Huic sententiæ accedit Aetius, qui curam dysenteria tradens, insensibiliter & furtim sanguinem extrahere monet, qui etiam humerariam venam secare iubet: hoc forsitan fecit vt magis reuelleret. Alexander tamen lib. tertio, cap. de cura dysenteria, minus duabus heminis non dicit esse fundendum: respicit ille phlegmoni maximis cum doloribus  
intestina

Intestina tractanti, vbi vt congrua fiat reuulsio & euacuatio, affatim sanguinem esse extrahendū voluit: nec inconueniens iudico, vbi multa est plenitudo, in initio dysenterix sanguineæ sufficienter sanguinem mittere: paucus enim sanguis vbi multa est sanguinis copia, parum ad diuertendum vel euacuandum facit.

**M**edicamenta purgantia multi in dysenteria esse interdicenda contendunt: hoc in suis Paradoxois mordicus tenet Fuchsius, non video ego tamen cur nonnunquam non sint admittenda: etenim si phlegmon in intestinis non est, & vniuersum corpus humorū prauitate peccat, satius videtur redundantiæ vacuare, quàm expectare q̄. longo spatio natura se deoneret: quoniã vt in Enchiridio dixi, fieri potest vt humor assiduè destillans intestina cauet & ulceret, qui si cursim per intestina flueret nihil incommodaret, vt vnda quæ assiduò illisu saxum cauat: raptim verò transiens fluuius nec superficiem elidit. Huic verò sententiæ suffragatur Diosco. qui agaricum dysenterijs esse proficuum dicit. Plinius etiam aloem dysentericis cōmendat: nec reluctatur Gal. quem in suum patrociniū aduersarij citant, aiunt dixisse decimotertio Methodi, cū phlegmon occupare cœperit, ventriculū & intestina, purgatorium medicamentum non est dandum. Fa-teor ego quòd incipiente phlegmone purgatorium pharmacum qua ratione ad incipientem inflammationē humores trahit nocere, verum sine phlegmone potest esse dysenteria: adde quòd licet incipiente phlegmone ventriculi vel intestinorum purgatorium pharmacum vetet Gal. inclinante phlegmone in eodem libro aloem optimè posse exhiberi dicit, deiciendi ventris gratia. Cæterum decerrant multi in dysenteria, qui

ulcerationi solum attendentes de fecum eiectione minime curant: a medicamentis vero adstringentibus feces indurata negotium magnum ulcerato intestino & toto corpori exhibent. Cum ergo medicus sic induratas feces cognouerit, faciet optime si clysteribus lenientibus vel potione leniente qualis ex casta fistulari paratur eas vacuare studet: quod si multam remollitionem timeat, misceat aliquod adstringens cum casta.

**V**lcus intestinorum non secus ac aliarum partium vlcera est abstergendum: si enim antequam abstergatur, medicamenta adstringentia exhibes, purulentam materiam in penitioribus recondes: leuiter abstergit decoctum hordei cui saccharum est mixtum: si praedicto decocto misceatur mel rosaceum, fortiori vi abstergendi pollebit: ubi sordidum est vlcus que fortius abstergant sunt miscenda: facit decoctum hyssopi cum melle, prodest decoctum prasilij & aristolochiae.

**P**ost absterfionem, medicamenta quae glutinant sunt adhibenda: si in crasis intestinis est vlcus, praestant clysteres, quam ore ebibita. Porro si dysenteria sanguinea ut ita dixerim est, clysteres sint frigidis: in reliquis vero dysentericis tepidiora ac leniter calidula, vlceribus enim frigidum infestum est, nisi sanguinis eruptio simul adsit. Caeterum si tenuia intestina vlcus praehendit, ebibita clysteribus praestant. Porro ad glutinandum iuuant medicamenta adstringentia quae cap. de diarrhoea recensuimus. Sunt vero alia medicamenta, quae quatenus temperant & incrassant iuuant: huius farinae sunt amyllum, gummi arabicum: atque ultra hoc quod humores incrassant & attemperant, tegunt & induunt superficiem

hyperficiem intestini ulceratam: sic tecta vero à merda:  
 se qui transit humor non tantum percellitur, ac si nuda  
 detectaq; maneret: tegit vere optime partem ulceratā  
 amyllum, quia crassa lenta q; substantiā est, quod cum  
 parti ulceratā adheret difficulter auellitur. Cæterum  
 qua ratiōne amyllum partem ulceratam operiendo iu  
 uat, iuuat adeps iuillus & caprinus & hircinus: inter adī  
 pes vero caprinus primas tenet, vt dicit Gale. primo de  
 Simplicium medica faculta. facile enim concrefcit &  
 intestinis iungitur, plurimōq; tempore inhaeret, nō inu  
 tilis est adeps hircinus: sed quia multam acrimoniā ha  
 bet, non tam proficuum esse ego iudico. Si tantum er  
 go ad curandam dysenteriam caprini adipis est auxi  
 lium, merito cum glutinationem intendimus illum ex  
 hibemus nec solum in clysteribus sed ore acceptus: si in  
 superioribus intestinis est vlcus iuuat, rustici enim cum  
 dysenteria se correptos vident, ex frustulis panis & ad  
 pe sibi in sanitate assuetum edulium parant, quod non  
 instruē illis opitulatur. Cæterum non solum medica  
 menta quæ vim adstringendi habent, dysentericis pro  
 sunt: sed quæ citra adstrictionem vim habent exiccans:  
 di: medicamenta enim quæ exiccant absumendo humi  
 ditatem quæ vlceri sanando est impedimento iuuant:  
 porro quia theriaca & mitridatum idq; genus confes  
 siones exiccant, intestinorum vlceribus profunt: hoc  
 nomine etiam iuuat coagululum, ossa dactylorum vsta,  
 cornu cerui vstum, & alia id genus. Sed vt omnia quæ  
 diximus maiori luce perspiciantur, rem exemplis aper  
 riamus, absterse intestinorum vlcere, exhibebis clyster  
 ex decocto mali corij, rhois culinarij, balaustij, verba  
 sci, decocto collo transfuso ad desterrā lemnia & san  
 guinis draconis, & thuris, singulorum drachmam me  
 diam, pinguedinis caprina vntiam mediam: si ad est fe



brisa aqua calibeata fiet decoctio, si nulla febris vexat & status intestina vexant vino rubro stiptico prædicta coqui inuat, nam præter hoc quod vinum status discutit, vlcus etiam exiccat, atq; si flatulenti spiritus multa est copia, res quæ exiccent & adstringant, citra multam frigiditatem exhibere conducit: si in superioribus intestinis est vlcus, facit syrupus de cî onîs, syrupus myrteus, succus piantaginis cui micletavel pastillus de terra lemnia vel de spodio vel diacoralium vel aliquid coagulli leporis congrue miscetur, aliquando theriacam cum decocto tymphiti propinabis. Porrò iusculum pinguisi mû quatenus vlcera intestina tegit proficere iam ex superioribus patet. Porrò si robustus est ager, & febre vacat, caseum iusculo miscemus, laudat hoc remediû Alexander, rusticis solenne est caseum torrefactum ad curandam dysenteriam edere. Actius capit, de cocleis terrestri hoc medicamen multum laudat, cocleas scilicet integras vna vstas cum tosta galla omphacitide ac pipere ammixtis, ita vt sit piperis vna pars, gallæ duæ, cineris coclearû .iij. hoc remedio ego sum vius et nō citra vtilitatē. Cæterû lac caprinû a quo serosa pars est absumpta miris modis dysentericis auxiliatur, cui ne coaguletur admisce bis aquâ: præcipue si febricitat. Porrò si sic parato lacti oryza præcipue tosta coquitur, & pabsonio agro exhibetur, mire restringit & densat, atq; vt lac ore sumptum prodest, sic in clysteri exhibitum. Cæterum si putrescens vlcus aliquid habeat, medicamenta quæ fortiter resiccant morbus exposcit, quidam exhibet muriam, postea pastillos de arsenico, hac ferme curandi forma fuisse vium quendam recitat Gal. duodecimo Methodi, qui licet sanabat aliquos vno die, iugulasse multos dicit, sed qui tolerandi his medicamentis sufficere potuerunt, prorsus esse sanatos dicit. Cæterum ad  
adstrit

DE ARTE CVRATIVA. 289

adstringendum & glutinandum, vnguenta & emplastrum ventri admota iuuant, profunt porro illa quæ capi. de diarrhœa recensuimus, ad adstringendum etiam iuuant suffitus quos cap. de tenesmo describemus, inter remedia paratu facilia laudat Gal. cocti anserini oui putamen minutissime tritum dimidiæ drachmæ quantitate propinatum, quædam oua ex india nunc asportantur, quæ dicunt disentericis insigniter subuenire.

**C**um nimio dolore intestina vexantur, ea debet medicus exhibere, quæ dolorem mulceant, quoniam dolor præter hoc quod multum profert virtutem, fluxum adauget: hoc monet Gale. duodecimo Metho. ubi ait in dysentericorum deiectionibus ubi vehementer rodit, tragi succum, vel hircinum seuum, vel ceratum rosaceum infundemus, quibus præsidij sexulis ceratio ipsa intestinorum non sanatur, maxime si putrescens aliquid habeant. Si igitur non valida est virtus, & dolor multum vrget, huic maxime est attendendum: longè aliter est faciendum si valentissimæ sunt vires, quoniam ut ibidem dicit Gal. licet augeamus dolorem, fortia medicamenta quæ vlcus sanare possint exhibemus. Porro mulcet dolorem lac potum & infra infusum, iusculum pingue, decoctum maluæ, & feminis lini, cui immissum est vnguentum rosaceum vel ceratum Galeni, vel lutea ouorum: extra ad mulcendum dolorem prodest admouere lanam quæ exceperit oleum camemelæ & de amygdalis dulcibus, & de lilio: pannus etiam mactatus decocto sænigræci, meliloti, & camemelæ vel triadmotus minuit dolorem: tandem omnia quæ relaxant, dolori tollendo profunt: verum licet relaxando dolorem leuent, intestinorum vlceri & fluxui nocent: sed ut Gal. dicit duodecimo Methodi, præstat longo

T

spacio curari, quam contra dolorem reniti & viriliter mori. Cæterum dolore multum vexante medicamenta quæ stupefaciunt sunt exhibenda, quo nõ solum doloris vehementiæ sunt remedio, sed humores incrassando fluxum sanant. Porro si Alexandro credimus, hæc medicamentis nunquam est utendū, nisi aliqua dira necessitas cogat: quoniam vt ille dicit, non est salutare si æger huiusmodi potu sumpto omnem noctem dormiat, & ventris profluvium compescatur: si quidem postero die acruatis iam in vnum humoribus, continuo & sine interuallo semel deijciantur, capiteq; grauatō, viribusq; corporis deiectis, deterius ventris malum ingruit, & grandiori fastidio tentantur: sed nemo propter hæc quæ dicit Alexander, ab hæc medicamentis absteineat, licet enim stupefactiuum medicamen non correctum hæc pariat damna, cum castigatum est multas affert vtilitates: ego sane magnā opem philonium dysentericis exhibuisse iam experientia didici.

**Q**uæ lotia cient, qua ratione diximus in leentia iuuare, in dysenteria profunt: reuellunt enim ad alia fluentes humores: adde q; quia calida & sicca sunt ad vlcus exiccandum profunt: supra aliqua medicamenta diuretica nominauimus: inter medicamenta composita præstabilißima est theriacæ, & mithridatæ, dummodo febris dysenteria correptum non vexet. Cæterum ex prædictis, tenesimi cura innotescit: quæ si ab intestini vlcere proficiscitur, abstergentibus & exiccantibus, vt in dysenteria diximus, est utendum: suffitus verò optime exiccant, qui fiunt ex terbenzina & pice: facit vapor aceti, cui ferri scoria candens fuerit iniecta. Si a frigore tenesimus est eborus, sacculi calfacientes, vapor rerum calidarū, sessio super lignum calfactum

DE ARTE CVRATIVA. 297

calfactum, deinde q̄ arctina vel hircina pinguedine illitū iuuāt: ad mulcendū dolorē ex albo oui & mucagi ne psyllij & dragachāto & thure fit balanus: fit balanus exiccans ex puluere cornu cerui, & balauftijs, & iucco rhois culinarq̄ cū albo ouorū: si fit uxorē vis inducere, ex plitlonio balanus prodest. Caterum cum cœtica ex interitiorum ventriculi imbecillitate oboriatur, ex dīctis patet quomodo fit curāda, alsiduo vsu hieræ picræ, aloelota cōcinata, aliquibus cœliaciis ego succurri. Precipuum quod in collicatione est intendendum, est prauam complexionem calidam remouere, lacte acido & decocto ranarum mixto amilo, adhibito etiam humefcāte balneo nōnullis coliquatione laborantibus præstiti opem.

DE VRINAE DIFFICVLTA TE  
eiusq̄ suppressione.



Schuria hoc est vrina suppressio est cum in totum vrina supprimitur, ac cohibetur, dituria uerō cū meiere a ger cupit, & cum vi vrinae excernuntur. Caterum retinetur vrina ut tertio lib. de Symp causis Gal. dicit, vesica præ imbecillitate excernere non valente, vel eius collo occluso, & collū quidem eius clauditur, vel propter obstructionem, vel conuiuentiam, fit autē obstructio tum ex concreto sanguine, tū crasso pure, tum calculo, tum tofo: præterea cū in eius meatu ueluti germen aliquod est enatum, conuiuentia uerō aut propter collectionem aliquam quæ præter naturam fit, aut propter nimiam siccitatē accidit, fit collectio ex phlegmone, scirrho atq̄ alijs tumoribus, qui non solum cū sunt in vesica sed in ano, uterōue collum vesicæ faciunt conui-

T ij

uere, quæcunq; porro collum attolunt in internum me-  
 tum vrinam refundunt, accidit etiam vrinæ retentio ob  
~~vlcus vel scabiem vesicæ, natura enim sentiens morsum~~  
~~repellens recusat, præpedito etiam vesicæ sensu vel eius~~  
 neruis conuulsis cohibetur vrina. Porro ex multa dis-  
 tinctione vesicæ vrina cohiberi solet, aliqui enim qui ob  
 negotiorum importunitatem diutius continuerunt mi-  
 ctionem, reddere vrinam non potuerunt, quod accidit  
 quia impleta vesica ad lotium emittendum non potuit  
 se cōstringere. Hæ causæ colliguntur ex ijs quæ citato  
 loco dicit Gal. Paulus verò præter has causas ponit vri-  
 næ acrimoniam, verum vrina acris potius pro ducit strā-  
 guriam quam difficultatem vrinæ vel Ischuriam. Circa  
 vero id quod diximus: quod propter obusum sensum  
 accidit vrinam cohiberi. Notandum est, quod ischuria  
 & disuria facultatis naturalis proprie sunt sympho-  
 mata: siquidem vesicæ actio naturalis est Galeno sexto  
 de Locis autore, verum quia officium meiendi instrum-  
 mento animali, vt pote musculo vesicæ collū ambientī  
~~perficitur: ideo propter laesionē sensus ischuria potest~~  
~~accidere, atq; quia in mictione sensus musculi interue-~~  
~~nit: ideo Ischuriam quæ vere ad actionem naturalem~~  
 pertinet, inter actiones animales: lib. j. de Sympho. dif-  
 ferētis numeravit Gal. & hoc modo contradictionem  
 dilues. Ischuria igitur quatenus proprie ad vesicam at-  
 tinet: actio vel priuatio actionis naturalis est, si vero Is-  
 churia accipitur pro affectu officio meiendi contrario  
 quodammodo inter actiones animales potest numerari,  
 est etiam annotandum, quod perdita renum actione  
 vrina cohibetur, vt Gal. tertio de Sympt. causis dicit:  
 cum verò vrina omnino in vesicam non venit Ischuria  
 non est, quare errant Medici illi, qui renum ischirrum  
 inter Ischuriæ numerant affectus, verum permittendi  
 sunt

DE ARTE CVRATIVA. 293

sunt ita nominare vt Gale. dicit, quia propriam appellationem non habent, est autem considerandum, quod aliqui inter causas ischuriæ & disuriæ ponunt imbecillam vesicæ attractionem, errant tamen cum Gal. sexto libro de Locis, vesicam à renibus nõ trahere docuerit. primo tamen de Faculta. natura. in Enchiridio annotauimus, aliud visus est sentire. Cæterum disuriæ causæ vt Gal. tertio de Symp. causis dicitur, eiusdem sunt generis cum illis quæ ischuriam creant: magnitudine tamen deficiunt, causa enim quæ ischuriã gignit diminuta gignit disuriã, sicut causa quæ diuriã parit: magis aucta ischuriam pariet.

**C**Vrant disuriã & ischuriam venæ sectio, medicamenta quæ purgant, atq; quæ alterant, pharmanaca quæ humorem viscidum vel concretũ sanguinem, vel crassum pus, vel tophum dissolunt: atque quæ lapidem à urinæ meatu dimouent, quæ sensum expergefaciunt.

**C**Vm à phlegmone ischuria vel disuria proficiscitur, præsentaneum remedium est sanguinismissio, quæ verò vena sit secanda, cap. de inflammatione vesicæ explicabimus. Cæterum ad præcauendam inflammationem anteuertendamq; ischuriam, sanguinismissio solet iuuare, cõtingit enim in magna plethoria naturam sanguinem per vesicam excernere, qui sanguis in causa est vt vrina difficulter mittatur, tunc sane præsentaneam opẽ affert sanguinismissio, noui etiam aliquos in hoc sympthoma incidisse ex hæmorrhoidum suppressione, sanguis enim ille per hæmorrhoides vacuari solitus, per vesicam excernebatur, qui urinam reddebat difficilem, hi sanguine missio euestigio fuerunt

releuati.

**C**um crassi humores vel purulenti ex hepate, vel venis, vel ex alia quavis parte vesicam abeunt: ipsiusq; meatum obstruunt: salutiferum est adhibere aliquid quod per intestina eos excernat, prauidetur enim sic futuro malo, noxijsq; humoribus vacuatis secure medicamenta quae urinae meatus aperiunt, posita sunt propinari: nam venis vitiatissimis humoribus refertis calidissima medicamenta non sunt tata, quippe quae prauos humores in vesicam praecipitant, mitto quod si vesica plena est: ut infra dicam vriaam cientia sunt damnosa: si quidem vesicam distendere faciunt. Porro purgabis clysteri vel deiectorio pharmaco: optimum est clyster ex herbis calfacientibus, decocto addes oleum laurinum, benedictam, vel diapheniconem: si purulentus humor in hepate est hiera deuorata est optima. Porro diaphenicon vel pilulae aggregatae pituitosos humores euacuant. Caeterum ignorandum non est, quod si in totum vrina est cohibita: iam non tam membrum a quibus germinatur malum quam periculoso symptomati est succurrendum, quare citra puluerem conandum est urinae meatum aperire.

**A** Duabus qualitatibus praecipue haec oriuntur affectiones, a frigidityte scilicet & siccitate, frigiditytas quippe imbecillam reddendo vesicam diluriam vel ischuriam gignit, siccitas vero faciendo ut vesicae collum conuincat vrinę difficultatis vel suppressionis esse causa. Caeterum si a frigidityte hoc proficiscitur malum, exhibenda sunt quae vesicam calfaciant: prodest syrupus de quinque radicibus, syrupus de hysso, de stoeacade: si feruorem vis calfactionem: adde croci vel galangae, vel dauci, vel pastillorum de hepatorio non nihil,

nihil, adhibe theriacam vel mithridatum: est tamen hic aduertendum sæpe numero hæc medicamenta quæ vrinam cient, disuriæ ischuriæq; nocere: nam licet calfaciendo profint, quatenus vesicam replent magnopere efficiunt: si quidem plena iam vesica non se potest constringere, hoc animaduertens Aetius monuit capit. de vrinæ suppressione, ab ijs quæ vrinam cient in totū abstinere qui ischuria laborat, magis opportunum igitur erit in ischuria quam frigiditas produxit, remedia extra admouere, quam medicamenta calfacientia intra propinare. Linies igitur pectinem oleo laurino, vel irisno, vel de scorpionibus: ex ijs oleis & puluere rubiæ & myrrhæ concinatur vnguentum, valet dialthea, vnguentum de agrippa: si embrocæ placent, fouebis pectinem, vinum cui incoctū fuerit pulegium, stæcas, calaminta, libanitis, salvia, prodest. Si ex siccitate cōniuet collū, quæ humectant sunt exhibenda, prodest lac asininum, vel mulibre, iura pingua, oleum de amygdalis dulcibus, extra liniendum est pecten vnguento quod resumptiuum appellāt, vel oleo de amygdalis dulcibus, iniiciendum est hoc oleum, & oleum de cucurbita per syringam, prodest etiam irrigatio circa pectem cum decocto capitis pedumq; veruecis: & vt multa paucis cōplectar, remedia quæ hæctica captis conueniunt huic mendantur affectioni. Caterum Aetius cucurbitæ semen præmūdatum aqua maceratum sufficienter aqua affusa teri ac percolari iubet: succumq; bibendum, nec diffinit in quo genere ischuriæ conueniat, ego quidem arbitror quod si in aliqua conuenit est in ea quam siccitas procreauit.

**M**edicamenta quæ frigiditati vesicæ opitulari diximus, iuuant ad dissoluendum humorum glutinosum, vel puscrassum, vel coactum san-



guinem, intra profunt theriaca mithridatum, verum si vesica plena est, quia hæc medicamenta lotium proliciunt, non sunt tuta, quare melius est vnguentis calidis, calidissq; irrigationibus vel balneis, quidquid crassum est dissolvere, tentare, ad idem prodest oleum de scorpiionibus, mithridatum cum decocto chamepitis cum syringa in vesicam immittere. Ad dissoluendum vero sanguinis grumos precipitare facit coagulū cum oximela lite intra assumptum, & per syringam cum aliquo liqore vim extenuatoriam habente iniectum. Cæterum ad medendum ischuria: ex tofo pronata, profunt cataplasmata calfacientia & humectantia, calida balnea vel euaporationes calidæ. Porro omentum arietinum calidum quia leniter calfacit & relaxat magnam utilitatem solet præstare, nec solum in ischuria ex tofo orta, sed in omnibus alijs. Porro si viscidus humor vel coactus sanguis ijs medicamentis non dissolvitur, nec patulus fit vrinae meatus, cathetere est vrina prolectanda. Hoc porro instrumentum ad dimouendum lapidē est adprime idoneum: quod si nec sic cedit malū, restq; est in vltimo discrimine, scindere parū vesicæ collū oportet, vt vesica vacuetur. Cum ab inflammatione vel schirrho vel vlcere vrina cohibetur, proprijs capitibus est petendum auxilium: idem etiam est faciendum, cum à tumore ani vel vteri vel hemorrhoidibus collum vesicæ atrollentibus vrina supprimitur.

**S** I obtusus est vesicæ sensus, cataplasmata calida, balani ano inditi iuuant, croco vel nitro ad caput virgæ admoto vrina prolectatur, auxiliari vero vesicæ oportet ambabus manibus supra imum ventrem admotis, quod præcipue iuuat cū ob negotiorum importunitatē lotium diutius retentū vesicā debilē reddit.

De calculo

## DE CALCULO RENVM

&amp; vesicæ.



Alcui in renibus generantur asfo in ijs  
 crasso glutinosoq; succo, vt decimoquar  
 to Metho. differit Gal. eodem modo ge  
 nerantur in vesica, quia vt dicit autor de  
 renum affectus dignotione & medicatio  
 ne, in nobis frigus nō potest gignere las  
 pidem, non enim fieri potest vt viuo corpori tantū fris  
 gus accidat, quo concrefcere valeat in homine lapis.  
 Cæterum consistūt lapides in renibus iuxta ventriculos  
 ipsorū aut parui aut maiores, vt dicit Aetius, ex quibus  
 colligitur illum voluisse solum in cauitate lapides ge  
 nerari: Auerroes verò & quidā Medici quos sexto Vul.  
 commē. primo citat Gal. solū in carne lapillos gigni  
 docuerunt, vt tamē ibi dixit Gal. & autor libri de Re  
 nū affectus dignotione. in vtraq; possunt generari par  
 te, generatur etiam lapis in vtero, & ex pulmone vidis  
 se frustra grandini similia, quarto de Locis memorat  
 Gal. alij dixerunt vidisse lapides genitos in intestinis,  
 refert Rodoginus vidisse Venetijs lapidem serpentini  
 coloris ad nigrum vergētis in hepate Augustini viri pa  
 tricij genitum.

**C**Vrant calculosum affectum venæ sectio, purga  
 tio, medicamenta quæ relaxant, medicamenta  
 quæ aperiunt, & lapides atterunt, quæ sensum  
 stupefaciunt.

**C**Vm lapis in renibus fuerit obturatus, & vehemē  
 tissimos intulerit dolores, sanguis plenitudine  
 apparense mittēdus est sanguis, sanguinis enim

T v

multitudo periculum minitantis materias ad tensione affectam partem aduocat: ob acutos videlicet dolores. Porro venam cubiti propinqua manus in corpore ex repletione affecto secandam esse monet Aetius. Gale. verò libro de Sanguinis missione, venam poplitis aut malleoli secandam esse dicit. Autor vero de Re- num affectus dignotione. Si valida sit virtus venam poplitis vel quæ ad malleolas est aperire monet: si imbecillis, venam quæ est in cubito: ob hoc sane inquit virtute debili vena malleoli non est secanda, quoniam infra euacuando retentrix facultas quæ est imbecillis non retinebit: sed vniuersa in præceps rapietur, & partem assiduo de fluxu impetet. Sanctæ hæc ratio non firmis videtur fundamentis nixa, quoniam si virtus est admodum imbecilla, nec vnâ aut alteram venam secabimus: quæ si virtus constat, non timor est quòd sic præcipites humores fluant, pari enim ratione diceremus, phlegmone aliquam partem occupante, ex parte affecta esse sanguinem mittendū si vires valent, eisdemque debilitatis ex parte aduersa, ob hoc scilicet quòd virtus retentrix quæ est imbecillis non retinebit, sed vniuersa in præceps rapietur, & partem assiduo defluxu impetet. Cæterum videtur, quòd si sanguis mittitur in Ne-phritide, ad reuellendū sanguinem, quem ad affectam partem fluxurum formidamus, venæ cubiti sectionem esse admodum proficuum, vt dixit Aetius. Si verò non solum sanguinis plenitudini volumus respicere, sed ad hæc cupimus, vt sanguinis missio iuuet ad lapidem infra mittendū, quæ poplitis vel ad malleolos est vena magis conducit: tusa enim hac vena expultrix facultas quæ infra humores expellere conatur, ad lapidem excitatur propellendam. Hoc considerans Gal. libro de Curandi ratione per sanguinis missionem, venam poplitis vel

*capitulum  
Aetii  
de renum  
affectu*

plitis vel malleoli in nephritide secandam dixit. Non inficiatus est tamen, quod ad reuellendum sanguinem qui in renes fluit, ad minuendâq; plenitudinem veng cubiti sectio sit vulsiſſima, quare non abnuit renibus phlegmone occupatis optimè sanguinem ex cubito extrahi. Porro Aetius plenitudini intendens, volensq; mederi malo, quod sanguis ad partem affectam fluens gignere posset. Nō indignum duxit cubiti secare venam, ex qua sane missus sanguis optimam solet opem præstare, quoniam præter hoc quod abundantiam minuit, renes trullo sanguine refertos, proindeq; tensose explicat, à qua tensione ipsi releuari promptius possunt lapidem propulsare: etenim vt ex ijs quæ libro de sanguinis missione Gal. dicit colligitur, renes nō tam infra sunt vt quodammodo inter superiores partes non possint numerari: quapropter venæ cubiti illis respiciunt, verum vt cap. de inflammatione renum dicemus, propinquius à renibus euacuare venas pedum quàm cubiti sensit Gal. Porro ex quacunq; vena sanguis mittatur, multo minus euacuandum est quàm ipsa repletionis copia exposita: neq; enim futurum speramus, vt Aetius dicit, vt omnino citò à renibus excidat lapis, quare seruare oportet sanguinem in eam quæ cum tempore futura est in corpore expellam. Porro si plenitudo vel viarum infarctus tantum calculosis nocet, mirandū est de Auicenna, qui à cibo dolores renum fieri leuiōres dixit, in quo non solum rationi, sed Galeno sexto vulg. oppositum profertenti contradixit.

**P**urgatione est vtendum, cum vitioso humore corpus abundat: dandum verò est pharmacum prout peccantis humoris fuerit natura. Porro si antequam purgaueris, quæ lapidem atterant vrinascient

*taxat  
Auric  
na  
in Zabit  
na*

exhibueris, refartientur prauis humoribus renes. Practici verò multi nil præter casiam calculosa affectione captis esse exhibendam dicunt. Casia verò solum ventriculum & intestina expurgat: vitiosorum vero humorum qui per vniuersum corpus sunt disseminati, nec tantillum vacuat. Attendere illos præstaret quòd Gal. septi. Metho. non solum cum vniuersum corpus prauis humoribus scaturit, dicit deiectorium pharmacum esse exhibendum: sed cum ipsi renes multo vitioso succo sunt referti, quod Aetius considerans purgationem esse aptam renibus calculosis dicit, quæ abundantiori humori est conueniens. Cæterum ad præcauendum malum casiam vel ali. quod leue pharmacum exhibere laudo: auertuntur enim humores ad renes ire soliti: quare ab omnibus commendata est lenis aluus, sicut ad stricta magno est dedita vitio. Cæterum quia abietis resina elementer aluum ducit, renesq; commodè expurgat, ideo eius vsus multum probatus est, ad calculosam passionem præcauendam: atq; vt magis attèperetur, sæpe decocto frigido illam lauabis, illiq; miscebis species electarij de sandalilis. Porro vt casia & id genus medicamina ad molliendam aluum iuuant, iuuant clysteres lenes ad malum præcauendum. Si aluus sponte non deiecit, quia vt diximus, nil magis officit quàm sicca aluus. Cæterum purgatio quæ fit vomitu conuenit, tum ad anteuertendum calculosum affectum, tum ad expellendum iam genitum lapillum: crassis quippe humoribus per vomitum vacuatis, minuitur humor qui lapidis est seminarium: per vomitum etiam mouetur lapis, qui renibus est fixus & adhærens. Porro sic auulsius minori negotio propellitur. Cæterum si in vteris est lapis, vomitus nõ omnino est tutus: faciet enim lapidem reuerti sursum, licet concussiendo soleat lapidè fixum dimouere, proindeq; iuuare.

Relaxantibus

*epistola  
de*

*de casia  
de casia  
de casia*

DE ARTE CVRATIVA. 303

**R**elaxantibus medicamentis post purgationem tuto possumus uti, meatus nempe aperiunt, quo facilior est lapidi exitus: dabis igitur oleum de amygdalis dulcibus, ius pingue, decoctum ficuum & malua, cui butyrum sit iniectum, clysteres parabis ex decocto malua, althea, ficuum, fœni græci, seminis lini, herbæ muralis, meliloti, floris camamelæ, decocto colo transfuso: adde butyrū, oleum de amygdalis, pinguedinem anatis vel gallinæ: ad idem valet decoctum capitis veruecis. Cæterum non tantæ quantitatis debet esse infusum in calculosis renibus, sicut in dolore colli, ne nimia scilicet quãtitas renes ipsos distendat, nec clysterium vsus sit assiduus, quia multa emollitio vt dicit autor libri de affectus renum dignotione renum robur exoluit. Cæterum ad relaxandum prodest cataplasma ex herbis quibus paratur clyster: ad idem valet vnguentum de althea, panis passo decoctus, emplastrum zacariæ. Porro vt immoderata emollitio quam clysteres so lent inducere, non omnino est tuta. sic etiam ea quã vnguenta præstant: quare prædictis vnguētis aliquid croci floristq; camæmeli & rosarum, vel olei rosacei non incongruè miscbis: renes quippe rebus adstringentibus corroborati absq; alio auxilio soliti sunt lapidem expellere: quod aduertens autor libri de Affectus renū dignitione frigidam aquam frequenter & acerrimam esse bibendam dicit: si calidius sit ægri corpus, sitiq; vehementer infestet, sitq; corpus iam vacuatum, nullumq; ex visceribus sit debile, corroboratis enim renibus obaturatum in ipsis lapidem expellent. Porro huic corroborationi attendens Alexan. postquam relaxantia medicamenta apposuit, in frigidam nympheam descendere ægrotantem præcipit: nec semel tantum vno quoq; die, sed bis ac ter aut sæpius. Nos verò si tam forte rene

dium formidamus, non ab re faciemus si post lenientia cataplasmata, vnguento rosaceo & cerato santalino renes attemperamus. Cæterum ad relaxandum, viasq; aperendum non postremum locum obtinet cucurbita dolenti parti, vel parum infra agglutinata: initar enim incantamenti solet succurrere, parum enim infra admota vltra hoc q; vias patefacit infra etiam trahit.

**A**D aperendum, lapidesq; atterendum, medicamenta quæ diuretica vocantur cõueniunt, quæ calida & sicca debent donari natura, vt quinto de simp. medica. faculta. Gal. dicit, improprie enim femina frigida urinã ciere dicuntur, cū acré naturã nõ habeant, vina etiam aquosa, lora & id genus multa: licet urinam augeãt, minimè sunt ex urinam cientium albo, quatenus enim per vesicam prompte excernuntur multaq; reddunt urinam diuretica aliquibus nominãtur. Cæterum urinam ciendi vim habet, acorus, gramen, & nardus, calamus aromaticus, daucus, oroselinum, hypericum, brionia. Lapides in renibus cõfringūt: bdellium viticis semen, radicis lauri cortex, paliuri semen, tribuli decoctum, ciceris iuseulum, puluis pellis leporinæ ab Aetio sermone, tertio tertiæ partis cap. v. de decimo commendatur, nũc in vsu est totam leporem vrere, sanguis hircinus à nemine summis laudibus nõ excelsitur, quem nõ solum bibendum dicit Alexander, libro tertio, sed cataplasmatibus modo locis dolentibus super inducendũ. Aliqui exhibent rubi fructum, qui nulla vi pollet. rubi radicem aliquam vim habere dicit Gal. sexto de symp. medicina. Porro ea quæ urinam cient & lapidem frangunt tunc exhibere conuenit, vt Aetius dicit cum vehementes dolores remittunt: si enim obfirmatus est lapis plurimus potus vitandus: itemq; ea quæ urinam ducunt, est etiam

DE ARTE CVRATIVA. 303

est etiam magna consideratione dignum, quod licet  
 medicamenta calida & sicca lapides atterendi vim ha-  
 beant, quod calorem renibus præstando qui est qui la-  
 pire solet, solent officere: quod considerans autor libri  
 de affectuum renum dignotione, quæ tepida caliditate  
 sunt prædita exhibere monuit calculoso morbo affe-  
 ctis, quod ab Auerroë quinto lib. cap. decimonono ni-  
 mis commendatum video, Gal. etiam sexto lib. de Sani-  
 ta. tuenda inquit, calculosis quæ valde calfaciunt dari  
 nullo modo conuenit. Inabit tamen aliquis, Gal. exhi-  
 bettheriacam & alijs antidotos ad frangendum lapis-  
 dem, quæ non infrenuæ calfaciunt, quo modo ergo me-  
 dicamenta valde calfacientia calculosis interdicit, sane  
 theriacæ vires licet sint præstantissimæ, non tam à calor-  
 ris excessu quam à præstanti forma proficiuntur, nec  
 inficior quod medicamenta satis calfacientia lapidem  
 frangant & atterant, & ab ijs qui passionem calculosam  
 patiuntur non omnino esse abstinendos classicorum  
 monstrant scripta, verum si præseruare vis, ne lapides  
 renascantur, nil magis est interdicens, quam medi-  
 camenta immodice calfacientia, hoc insinuauit Gal. vi.  
 de Locis, cum dixit perseverante dolore renum aut co-  
 lli vtraq; pars eisdem indiget præsidijs, tempore verò  
 subsequente oportet diueria auxilia adhibere, vide qd  
 tempore doloris pharmaca quæ colicis conueniunt, aut  
 renibus calculosis subuenire, tempore verò subsequente  
 nõ idem. Et sic dilues contradictionem, quæ multorum  
 distorsit intellectus, quod tempore scilicet internisio-  
 nis doloris interdixit medicamenta calida Gal. non  
 verò tempore exacerbationis, quæ enim frigida sunt  
 præseruant, calida verò calfaciendo renes eisdem; ra-  
 refaciendo meatusq; patefaciendo ad creandos lapi-  
 des renes disponunt, quod à Galeno decimoquarto Me-

*Exsiccantia  
 non dicitur  
 morbosam*



tho. ijs verbis fuit annotatum, calculi generatio ijs qui balneum post cibum ingrediuntur cur omnibus non contingat, satis patet, quippe incredibile nō est, quibusdam vel densos admodum esse renes, vel per angusta venarum in iocinore ora: quibusdam contra esse habita, vide quod renum densitudo multum oblectari lapidis generationi dicit, sicut eorum raritudo eos calculosae passioni reddit obnoxios. Porro quia medicamēta calida plus a quo eos calfaciunt, sequitur eis multum incommodare. Noui sane aliquos quibus frequenter calculosa affectio vexabat, à vino prorsus abstinuisse, inter quos à morbo fuisse releuatos, quod ob nil aliud euenisse autumo, quàm quod aqua magis densos renes magisq; adstrictos meatus qui ab hepate ad renes sunt: reddit. Quod esse magnū obicē calculi generationi iam ex Galeno annotatum vidisti, mitto quod frigida portio renum calorem temperat: vinum verò illos scādescere facit. Porro qui aquam bibit videat vt sit pura, defecata, leuis: sed quæret aliquis si vinum bibit qui hoc solet torqueri morbo, quam debet habere naturā: si quidem varia sunt vinorum genera. Porro vinum rubrum rufum vel pallidum esse præferendum: docent multi. Inquiunt enim vinum tenue cibarijs mixtum ante eorum concoctionē cibaria pellere & facere properare, ideoq; generationi calculorum esse oportet, Aetiustamen sermone tertio tertiæ partis capit. decimo quinto, vinum tenue vrinam ciense exhibēdum esse ijs quos adseruare volumus ne lapides renascantur dicit, dulcia quippe vina calculosis esse nociua dicitur, idem dicit aut tor libri de affectum renum dignotione. Cæterum licet vinum dulce non probetur, nō videtur laudandum vinum rufum vetus, quippe quod multum aperies & renes rarefaciens non potest non officere: illud igitur vinum est

DE ARTE CVRATIVA. 305

num est probandum, quod mediocriter aperit tenuisq̃ est substantiæ, vinum però album optimum est, vinum etiam rubrum non crassum nec dulce, quoniam dulce à iecore facile attrahitur, quod si crassum est hepatis & renibus admodum incommodat.

**D** Olore renum multum vexante stupefactiua medicamenta est exhibenda dicit Paulus. Porrò id genus medicamenta morbū minimè profigāt, symptomati tamē quod sēpe auxiliaries exposcit manus optime succurrūt: intra propitabis philonium extrāsuprà renes admouebis vnguentum populneum.

**H** AEC omnia quę calculosis renibus esse vtilia diximus facilem tibi ad sanandam vesicam calculosam ostendent scopum, etenim conuenit ad prohibendum ne lapis generetur, vel si genitus est non augetur, frequens purgatio per vomitum, vel per clysteres, & aliquando per pharmacum deiectorium, ad minuendum dolorem medendumq̃ vrinæ suppressæ medicamenta relaxantia quæ iam recēsumus, profunt, quod si nec sic tollitur dolor, sed lapis in vesicæ collo fixus adheret cathetere est euellendus, dum modo vesicæ inflammatio non prohibeat: ad atterendum verò lapidem medicamenta conueniunt, quæ lapis renū fractioni esse vtilia dictauimus. Mire facit sanguis hircinus, vel puluis pellis leporinæ, vel puluis trogloditidis, per os exhibebis hos pulueres cum decocto nardi & radicis pæoniæ, vel bryoniæ, ad idem laudatur amygdalæ amarę gummi, vitis lachryma, pruni arboris lachryma, horum vnumquodq̃ cum vino albo datur decoctum, facit thuris granum cum vino mulso, abrotoni semen, cum piperis pari modo ex vino, laudant aliqui

V

lapidem iudaicum, sed Gal. nono libro de Symp. mer-  
 di. facul. Ad lapides vesicæ parum profecisse se exper-  
 tum dicit; ad eos verò qui in renibus herēt satis esse effi-  
 cacem asserit, alij ad comminuendum lapidem vesicæ  
 lapidem in vesica genitum laudāt, verum Gal. decimo  
 libro de Symp. medicamentorum facultatibus falsum  
 dicit hoc experientia indicatum. Cæterum cum lapis  
 multum est crustus, vix aliud remedium quàm quod chi-  
 rurgia sit opẽ ferre solet, ante enim meatus qui ad ven-  
 triculo ad renes sunt calorificis medicamentis diliana-  
 bis, quam induratum lapidem difficilias; adde quod ca-  
 lorifica medicamenta si ad comminuendum non sunt  
 efficacia, lapidem indurant, quod si certè aliquod reme-  
 dium tutum est, est quod molliendo assiduo illi lapidem  
 minuit, id genus est decoctum maluæ, vel althææ  
 cui sanguis iurcini aliquid sit inditum, & miscbis ad  
 adiuvandam penetrationem aliquid nardi vel dauci,  
 dicit tamen aliquis operam ludit qui medicamenta ad  
 frangendam lapidem vesicæ tribuit: siquidem Gal. v.  
 de Morbis vulg. commen. quinto, sola manu vesicæ la-  
 pidem curari: ijs enim verbis ait, creatur etiam pueris in  
 vesica lapillus, sed haud ita multos vt facer morbus in-  
 vadit, quem quidem in puerilis ætatis mutatione ple-  
 rumq. nisi magnopere in victu delinquant remoueri  
 contingit, vesicæ calculus nõ ætatis lapsu sed manuum  
 opera duntaxat curari potest, ad hæc quis forsitan dicet  
 quod manus opera non solum Galeno vocatur sectio  
 quæ fit ferro, sed etiam medicamenti exhibitio, nõ est  
 tamen hoc in vsu apud probatos autores: cap. enim de  
 suffusione Celsus manu intellexit suffusionẽ curari cum  
 curatur acu: Gal. etiam secundo ad Glauc. cancrũ ma-  
 nus opere curari dicit cum ferro extirpatur. Porro di-  
 cere possumus, quod quia in pueris non tanto periculo  
 extrahi

DE ARTE CVRATIVA. 307

extrahitur lapis, vt in ijs qui firmiorem agunt ætatem adhortandum medicos ne lapillum augeticere sinant, dixit Gal. non esse expectandum a tatis beneficium, tustius enim in h̄s est manu extrahere lapidem, calorificis medicamentis non cedentem q̄ post adulescentiam, vbi iam magno periculo collum vesicæ fecatur, hac enim ætate nō sic selectę partes vniuntur, vt in puerili, in qua natura humiditas a vltima vniendo vulnere opem præstabit, verum non abnuendum est, esse aliquos lapides tam tenerę substantiæ qui medicamentis ebitis possint attriti, sicq; attriti foras propelli, quod considerans Celsus dixit septimo libro, scissionem non esse adhibendam nisi cum aliter succurri non potest, qua parte ait, in corpore quod iam nouem annos nondum quatuordecim excessit, scissionem esse experiendam. Sed certę si puer vegetus est, et a lapide torquetur, melius est curationem non differre, etiã si nouem annos nondum attigerit, quotidiana enim monstrat experientia, & sex annos natu hoc remedium præstitisse opem, quę etiam mōstrat & multis qui quatuordecimum excessere annum oppi do quam fuisse proficuam.

DE INFLAMMATIONE  
renum paucula.



Enes non secus ac reliquæ nostri corporis partes inflammatione corripuntur, quorū inflammationis notas copiose tradidit Aetius, accedit agris dolor pulsatis retro iuxta primum dorsi verticulum, distendit autem dolor sursum vsq; ad hepar, præsertim tunc dextro affecto, deorsum verò vsq; ad vesicam & pudendum lumbosq; & coxendicem, frigent eorum

extrema conſequitur ſuſpor propinqui cruris, adeſt  
vrinæ emittendæ difficultas.

**C**urant renum inflammationem, venæ ſectio, ven-  
tris lenitio, medicamenta quæ repellunt, medi-  
camenta quæ digerunt & diſcutiunt, medica-  
menta quæ urinam cient, atq; medicamenta quæ dolo-  
rem ſedant.

**P**ermittentibus viribus ſanguis ex vena cubiti au-  
tore Aetio eſt mittendus, Gal. tamen decimoter-  
tio Methodi, & libro de ſanguinis miſſione, ve-  
nam poplitis & malleoli eſſe ſecandam dicit, nō it inſi-  
cias tamen libro de ſanguinis miſſione, quod incipite  
phlegmone vena cubiti ſecetur. Porro inter initia vbi  
multa aſſuerit ſanguinis copia, venā cubiti ſecabimus,  
deinde poplitis venam aut malleoli, non eſt tamen ſi-  
lentio trāſeundum quod Aetius timide videtur aggre-  
di ſanguinis miſſionem, quippe ait ſi clyſteri adhibito  
vehementior exurgat dolor ſecabis venam.

**L**enienda eſt alius lenibus clyſteribus, purgato-  
rium enim pharmacum ſi Aetio credimus pro-  
ſuſ eſt circuncidendum, nulla enim corporis pars  
vt Alexander dicit ampliore cum periculo purgante  
medicamēto tentatur atq; renes & urinæ inflammatum  
receptaculum, partes enim hæc vt procliues humores re-  
dundantes ſuſcipiunt, ita ægrius in eis ſuſcepti digerun-  
tur: vt dicit Aetius. Porro licet inter initia inflammatio-  
nis hoc quod ille dicit, acceptandum videatur, non in-  
ficiandum eſt, quod vigore tranſacto pharmacum leue  
vtilitatem afferre poſſit, purgamus in inteſtinorum in-  
flammatione quæ etiā ſunt procliues partes, & per quas  
noxi hu

noxij humores debent trāsire, cur igitur renibus inflam-  
 matis purgatorium pharmacum nō poterimus exhibe-  
 re: huic verò sententiæ accedit Alexander, qui humori-  
 bus concoctis, si sola victus ratione superfluis humor  
 educi nequit, à purgatorio pharmaco non abāinet. Cæ-  
 terum fortia pharmaca propter Aetij rationem vitabi-  
 mus, clementia verò qualis casia, manna, lac afinæ vel  
 serum est, tuto propinabimus, & aliquando rhabarba-  
 rum & agaricum correctum exhibebimus.

**I**Nter inflammationis iniuria (ea dum feruente) medi-  
 camenta repellentia sunt renibus applicanda: iuuat  
 oleum rosaceum cui pauillum aceti fuerit immis-  
 xtum: porrò multum frigorifica sunt vitanda, ne duri-  
 ties renibus inducatur. Porrò si ex magna inflammatio-  
 ne vrina supprimitur, frigida medicamenta quatenus  
 vias arctant renesq; indurant non sunt tuta: tunc enim  
 potius demulcentibus quàm repellentibus vtendū est.

**A**D discutiendum digerendumve iuuat vnguen-  
 tum concinatum ex farina hordeacea, & semi-  
 ne lini, & oleo camemelino, & anethino: circa  
 finem vero morbi miscbis nardū, abrotonum, asarum,  
 iuncum odoratum: adhibendum dicit Aetius ad dige-  
 rendum emplastrum quod habet galbanum, tereben-  
 tinam, & farinam erui. Verum quia medicamenta mul-  
 tum calfacientia ad suppurationem perducunt, vt Ale-  
 xander dicit, ideo huius emplāstri & aliorum id genus  
 nisi in inclinatione morbi vltus non est tutus. Cæterum  
 in fine morbi hæc emplastra iuuant, tum discutiendo,  
 tum attrahendo, de internis ad externa: vnde ægrotan-  
 tem multum à dolore leuant. Cæterū humor qui in re-  
 nibus est impactus multum imminuitur cucurbita luma

bis admota, & per fistulas sanguis extractus, qua ratione enim dicimus post vigorem iuuare in pleuritide: iuuat etiam in renum inflammatione. Cæterum si fisturis admouetur vnguentum, vel emplastrum digerens & discutiens breui sua absoluit munia, quia albus potest penetrare.

**P**ost inflammationis concoctionem, medicamentis vrinam cientibus est vtendum: eo inquam tempore quo medicamēta discutientia applicamus. Porro medicamenta quæ vrinam mouent ad discutendum adhibentur: quæ quidem inter initia vbi repulsione & nõ discussione est opus sunt nocua, vt decimotertio Metho. Gal. dixit: ad vrinam vero ciendam prodest syrupus de quinque radicibus: & tandem omnia quæ hepatis obstructioni esse vtilia diximus.

**S**edant dolorem: medicamenta quæ relaxant, facit vesica plena decocto seminis lini, & maluæ, & altheæ, meliloti, renibus admota, facit cataplasma ex dictis herbis cum oleo amygdalarum dulcium & butyro, sunt id genus multa.

#### DE VERMIBVS.

**R**es sunt in summa lumbricorum differentie vt dicit Paulus, vna quidem quæ tereti & rotunda forma est secundum crassitudinem: alia vero eorum quos lumbricos latos nominant: tertia quos Ascari-des greci nuncupant. Hæc differentiam dicit Braslaus. vigesimo sexto Apho. tertie sectionis, bipartiri in eos qui proprie dicuntur ascarides, & quos cucurbitinos appellat.

pellant. Porro si græcorū monumenta quis optime speculatur, inueniet cucurbitos sub secunda lumbricorum specie esse complexos: nam Paulus & Aetius minime fallax esse signum lati lumbrici dicunt, si cum excrementis quædam cucurbitæ similia excernantur. Enimvero cum tota membrana tenuium intestinorū in latum lumbricum permutatur, integratq; excernitur, visu horrendum exhibet spectaculum. Cum vero in partes minutas decisa eijcitur, quædam cucurbitæ similia excernuntur: ac si sanè dixeris cōstare latum lumbricum ex partibus prædictam formam representantibus. Porro vt verum ingenue fatear, antequam oculate hoc spectassetem, vel audissem aliquem vidisse cucurbitinū illud genus magnam illam teneam seruere, sola prædictorū autorum lectione ductus, in hanc descendi sententiam: atq; postquam hæc scripsi legi libellium Antonij Beneuennī de abditis morborum causis, in quo sic ait, vidisse in Aunionis balneis mulierem, quæ eiecit multam quantitatem lumbricorum cucurbitorum, qui ita inter sese dum alteri alteri mordicus inhærent iungebantur, vt cum sua ipsi serie quatuor cubitorum longitudinem excederent: vnum tamen corpus, vnum duntaxat vermem putares. Hæc ille ingeniosus vir: quæ me in prædicta sententia apprimè corroborarunt. Porro si lumbricis cucurbitinis adhærentibus generatur tēnia, neminem debeat admiratio tenere, tēnias tricenum pedum visas fuisse, quod vndecimo lib. cap. trigesimo tertio dicit Plinius quem mordent multi dicentes, hanc mensuram intestinorum longitudinē excedere. Porro licet sic in humano corpore illi lumbrici cucurbitini non essent adiati, non inconueniens est, q̄ in egressu vel postquam sunt egressi tantæ longitudinis tēniam constituerent. Certe s̄i Celsus de lumbricis tractans, de alcaridibus nullam



fecit mentionem. Videtur enim vocabulum lumbrici *iss* non competere, quia non lubrici sunt. Ob quod forsitan Collumela sexto lib. cap. trigesimo, nō omnes vermes intestinorum lumbricos esse appellādos insinuauit: ait enim, solent etiam vermes quasi lumbrici nocere intestinis: cum quasi lumbricos dicit non planē lumbricos appellat: quōd si placet, dic Celsum ascari des potius in ani egritudinibus numerare quā in intestinorum: sed de his hactenus. Cæterum non solum in intestinis generantur vermes, sed etiam in aure: atq; & in renibus fuisse genitos memorat genti. prima tertij de dolore capitis tractans, qui ait q; Guidarelus passus est quotidianam cum dolore renum per octo menses, & in cōalescentia emisit cum vrina vermes paruos & latos, & cessauit dolor: neq; ego discredo q; & in ventriculo possint generari, creatur humor venenosus, cur ex pituita putrida ibi cōtenta vermīs non generabitur? Mitto q; vt infra dicam, visum est in quadam peste apud Indos obire homines vndiq; vermibus oppletos: cæterum in quodam Arabia loco vermes, vel si maui serpentes nasci solent, vt sexto de Locis tradidit Gal. est verò subnotandū quōd serpentis nomine autores aliquos intellexisse pedicularios, vt testatur illud Plinij septimi libri: Pherecidem scilicet Syrium copia serpentum ex corpore eius erumpente expirasse: pediculari verò morbo illum interisse ostēdit carmen Quinti Sereni, qui cap. de phtiriasi ait: Sed quis non pauet Pherecidis fara tragædi, qui nimio sudore fluens animantia tetra eduxit. Cæterum narrarūt multi qui apud Indos habitauerunt, in India yucatam pestem inuasisse, qua infecti vermibus vndiq; scatentes interibant. Nec mirum quōd hoc morbi genere Pherecidem interisse intellexerit Plin. nam numerans vndecimo libro aliquos qui pediculari morbo obierunt, Pherecidem

DE ARTE CVRATIVA. 313

recidis non facit mentionem: sed de iis fatis. Porro causa lumbricorum, vt Paulus dicit, cruda & crassa pituitosa materia est: biliosa enim & melancholica, vt ille dicit, materia nutricandi naturam supergressa, ad lumbricorum constituendam originem inepta est, & prorsus incommoda, imo contraria. Sed non videtur cur ex melancholia naturali vermes non possint generari, cum non habeat qualitates vermium naturae aduersas, videamus quae ex re frigidiori & sicciori vermes generari, adeo vt ex capillis mulierum serpentes produci quidam prodixerint, in malignisque vlceribus ex humore nutricandi naturam supergresso vermes generantur. Melancholia vero naturalis bonitate multis numeris dictum humorem superat: neque diffiteor quod & bilis rufa mixta pituitae illam calfaciens, extremumque calorem excitans, vermium generationi aliquando adiuuet. Ceterum quae ex bili sola non generentur fatior, haec enim sua acritudine & scandescencia lumbricos interimit, quod considerans Auicenna, detestatus fuit lumbricos mortuos in febre. Attestari illos inquit supra putridissimum humorem eos interimentem. Aetii vero viuentes mortuis esse deteriores dictauit, coniectans forsan non nisi ob magnam alimenti inopiam propria domicilia deserere. Porro si Auicenna lumbricorum generationem in declinatione morbi laudare voluit: idem cum Aetio docuit. Etenim qui in declinatione morbi generantur lumbrici, vt Aetius ait, ex permutatione omnium in melius fiunt, qui sane citius superantur a natura ipsos reliquorum excrementorum instar foras pellente. Porro cum viui in hoc tempore prodeunt, quia eorum generationem in declinatione monstrant, bonum auspiciantur. Cum vero mortui excernuntur: ideo protendunt malum, quia indicant aliquem perniciosum humorem latitare, qui

V v

eos interimat, verum cum hoc tempore mortui eijciuntur minime credendum est tunc generari.

**S**Vnt lumbricorum remedia, quæ ipsos necant, vel vt ita dixerim seminecant, atq; ea quæ mortuos vel semimortuos expellunt.

**P**Harmaca quæ lumbricos interimunt, faciunt hoc manifesta qualitate vel arcana, manifesta qualitate lumbricos lædunt, medicamenta acria, medicamenta amara, atq; quæ oleosa substãtia sunt: necnon pharmaca quæ vehementer infrigidãt vel stupefaciunt, inter medicamenta acria numeratur allium, piper, cardamomum, baccæ lauri, euphorbiũ, cortex radicis mali punicæ, centaurij radix, theriaca, mithridatum, multa sunt id genus. Amarorum medicamentorum vermes necantium multus est numerus, valet mētha, absintium, abrotonum, colocyntis, lupinus, coryãdri semen, myrrha, omnia fellum genera, aloes, rhabarbarum, hæc vltima, non modo necandi sed etiam educendi vim habēt. Cæterum oleum occludendo meatus quibus vermes aspirant si Alexandro Aphrodisico credimus illos solet perire, aliàs verò rationes quibus oleum vermibus aduersatur, videbis apud Galenũ libro secũdo de Symptomatum facultatibus. Cæterum contendere quis posset, medicamenta quæ stupefaciunt esse in causa, vt semimortui vel mortui vermes cum stercore excrementantur, ait enim Gal. decimo quarto lib. Method. lumbrici expelluntur mortui vna cum stercore, cum hoc etiam viui vel stupefacti & vt ita quis dixerit semimortui facti. Verum quia hæc medicamenta magnum ventriculo negotium exhibent: natium calorem de populantia faciendo & pituitosa excrementa vermium materiam

riam abundare: raro eis est vtendum: vermibus verò & alui fluore simul infestantibus id genus medicamenta opem solent præstare, sunt huius classis semen hyosciami, succus portulacæ, semen aliqui commendant, Diosco. verò succum laudat, qui non solū frigiditate sed etiam suo lentore prodest. Porro acetum infrigidando vermibus etiam potest nocere, in communi viū est illud tribuere, sed si à multis interrogas qua vi prodest rem nescient absoluere, & sane potius videtur officere quam iuuare, natium scilicet calorem debilitando, & pituitosam materiam faciendo generari, quapropter ego autumo, quod si aliquibus videtur prodesse est, nō quibus biliosus humor ventriculum mordet, qui morsus à vermibus inferri, & Medico, & ægrotantibus putatur. Cæterum sunt aliqua medicamenta quæ licet non infrigident, vel stupefaciant, quodam modo inebriant, vel vertigine afficiunt vermes, qui sic apprehensi intestinis non adherent, sed sine negotio cum stercore expelluntur, facit hoc semē canabis, vinū: sapa, hydropiper: quo etiam inescantur vel inebriantur pisces: nec mirū quod sic argentum viuū vermibus sit remedio, in Enchiridion verò iam diximus contra musam argenti viuū deurationem iuxta Medicos qui illud venenum esse scripserunt esse damnatam, cui nocumento remedium est lac vt Dios. dicit, atq; quia in infantium ventriculis lactis sæpe est copia, hinc debet euenire vt argentum viuū, qd in pauca quantitate eis exhibetur parum offendat: de medicamentis quæ manifesta qualitate vermes necant hæctenus. Porro arcana qualitate vermibus nocent cornu cerui, lumbrici terrestres: & ipsi lumbrici intestinorum antipatha quadam nocent: vt scorpio scorpionis ictui, nocent etiam nuces ponticæ: vnde fit palam eos deterrare, qui dicunt omnia dulcia vermes creare, dul-

cia enim quatenus bonum alimentum gignunt, non videntur vermium generationi esse vtilia: licet vermes iam genitos potius alant quam interimant, sed non omnia dulcia, quia alia quæ sunt: quæ arcana qualitate nocent: ut nuces ponticæ, quæ dulcedine non vacat: contingit etiã quod multum dulcia biliosis exhibita vermes nocent: quia facile vertuntur in bilem, quæ sua amaritudine interimit vermes. Cæterum educant lumbricos, quæ lubricam reddunt aluũ, quæ irritando movent, & in summa quæ subducendi vim habent. Porrò oleum, decoctum maluræ & alteræ, medulla casturæ leniendo lumbricos educunt: mixta vero vermes alliciunt sequacitè vermium coheretia simul extrahunt, eo modo gramæ decoctum vermes pellit, nullã verò vermibus qualitatem aduersam habet. Porrò acria & falsa irritando vermes pellitant: aloes, & rhabarbarũ, & colocyntis, & ut summatim dicam omnia medicamenta quæ vim purgatoriam habent humores educendo simul lumbricos educunt, hi igitur in vermium medella seruabuntur scopis: ut primo exhibeas quæ illos necent, secundo quæ illos educant, ad necandos verò vermes latos fortiora requiruntur medicamẽta, quam ad interficiendos teretes: ut decimo quarto Metho. Gal. dicit, ad teretes igitur extinguedos medicamenta amara sufficiunt, ad latos medicamenta acuta propinabis, aduersus teretes optimũ medicamentum est absinthium, & abrotonum, nemini tamen est secundum semen quod vocat Alexandrinum. Hoc medicamentum sæpe sum expertus, & præstantissimum suum munium absoluit. Cæterũ latos necat nitrum, piper, cardamomum, horum medicamentorum æquales partes commisceto, & coclearij mensura exhibeto. Ad idem prodest cortex radicis mali punicæ, facit euphorbium, baccæ lauri, præclare iuuat theriaca: pastilli de vipera

DE ARTE CVRATIVA. 317

de vipera. Cæterum cum medicamenta exhibes dulcibus illa misce, vt alliciãtur melius vermes, dulcedo quippe illos allecãbit. Amarities verò interimet, obieruandum est etiam : vt ventriculo ieiuno exhibeantur, vt fac melumbrici adacti auide medicamenta deuorent, in fantibus igitur summo mane cum lacte poteris exhibere puluerem seminis Alexandrini, ventriculum linies vnguento cõcinato ex oleo amygdalarum amararum, & succo absinthij, & puluere myrrhæ, & aloes, & farina lupinorum. Porro cum per os aliquid exhibetur, ventriculum amarissimis medicamentis non line, ne id genus medicamenta auerfantes lumbrici per os exhibita non degustent, quod si ventriculum linire vis, aliqua medicamenta vermibus grata medicamentis amaris misce, Aetius lac vel mel non ob aliud linimētis etiam addit, aliquando verò cum hac via non succedit aliã aggredimur, & sola nempe medicamenta amara intus & extra admouemus: vt à ventriculo vermes fugiant. Tunc verò vas lacte plenum iuxta anum apponimus: vt lumbricos qui ab amaris fugiunt lactis gratissimus odor alliciat, hoc verò non solũ ad decipiendos teretes, verum etiam ad deludendos latos lumbricos prodest. Ad idem iuuat suffitus ex cornu cerui ore acceptus, quo tempore exhibebis lactis infusum, hætenus de lumbricis latis & teretibus, aduersus verò ascarides balani vel infusa etiam numeratis medicamentis iuuant: quidquid enim lumbricos latis & teretes interimere potest, ascarides interimet. Cæterum medicamenta adstringentia quatenus malam temperaturam recti intestini retarciunt, putrediniq; repugnant, generationi ascaridum opponuntur, quod Aetius considerans illinire anum iubet acacia hypocistidis, vel rhois succo cum alumine liquido, vel pastillo andronij, nos loco huius pastilli possumus indere balanum cõfectum ex puluere, pastilli de spodio,

& aloë, & myrrha, omnia hæc dicta sunt de lumbricis, cum alius morbus simul non inuadit, inuadente vero alio morbo, utriq; est succurrendum. Etenim si febris & lumbrici simul infestant, exhibenda sunt medicamenta quæ lumbricos necent, & febrem non adaugeant: nempe quæ acuta sunt medicamenta licet vermisibus sint proficua febrem exacerbât: tum igitur temporis cicoreum myxarum decoctum, succum portulacæ vel cornu cerui ramentum vel absinthium, si febris non sit intensa propinabis. Caterum quibus lumbricorū culpa alius fluore perturbatur, exhibēda sunt quæ vermibus aduersetur fluoremq; compescant: hoc optimè facit succus plâtaginis, succus portulacæ, coryandri semen, præcipue tostum, cornu cerui ramentum, & efficacius puluis cornu cerui vsi.

## DE HÆMORROIDIBVS.



**H**æmorrhoides est quasi dicas sanguinis fluxum: non tamen nūc de qualibet sanguinis fluxione, sermone agimus: sed de ea quæ ex sede est, atq; licet ex tumidis ani venis sanguis non profluat: cōsuetudo est illam venarum inflationem hæmorrhoidem vocare. Porro cum sedis venæ sanguinem effundunt, dicuntur hæmorrhoides reclusæ: cum verò nihil excernunt, dicuntur cæcæ. Caterum hæc sunt primæ hæmorrhoidum differentia: aliàs verò differentias ponit Gal. libro finitio. medicarum, ijs dicit verbis, differentia hæmorrhoidū sunt à magnitudine, multitudine, figura, loco, cōsitutione, accidunt verò hæmorrhoides nonnunquam ob sanguinis plenitudinem, plurima verò ex parte ob sanguinis melancholici redundantiam, vt libro de cibis boni & mali succi

DE ARTE CVRATIVA. 319

li succi & secundo libro ad Glauco. dicit Gale. aliquan-  
 do verò ob sanguinistenuitatem vel acrimoniam, sed  
 qui acutus & biliosus est sanguis vt plurimum ex naribus  
 profuit, sicut qui feculentus & atrabiliaris est per  
 ani sanguifluas venas: contingit tamen biliosum sangui-  
 nem venas ani proritare, qui verò tenuis est & vt sic di-  
 cam aquosus nullo alio nomine per venas ani effunde-  
 tur, quam quod transcolatur minimè à virtute retene-  
 trice completitur. Caterum licet ex omnibus ijs causis  
 possint hæmorrhoides proficisci, ferme nunquam hæ-  
 morrhoides antiquæ ab alia causa quam ab humore me-  
 lancholico oboriuntur, plenitudo enim & sanguinis  
 ætus & acrimonia & tenuitas non sic perdurare solêt,  
 vt durat propria temperatura quæ sanguinem melan-  
 cholicum generat, quod si prædictæ causæ durent non  
 tam proprium illis est hæmorrhoides parere, sicuti san-  
 guini melancholico. Porro quia cum natura adsueta  
 est sanguinem melancholicum per hæmorrhoides ex-  
 cernere, periculum est, quod si ille sanguinis fluxus  
 cohibetur, quod lepram, vel cancerum, vel elèphan-  
 tiam, vel id genus morbos pariat: ob id monuit Hipp.  
 quod sananti antiquas hæmorrhoides vna relinquatur.  
 Perpende vero, quod dixit antiquas: nam diurna nō  
 sunt, quæ ex plenitudine vel ex temporanea sanguinis  
 acrimonia, vel tenuitate oboriuntur: sine periculo enim  
 quæ ab ijs causis proficiscuntur possunt omnes hæmor-  
 rhoides sanari: quæ verò ob redundantiam humoris me-  
 lancholici qui ex nativo temperamēto generatur obo-  
 riuntur, non sine periculo propter rationem dictā pror-  
 sus extirpantur. Nō igitur absq; causa addit Hippocra-  
 tes antiquas. Aetius verò aliter interpretans Hippocra-  
 tem, non dedignatus est Galenum fugillare, qui sermo-  
 ne secundo quartæ partis ait. Conuenit recta dicta ac



venæ sectiōe præmissa hæmorrhoidum extirpationem moliri, & nullam penitus relinquere, quemadmodum quibusdam visum fuit: non enim velut quidam opinantur Hippocrates dixit, si non vna relinquatur: sed si bono regimine non adseruetur: hæc Aetius, in quibus non putat Hippocratis Aphorismo aduersari, sed Galeno expositori: hallucinatus verò fuit, quartoq; de ratione victus id quod Gal. exposuit etiam est traditum Porro cum his grauib; autoribus ratio & experientia suffragetur, non est cur Aetio acquiescamus. Et mirari subitq; Cornarius in cōmentario noni libri de medicamentis locali. interpretationem Aetij, Hippocratis sententiæ esse consentaneam dixit, atq; non solum in antiq;is hæmorrhoidibus vna est seruanda, cum adhibetur curatio: sed in antiq;is vlceribus vel fistulis per quas humores superuacui expurgantur talis est adhibendā medela, vt non prorsus humores vacuare assueti compescantur: quod colligitur ex his quæ dicit Gal. sexto de morbis vulgaribus commen. tertio: quare optimum erit si fistulam occludis, frequentibus vacationibus vt. Quod si neq; his fidis, laboriosumq; arbitraris, tot medicamenta purgantia iuxta propinare, referabis fontem qua humorum redundantia quotidie vacuetur. Vidi verò alios quos qui ex hæmorrhoidum omnimoda suppressione in graua incommoda frequenter incidebant, qui sub genu fonte aperto mirè ab assuetis malis se liberarunt.

**C**Vrant hæmorrhoides venæ sectio, humorū purgatio, quæ dolorem leniunt, quæ ipsas aperiunt, atq; quæ fluxum cohibent & adstringunt.

**C**Vm sanguinis est plenitudo, vel ex hoc solū conuenit venæ sectio, vt plenitudo tollatur: quod si affatim sanguis per hæmorrhoides effunditur, be

DE ARTE CVRATIVA. 337

tius experientia quàm ratione esse inuentum. q̄ septime-  
stres viuant, & non sic octimestres: neq; hoc ab ijs que li-  
bro de septimestri partu dicit Hippo. abhorret, qui ait,  
& partus & abortus mulieribus, vt sanitas & mors om-  
nibus hominibus fiunt. Hæc vero ait fieri secundū dies,  
& secundum menses, & secundū annos: quod idem est,  
acsi diceret vti crisis quæ in septimo die fit laudatur:  
quæ verò in octauo die fit, datur vitio: sic septimestris  
partus laudatur, octimestris verò infelix iudicatur. At-  
q; vt sola experientia aliqui dies decretorij optimi sunt  
iudicati, alij vero perniciosi sunt inuenti: sic experien-  
tia potius quàm ratione est cōprobatum: septimestrem  
partum esse vitalem, & octimestrem non item. Cæterū  
vratioe non potest inueniri, cur in quadraginta die-  
bus, & in septem mensibus, & in septem vel quatuorde-  
cim annis puerorum iudicantur aliquę passiones: quod  
verum esse monstrat experientia: & tertio libro Apho-  
ris. tradidit Hipp. sic non potest euidens dierum decre-  
toriorum promi ratio, nec causa assignari laudabilis  
partus: qui fit in septimo mense: quis etiam efficacem in-  
ueniet causam multarum mutationum, quæ per septena-  
rium & quadragenarium numerum accidunt, quarum  
libro de septimestri partu meminit Hipp. Non defue-  
runt tamen viri celeberrimi, qui propriam numeris vir-  
tutem tribuerunt, qui hos insignes effectus vi numero-  
rum produci asseuerarēt. Ioannes quippe ille Picus, ob  
ingenij celebritatem, quibusdam fœnix nuncupatus, in  
sua apologia de cabala tractans, multis sacrorum do-  
ctorum autoritatibus, probare molitur, esse in numeris  
vim, & operandi proprietatem: qui etiam nominibus  
in esse vim operatricem non inficiatur: verum in alium  
sensum doctorum autorum dicta esse interpretanda as-  
seuerant alij, Galē. lib. de decretorijs miratur Pithago

ram, qui numeris dederit perfectionem, aduersusq; numeris vim tribuentes eruditè inuehitur Chrysol. homi. vigesima quarta in Genesim Sed ut (eorū qui numeris tanta tribuunt) error magis pateat, attende quę primo Saturn. dicit Macrob. hic enim dicit ob id septuaginta annis vitę spatium terminatur, quia septuagesimus numerus constat ex septem & decem: non vides pugnantiam dicere vult perfectionem numeris tribuere, & vim vitalem in illo libro numeris attribuit: deinde vitę terminum mortem scilicet, ac si esset naturę robur numerorum perfectioni imputat. Caterum si verū est, quod supra ex Aristo. retulimus, quarto scilicet mense & octauo mulieres magis quam reliquis mēibus infestari: non mirum quod quis velletur periculosius esse quarto mense quam tertio pharvacum purgans exhibere, quoniam per hanc intestationem abortus facilius citabitur: adde quod abortus quarto mense amputare solet vitam ijs quę pariunt, vt in ead. m parte dicit Aristo. ab hac verō sententia multum abludivit Aetius, qui sermone quarto quartę partis cap. decimo octauo, tradens modum quo abortus sit prouocandus, ait: secundus mensis ac quartus vitā dū est, est enim in vtroq; naturalis quędam difficultas ac mora, subiungit & impares menses aptiores sunt ad aggressiōem ac firmitatem: vnicum itaq; tertij mensis tempus deligendum est: neq; enim prius neq; posterius conueniet, hęc Aetius, quę si vera sunt, plane docent tutius exhiberi pharvacum purgās tertio mense quam secundo, & quinto mēse quam quarto: sed certe non videtur verum quod ait, impares scilicet menses aptiores esse ad aggressiōem: cum decimo mense qui par est plurimum partus e datur, est etiā contra Aetium Gal. qui primo epidemi. commē. tertio ait: fortum trimestrem & quadrimestrem pręter ceteros in  
iurij

DE ARTE CVRATIVA.

339

iurijs resistere: sed difficultas se offert, quo modo de trimestri foetu hæc dixerit Gal. cum quarto lib. Aphorif. Hippocrati assenserit, qui mensibus qui sunt sub quarto mense facile dirrumpi nexus asseueravit: possumus dicere, quod trimestris foetus qui mas est, quod iniurijs bene resistit, nõ item foemina, minori enim spatio plasmatur & perficitur mas quã foemina, minoriq; temporis intervallo nexus ex quibus mas pendet induratur, quã hi ex quibus pendet foemina: quod licet non ignorauerit Hipp. prudenter monuit: vt à quarto mense vsq; ad septimum porrigeretur pharmacum: tertij mensis nulla facta memoria: quia incertum & incõpertum est quid quid externa signa significant, an marem an foemina geitet mulier, sed de his alijs. Quia verò de vi & perfectione numeri imparis aliquid in hac parte tactũ est, annotare volo, aliquos numeros vere esse pares, q; gradibus medicis dicuntur impares: ob id scilicet quod suũ ortum non ex vnitatem sed ex alio numero trahunt: & vt rem apertius intelligas. Huiuscemodi rei exẽplum volo ponere: sane Gal. quarto lib. de Ratione victus, commento quinquagesimo sexto, decimum quartum diem, & vigesimum & trigessimũ quartum & quadragesimũ impares vocat: sunt verò hi dies quodam modo pares, quodam modo impares: pares sunt si ab vnitatem numerate incipias: impares verò si à primo die illius cuius sunt hebdomadae incipias computare. Etenim decimus quartus dies ab octauo die qui est primus illius hebdomadae septimus est: proindeq; impar, vigesimus etiã dies quartus vltimus dies est hebdomadae quã decimo quarto die incipit septimus est, atq; adeo impar: sed dices secundum hanc computationem decimus septimus dies inter pares deberet poni, fateor, ponitur autẽ inter impares à Galeno facta computatione ab vnitatem, si omnia hæc

X ij

perpendis, videbis quam frigida sint quæ in expositione huius textus scripsit Brasauolus. Porro difficultatis partus multæ sunt causæ quas luculente tradit Aetius. Cæterum curam quæ circa ægre parientes est adhibenda, breuiter ex aspasia tradit ille sermone quarto quartæ partis, & vigesimo secundo capite eiusdem partis fusissime materiam difficultatis partus absoluit: quare cum nil habeam quod ipse addam vel exponam opere precium duco ad tantum autorem lectores relegare. Iam finem capiti huic imposuisse arbitrabar, cum menti succurrit aphorismus Hippocratis texti libri Epid. qui septima sectione habet, labores partus per circuitus sunt, quia fetus qui in septuagesimo mouetur, terna multiplicatione perficitur. Considerans verò quid Hippocrates voluisset, videbatur illum censuisse, ducētis & decem diebus septimestris partum perfici, quod contrarium est ijs, quæ ex Hippocrate & Galeno supra retulimus: cupiens verò contradictionem si quæ erat soluere, & veritatem indagare, dignum duxi Fuchsi viri oppidò quæ periti consulere commentarios. Iam quidem dictato capite amicus quidam ad me illos miserat, in ijs verò atactam contradictionem non vidi, nedum dilutam, vidi tamen quæ dictis Hippocratis & Galeni plane aduersabantur, quoniam dicit Hippocratem prædicto Apho. septimestris partus terminum assignasse, quæ etiam parte ait, quod mensis qui ad foetationem computatur, debet consistere ex triginta integris diebus. Hæc porro prorsus ab Hippocrate & Galeni sensu euariant, quædo (vt Hippocratem dimittam,) Gal. lib. de septimestri partu voluit, quod nullus partus septimestris post quartum seu praeducesimum diem est vitalis: vbi etiã asserit, quod mensis dicitur spacium quod ab vno lunæ coitu cum sole vsq; ad alterum intercidit, hic verò mensis non exquiritur tri-

site tri

DE ARTE CVRATIVA. 341

ste triginta dies habet, sed vigintinouem & dimidium, adeo vt quinq; menses Galeni solum habēt. cxlvij. dies & dimidiū, quinq; verò menses quos computat Fuchsi. cl. dies, reliquū est igitur qñ aperte expositio Fuchsi dictis Hippocratis & Galeni reclamationat, quod dicti Aphorismi veram expositionem inquiramus. Cæterum iuxta ea quæ ex libro de septimestri partu Galeni prodidimus, possumus dicere, quod Hippo, allegata parte Epide. de partu octimestri tractat, iuxta enim computationem quā tradidimus: fœtus qui ducentis & decem diebus perficitur, octauo mense perfici dicitur: nam septem menses non continent nisi ducentos & sex dies & dimidium vnus diei, qui ergo in diebus ducentis & decem perficitur, octauo mense perfici est dicendus. Cæterum quia octauus mensis est minime vitalis, & parientibus est admodum laboriosus, ideo credendum est Hippocratem qui laborum quas ferunt parientes erat commemoraturus, huius octauis mensis: qui præ alijs plures labores habet fecisse mentionem. Si hęc vero quæ diximus vera sunt, patet deerrasse Auicennam vigesima secunda tertij, & Macro. secundo satur. qui partum septimestrem ad septem menses vulgares qui habent ducentos & decem dies referunt: sed dices aduersus quæ diximus est Hipp. qui secūdo epid. parti. Tertia insinuat, mēsem qui in fœcundatione computatur, ex triginta diebus constare. Ait quidem à menstruis vel à cōceptione nouem sunt numerandi mēses, qui certe septuaginta & ducentos constituunt dies, hanc autoritatem ad sua dicta roborāda citat Fuchsi. cui si satisfacies: si dicis quod liber secundus Epid. non est Hippocratis: sed Thesali eius filij: vt tertio libro de difficultate respirationis Gal. dixit. Iam verò quod liber esset Hippocratis, dicam quod locutus est de mensibus iuxta Vulgi opinionem

quod vt Gal. ait tertio libro de diebus decretorijs mensis sumit pro spacio triginta dierum: verum qui nascitur in nouem mensibus vulgaribus, decimum mentem de quo docti medici intellexerūt attingit. Atq; quia alii qui loquuntur de mense vulgi: prout triginta dies cōtinet, alij de mēse prout est spaciū menstrui, tēporis: ideo leges aliquos decimo mense vt plurimū partū edi, alios non scripsisse. Qui verò nono dicūt, si de mēsibus vulgi loquūtur, idem cū alijs intelligunt: quoniam vt dixi, nouē menses vulgi, continent nouē menses vt ita dicā mensiuos, & dies aliquot plus: sed de ijs sint hæc dicta satis.

#### DE ARTHRITIDE ET PODAGRA.



**M**Orbus articularis Aetio & Paulo auctoribus, debilitas articularum est cum diuturna fluxione: ab articulo coarivatur hoc nomen. Dolor vero qui est in articulari morbo, articularū vt potē membrorum sensu carentium non est: quippe articulus autore Galieno libro de ossibus ex coherentibus ossibus extrema pars est, quæ ab omni sensu est immunis. Dolor igitur qui in arthritide sentitur est vicinorum neruorum, qui à dicta fluxione tenduntur, & affiguntur. Sed dicet aliquis, arthritidem non solum esse articularum debilitatem cū fluxione: siquidē Paulo auctore interdū iecur & lien quibus nullus est articulus, articularibus doloribus oblanguent: cruciauit quosdam sciolos hic textus, sed facilis est respōsio. Tractans nempe Paulus, quod quando in omnes corporis articulos causa penetrauerit sit dicendus articularis morbus: subiungit nonnullis aures quoq; & dentes, & guttur, & interdum etiam iecur, & lien articularibus doloribus oblanguent, ac si diceret, interdum causa arthritidis omnia membra præhendit, & occu-

DE ARTE CVRATIVA. 343

& occupat: adeo vt omnibus vertebis sic apprehensis, mutatur malū auribus, gutturi, & interdum iecori & lieni. Nervos quippe ab spina recipiunt hæc viscera, & omnibus vertebis articulari passione affectis, non poterunt hæc viscera non obanguere. Nec tamen melaret, quod si fusa significatione vocabulum articulus acciperemus, quod omne membrū habens nervos vel venas articulari morbo posset affici. Quidam enim ossa cum nervis & venis articulos vocant: sed de his satis. Ceterum licet dixi arthritidem esse articularum debilitatem cum diuturna fluxione, non abnuo dolorem articulare a nuda intemperie posse produci. Primo quia intemperies sola nata est producere dolorem. Secundo ait Gal. tertio lib. Aphorif. Aphorismo ultimo, articularum dolores aliquando sunt fluentibus ad hæc loca superfluitatibus: aliquando propter instrumentorum quæ natura ad eorum motionem fabricavit frigiditatem. An verò hic dolor quem sola intemperies producit, sub nomine arthritidis complectatur dubitabant aliqui. Scio Galenum sexto libro Apho. Apho. mulier podagra nō laborat: & tertio Apho. commen. Apho. de eimi sexti: podagram & arthridem sine fluxione nō fieri voluisse, in hac vltima parte ait: quasi igitur articularum passiones in siccitatibus dixerit fieri, dignū est inquisitione: si enim immodicè factę consumplerint articularum humiditatem, difficilem sanè quendam motum ob siccitatem efficiēt, forte verò & dolorem nonnunquam: eā verò passionem quam arthritim vocant haudquaquam efficiēt: nisi quispiam omnem articularum dolorem ita velit nominare: hucusq; ille, ex quibus etiam perspicue elicitur, nudam intemperiem posse dolorem articularum generare: elicitur secundo quod mos antiquorum fuit arthritim non nominare affectionem



articulārē, in qua non est fluxio, vt ex Galeno & Actio  
 & Paulo colligitur: quæ diximus non aduertens Leo:  
 nhartus, non posuit discrimen inter arthritidem & do:  
 lorem articulare[m]: & ob hoc dixit sexto libro Aphori.  
 q̄ dolor articularis non est sine fluxione: errauit tamen,  
 quoniam non omne quod arthritidi conuenit dolori  
 articulari quadrat. Est verò annotandum, q̄ ab autori:  
 bus articularis morbus siue arthritidis non dicitur de cu:  
 iuslibet articuli morbo, sed quando in multis corporis  
 articulis est malum: q̄ si in pedibus solum est, dicitur po:  
 draga: si in solis manibus, chiragra: si in aliquo coxarū  
 vertebro, ischias: quòd si genu solum affectio appren:  
 dit, gonagram si placet vocabis. Producunt hunc mor:  
 bum cruditates coaceruatæ & ebrietates, ambulationes  
 concitatiores q̄ pro more, & stationes diutius produ:  
 ctæ, & familiares excretiones suppressæ, & consuetu:  
 rum exercitiorum intermissiones, immoderatusq̄ rei  
 venereæ vsus: adeo vt dictū sit ab Hippocrate eunuchos  
 (quia rei venereæ non indulgent) in podagram non in:  
 cidere: atq̄ cum audis eunuchos veneri non nauare ope:  
 ram, non intelligas illos mulieres non subigere, sed se:  
 men genitale non emittere. Memini enim me apud Ma:  
 gnum Basilium libro de virginitate mira exempla de  
 quorundam eunuchorum vehementi incendio legisse.  
 Hæc ideo hic apposui, quia sexto Aphor. docet cōtra:  
 rium Philoteus. Sed de ijs alijs. Porro Gal. non esse per:  
 petuum dicit, q̄ eunuchi morbo articulari non capian:  
 tur. Celsus etiam non generalem sententiam dedit, sed  
 ait: raro eunuchos articularis morbus inuadit. Experiē:  
 tia etiam monitrat eunuchos non prorsus ab hac ægri:  
 tudine esse securos. Hæc ego considerans dixi in meo  
 Enchiridio, fuisse aliquando suspicatum, ab Hippocra:  
 te non esse dictum, eunuchos morbo articulari, sed ele:  
 phantias

DE ARTE CVRATIVA. 345

phantiaſi non laborare. Aetius verò in hanc me duxit ſu-  
ſpitionē, quippe qui Sermone primo quartę partis cap.  
centefimo vigefimo quinto, nullum exceſſum elephan-  
tiaſi corripi diſtauit: quid mirum igitur Hippo. exem-  
plar Galenum deprauatū reperiſſe: ſed de iſſiam alibi.

**C**Vrant articulare[m] dolorem venę ſectio, purga-  
tio, medicamenta quę repellunt, quę digerunt,  
quę auertunt, quę dolorem mulcent.

**C**Vm ſanguinis apparuerit plenitudo incunſtan-  
ter eſt vena ſecanda: etenim ſi antequam abun-  
dantiam vacuaueris, humores reprimere ten-  
tes ad principes partes ipſos retorquebis: porrò non  
ſolum in iſ in quibus ſanguineus humor abundat,  
ſed in pituitofis etiam, & plus atrę bilis habentibus  
ſanguinem eſſe fundendum docet Paulus, cauſamq[ue]  
ſubiungit, quoniam & hiſ humor in venis magna ex  
parte continetur, quantitate magis quam qualitate in-  
feſtans. Hęc ille: ex qua cauſa ſi vera eſt, elicitur quare  
in articulari morbo ex bilioſo humere producto ſan-  
guinis miſſionem non fecit mentionem, nimirum quia  
bileus humor plus qualitate quam quantitate offendit,  
verum ratio Pauli nō videtur ſufficiens, quoniam cum  
pituitofi humoris eſt copia, vt à Galeno in multis parti-  
bus habetur, ſanguis nullatenus eſt fundendus, videturq[ue]  
ſanguinis miſſio plus in bilioſa fluxione iauare. Primo  
quia temperat ſcalfacta membra ſcandē ſentiamq[ue] hu-  
morum, ad hęc optimè reuellit: meliusq[ue] per venę ſec-  
tionem funditur ſanguis bilioſus quam pituitofus. Ad  
de quod ſi articuli ab humore frigido ſunt debilitati  
magis debilitantur per ſanguinis miſſionem quam ſi bi-  
lioſa afluxio eos debilitauit: exſequens Pauluſ curatio

Y v

nem dicit: quod missio sanguinis aggreddenda est in prima statim aggritudinis curatione, alioqui inquit læduntur sanguinis euacuatione: verū si cognoscimus ex sanguine dolorem proficisci, non est cur formidemus in secunda & tertia & reliquis curationibus (dum modo etas & vires consenserint) sanguinem mittere, maxime si aliq̄ sanguinis euacuationes sunt suppressę, Galenus enim sexto libro Aphorif. commen. aphor. quadragesimiseptimi, non semel atq̄ iterum sed identidem vium fuisse venę sectione ad antevertendum podagrę & articularis morbi paroxisum fatetur, ait quippe: nos itaq̄ purgando vel sanguinem euacuando plurimos ita serę uauimus annos qui longo antetempore singulis annis morbis capiebantur, atq̄ podagram & morbum articulare adhuc incipientem & nondum poroscire articulos facientem, ex tali euacuatione multis iam annis fieri prohibuimus, hæc ille. Quod si adhuc morbo non vexante pro illo præcauendo non vno vere sed multis sanguinem fundebat Gal. cur cum morbus grauitat afficiat agrotantem, sanguineusq̄ est humor qui articulos & neruos quatit (gratia reuulsionis & euacuationis) temperandum est a sanguinis missione: & si tertia quartave sit morbi aggressio. Cæterum ex affecto membro disces, quæ vena sit secunda, si pes dexter laborat, secabis venam internam cubiti dextrineq̄ ab re erit venam malleoli sinistri pedis aperire: vt elicitur ex ijs quæ duodecimo methodi dicit Gal. Si verò crus sinistrum afficitur, secabis venam internam cubiti sinistri, vel venam malleoli dextræ: quod si articularis dolor dextræ tenet manum, ex vena interna cubiti sinistri vel ex vena malleoli dextræ fundendus est sanguis: quod si sinistram manum dolor tenet quid sit faciendum, iam intellexisti. Porro si vniuersos articulos dolor inuasit, ex venis cubitorum internis

DE ARTE CVRATIVA. 347

internis simul potes sanguinē exhaurire. Hæc vero sunt dicta dolore incipiente, nam post vigorem morbi non alienum est ex ipso membro affecto sanguinem detræhere, ait quippe Aetius post sectam verò venam: si dolor adhuc perseveret, & fortitensio sit in affecto membro, sæpe in ipso inflammato crure vena incisa & multo sanguine detracto hominem ab omni dolore liberavi, hæc ille. Porro quod non solum sanguis sit detrahendus ad curandum iam instantem morbum, sed etiam ad illum præcauendum, idq; vere iam ex Galeno audisti, quod etiam ex ijs quæ dicuntur libro de Sanguinismissione elicitor. Cæterum in Ischiade ad retrahendam fluxionem inter initia, ex cubito eiusdem partis fundes sanguinem, neq; à re erittūc ex opposito pede sanguinem mittere, in inueterato dolore ex vena malleoli eiusdem partis sanguis est fundendus: internam verò malleoli laudat Aetius Auicenna verò & eius affectæ externæ: sed cum ambæ venæ à vna vena nascantur, quam volueris poteris secare, neq; in earum sectione est discrimen: vt Gal. dicit sexto libro Apho. Apho. trigesimo sexto, in cuius sane aphorismi expositione lōge à Galeni sententia abfuit Fuchsius.

**C**Um ab alio humore, quam à sanguine, dolor articularis proficiscitur, consentaneum est humorem producētem morbum euacuare. Porro purgans medicamentum plus utilitatis affert in reuellendo humores affluentes, quā in euacuando eos qui iam sunt inter articulos impacti, n̄ enim potius medicamētis diffusorijs sunt amoliendi, considerare igitur oportet, à qua parte præcipue est affluxio, & in illam tanquam in precipuū scopum purgationem moliri. Porro si fluxio biliola est, plurima ex parte ab hepate proficiscitur, si

cuti pituitosa quæ cæteris est frequentior ab stomacho vel cerebro, & melancholica ab hepate vel liene. Cæterum in articulari morbo ab humore bilioso producto, facit electarium rosaceum electua. de succo rosarum cum decocto myrobalanorum lutearum, faciunt pilulæ de rhubarbaro, pilulæ aureæ, pilulæ de fumaris: ad pituitosos humores faciunt pilulæ de agarico, pilulæ cocciæ, pilulæ dictæ sine quibus: si fortius vis euacuare, faciunt pilulæ arthetica, pilulæ de hermodatilis, pilulæ fœtidæ. Porro tempore intermissionis morbi exhibebis per interualla quæ pituitosos humores moderate vacuent, & cerebrum & ventriculum cõfortent: nam cum ex cruditatibus vt plurimum oboritur malum, adeo vt magis crudus humor quam pituitosus dicendus sit qui plurima ex parte hunc morbum gignit: vt decimo de medica. localibus, dicit Gal. perspicuum est quod medicamenta quæ cruditatibus opponuntur, pituitososq; humores acerrari vetant magno esse auxilio, huic rei seruiunt pilulæ de hiera, pilulæ de mastiche, pilulæ quas vocant cõmunes, pilulæ de assa yaret. Atrabiliarios humores vacuant pilulæ indæ, pilulæ de quinque generibus myrobalanorum, nec inutiles sunt pilulæ fœtidæ, in his enim merandis lassatur manus, quoniam ex his quæ superioribus capitibus diximus hæc sint perspicua, atque quia perspicuum est, quibus syrups vel decoctis hi humores sunt præparandi, ideo percurro. Cæterum in ischiade purgatio quæ vomitu fit est vtilissima, quia euacuando reuellit, dixit enim decimo lib. de medica. localibus Gal. Ischiadicis magis auxiliantur vomitus quam purgationes infernæ, vt qui reuellant deorsum repentem humorem: ex qua ratione sequitur vtilissimos esse vomitus in podagra. Aëtius verò in podagra quam pituita concitauit vtiliorem dicit esse vacationem per intestina, ob  
hoc sci

DE ARTE CVRATIVA. 349

hoc scilicet quod pituitosa ægre per vomitum vacuatur, sed pari ratione in ischiade ex pituita orta vomitus parum iuuarent. Porro exploranda est ægrotantis natura, & si facile vomitionibus obedit, dabitā in ischia de quam in podagra quæ vomitum cient, præcipue in remissionis tempore, ad præcauēdam exacerbationē. Si verò æger magna difficultate vomit, & ad hæc angustum habet thorax, caputq; imbecille et ad anginam vel rabem vel oculorum morbose est paratus, à medicamentis vomitorijs abstinebis, dabisq; medicamenta quæ deorsum humores educant. Cæterum euacuatio quæ per clysteres fit in articulari dolore iuuat, qui verò in coxæ dice est dolor acuta clysteria exoptat, facit clyster ex decocto marrubi & hiera logadij, velex mulsæ & hiera ex colocyntide.

**I**N principio exacerbationis doloris articularis qui à sanguineo humere proficiscitur, vacuata abundantia applicabis medicamenta moderatè infrigidantia, quæ cohibendo fluxum, dolorem mulcent: facit oxirhodinum, facit aqua rosacea, cui miscere potes oui album, facit decoctum rosarū & lentium: q; si in superficie dolor consistat, per vini & olei vsum: ætate frigidum, hyeme calidum, magnam vt Aetius dicit præstabis opem. Cæterum in biliosa fluxione post purgationem quæ diximus repulsoria medicamenta, & alia quæ maiori frigiditate polleant potes applicare: facit succus portulacæ, & lactuca, & plantaginis, vel semperviu, cremor psilij: egregie facit oleum de ranis. Multi verò ante purgationem medicamenta quæ id genus sunt applicant, quod non est sine salutis ægrotantis magno dispendio, quoniam ad principes partes humores reducunt: quod insinuauit Gal. lib. de theri. ad Pisonem, cū

dixit: Sunt quædam medicamenta quæ humores ad pedes ferri vetant: sed horum superfluam humiditatem non discutientia, maiorem quendam morbum faciunt: nam fluxione per corpus oberrante, pulmo ad se illam trahit, quæ breui hominem suffocet. Verum multi qui medicinam facitiant vique adeo cęcutiunt, quod si hominem vehementi febre captum dolor articularis inuadit, illico medicamēta valde frigida parti dolenti admouent. Magnus quippe error, cum tunc natura pro febrilentis utilitate humores de nobilibus partibus ad ignobiles transmitti: quo tempore potius est adiuuanda quæ eius motus cohibendus. Etenim Gal. vndecimo Metho. laudat in homine febrilenti articulari morbo obnoxio balneum: vel ex hoc solum, vt per balneum articuli vt potè infirmæ partes supernacua excipiant. Carterum, sunt aliqua iuncturæ quibus patientibus nullatenus repulforia medicamenta sunt adplicanda. Etenim coxendium iunctura laborante repulforia medicamenta esse vitanda decimo de Medicamentis localibus docet Gal. Sed veniamus iam ad alias fluxiones: porro in fluxione pituitosa purgatiōe facta adhibe cataplasma ex cyparissifolijs, eiusque pilulis & mastiche: ad idem facit unguentum ex oleo masticeino, & de amygdalis amaris, cum cera concinatum: facit althea cum adipe suilo, pulcre mastichis, & thure admixto. Hęc verò medicamēta in principio melancholicæ fluxionis conducunt: quod si magister primere vis, miscebis succum plantaginis dictis medicamentis: sed caue ne cum repellere curas, humores suarum natura crudos & crassos sic in iuncturis impingas, quod potest itea diseulforijs medicamentis non possint diuelli.

**I**n augmento partim repelles, partim digeres: ad digerendum medicamenta calida conducunt, quæ calidiora

DE ARTE CVRATIVA. 351

calidiora debent esse in arthritide ab humore frigido orta, quàm in ea quam frigidus humor concitauit, horum verò medicamentorum copiosam sylvam copiose tibi tradet Aetius, & Paulus, ego verò ad podagram calidam miram opem in oleo de lumbricis aceto iminixto inueni, ad podagram vero frigidam & diurnam facit optime emplastrum ceroneū emplastrūq; relatum ad andromacham, efficacissimumq; est oleum de viperis, oleum hypericum. Porro in ischiade fortissima emplastra sunt admouenda, vtilissimus est synapismus post cucurbitarum appositionem, qui discutit & humores de internis ad externa aduocās mire inuat, sed si Aetio credis præferes in hac passione emplastrū de stercore caprino synapismo: cum verò medicamēta discutitoria cuiuscunque parti dolēti admoues, inuat per os ad eūdem vsum aliquid exhibere, facit theriaca quā huic vsui libro de theriaca ad pisonem multum laudat Gal. facit mithridatum, atque tunc tuto potes exhibere vinum aliquod generosum, quod potenter calfaciat & reliquias humorum digerat, quod si corpus crudis humoribus abundat, ipsaq; podagra frigida est, non assentiendum ijs est, qui protinus vinum circuncidunt. Cæterum ad discutiedum facit balneum: sed vide ne corpus multis vel prauis humoribus cæteat: aliā vt ex Galeno vndecimo methodi citauimus, balneo magis prouocabis arthritidem quam pelles, vt enim ibi dicit Gal. balneum humores liquando & vias per quas meent patefaciendo articulare dolore mouet, et hac de causa ad irritandā arthritidem eo vsus est Gal. ex ijs patet quod in ijs qui articulari morbo sunt obnoxij, vsum balnei nō omnino esse tutum, nimirum quia ex maximis incommodis est, vt via multum patefiant: hi vero qui medicinam practicam scribunt, quos maior pars medicorum



ſectatur, in omni dolore articulari quātum vis calidus ſit humor morbum producens ad thermas ſulphureas, huic morbo obnoxium mittūt, quæ ſane licet quatenus vacuant iuuent, quatenus meatus aperiunt non leuiter incommodant.

**A**duertendum in chiragra, faciunt pedum friſiones, ſicut in podagra manuum. Cæterū vſitatiffimum eſt in coxendicum dolore venas retro aures ſecare. Hippocrates verò ſexto vulg. commē. ſexto, venas aurium poſteriores ſcarificandas eſſe tradidit. Hoc tamen non admittit Gal. dicens: non venas in auribus, ſed circa aures eſſe ſcribēdum: eò ſcilicet quòd in auribus non ſunt venæ aſpectabiles. Porro ab aliquibus qui hoc malū ſunt paſſi audiui, eos eſſe adiutos venis quę retro aures ſunt ſcarificatis, vel ibi impreſſo cauterio. Hippocrates etiam, qui huius remedij meminit, libro de aere & locis, & libro de genitura: venas retro aures ſecandas eſſe dicit. Retulerunt verò mihi quidam qui coxendicis morbo grauiter laborarunt, proſuſ ab ægritudine eſſe vendicatos, inuſta cauterio eminentiore parte quæ eſt intra aures: & eſt annotatione dignum, quòd his qui tantam opem ſenſerunt, non auris quæ ex directo laborantis coxendicis eſt, cauterio fuit inuſta, ſed quæ ex oppoſito eſt latere: res ſanè aduerſa ijs que de directione mille locis à Galeno dicuntur.

**M**vlcent dolorem, pharmaca quæ cauſæ dolorem producenti opponuntur: aliquando tamen tam vehemens eſt dolor, tanta eſt ægroꝝ tantis mollicies, nec minimum dolorem tolerantis, ꝑ ſtupeſactiua medicamenta adhibere cogimur. Hoc vero euacuatione facta eſt faciendū, ne ſubito hominem ſuffocet:

DE ARTE CVRATIVA. 327

ne potest tunc abstinere à venæ sectione. Per hæmorrhoides enim excernetur redundans sanguis; porro opitulatur sanguinis missio cū ex multa sanguinis scandescencia venæ antè referantur: refrigerato quispe per venæ sectionem sanguine minimè venas sedis aperiet. Porro cum ijs de nominibus sanguinem fundere discemus, venam cubiti aperiemus: id ipsum etiam faciendum cum auertendi gratia sanguine melancholico redundante sanguinem mittere est animus. Cum verò hæmorrhoidum aperiendi vel citandi gratia sanguinem volumus extrahere, secanda est vena malleoli, vel crura scariflicanda: omnia hæc ex ijs quæ Gal. dicit libro de Sanguinis missione sunt conspicua.

**S**I melancholia infectum reddit sanguinem, post eius concoctionem (quæ syrupis cap. de meliacho-  
iia enarratis fit) propinanda sunt quæ melancholice cum humorem euacuent: facit confectio hæc diascena, pilulæ de fumaris, pilulæ de quinq; generibus myrobalanorum.

**A**D mulcendum dolorem quem hæmorrhoides cæcæ excitarunt, medicamenta quæ vim habent relaxandi & molliendi profunt, iuuat iniectio quæ fit cum butyro & pinguedine gallinæ, vel anatis. Ad idem prodest oleum de amygdalis dulcibus, verbascum cum butyro, oleum de ranis, oleum cui incoctæ fuerint limaces rubræ est mirabile, vexante dolore facit populneum: verum medicamenta quæ multum infrigidant noxam solent dimittere, præstabit igitur lenientibus medicamentis dolorem mulcere: deinde hirudinem apponere, ad leniendum dolorem præter dicta medicamenta facit oleum de semine

X

lini, & de sesamo, cum ijs oleis, & cera, & luteis ouorū,  
 & croco conficitur vnguentum: ad idem facit empla-  
 strum zacaria, sesio in decocto maluę, altheę, seminisli-  
 ni, fœni græci dolorem lenit: ante omnia verò est pro-  
 uidendum, ne aliussit dura: quoniã nimis exiccata scy-  
 bala dolorem mouent. Caterum aliquando tam inclu-  
 sã sunt hæmorrhoides, quod necessum est ad hoc vt hæc  
 medicamenta illas attingant, adhibere aliquid quod  
 illas extrahat, hoc facit piper & nitrum per harundi-  
 nem hæmorrhoidibus appositum, facit idem fel tauri-  
 nū, succuseyclaminis. Caterum hæc quæ numerauimus  
 medicamenta, non solū vim habent hæmorrhoides in-  
 clusas extrahendi, sed etiam aperiendi, sua enim vi cal-  
 facienti inflatas hæmorrhoides rumpunt & reserant, ali-  
 quando verò tam intus latent hæmorrhoides, quod nul-  
 lum medicamentum sufficit ad eas extrahendum, quare  
 si medicus vel chirurgus eas vult videre necessum est in-  
 strumento aliquo anum aperire.

**S**immodice fluunt hæmorrhoides, ea sunt exhiben-  
 da quæ fluxum cohibent. Etenim cibaria & medi-  
 camenta quæ diarrhoe vel sanguinis expuitioni  
 profunt, hæmorrhoidibus immodice fluentibus sunt pro-  
 ficua, profunt pastilli de succino, vel de spodio, vel de  
 terra lemnia cum aqua vel succo plantaginis, ex pulue-  
 re horum pastillorum, & sanguine draconis, & masti-  
 cis, & aloes lotæ cum albo ouorum optimum fit lini-  
 mentum, iuuat spongia madefacta in vino stiptico cui  
 incocta sit balauftia, verbascum, rhus obsoniorum, nux-  
 eyparisi, rosa purpurea, corium mali punici.

Ad menses confertim erumpentes.

Ad men-

DE ARTE CVRATIVA. 323

**A**dmenses confertim erūpentes ea medicamen-  
ta sunt præsidio, quæ expuitioni sanguinis sunt  
utilia, medicamenta igitur adstringentia cum  
fluxum cohibere vis per osexhibebis, & in vterum in-  
fundes, eiusdemq; farinæ emplastra pectini admouebis,  
ad reuellendum brachiorum frictions, cucurbitæ sub-  
ter mammas appositæ iuuant: nonnunquam verò vena  
cubiti est tūdenda, quæ optimè reuellit, quod si ex san-  
guinis acrimonia menses plus æquo erumpunt, profi-  
cium erit biliosos humores sanguinem pruriginosum  
reddentes vacuare. Cæterum vt huic symphomati con-  
ueniētem adhibeas curationem caput de sanguinis ena-  
ribus fluore perlege, vbi causas sanguinis vndecunq;  
manantis reperies: habitoq; causæ & membro à quo  
fuit sanguis respectu, inuenies remedia.

DE VTERI STRANGVLATV.



Strangulatus vteri in superiorem partem  
vulvæ ascensus est, in societatem afflictio-  
nis principes corporis partes ducentis: vt  
Paulus & Aetius dicunt. Porro non om-  
nes vna duntaxat forma hac affectione  
corripiuntur, quoniam vt Gal. sexto de Locis ait. Quæ-  
dam sine sensu immobiles iacent: cum obscuro paruo-  
q; pulsu, vel omnino sine vlllo pulsu, aliæ sentientes quis-  
dem & moueri potētes, atq; integratione, sed tamen  
animi defectione & difficili spiratione laborantes, alię  
vtille inquit crura & brachia contrahunt, ex quibus eli-  
citur non esse verum discrimen, quod inter epilepsiam  
& vteri strangulationem ponit Celsus, quippe qui ait,  
In vteri strangulatu neruos non distendi. Constat verò

X ij

ex Galeno, aliquos vteri strangulatus non esse sine nervorum distentione : colligitur secundo lapsum fuisse Antoniũ musam, qui quarto de Ratione victus scilicet: ne trigesima ait, hysterica affectione captã sentire, idq̃ esse discrimen inter epilepsiam & vteri strangulatum, quod epilepsia correpta nõ sentit, & ea quæ vteri strangulatu est affecta sentit, non aduertit hic autor, quod etiã si aliqua vteri strangulatio sensum non adimat, esse aliud vteri strangulatus genus: quod prorsum sensum eliminat, vt ex Galeno nuper citauimus, quod si discisis contingit in vteri strangulatu non esse sensum, dic quid voluit Hipp. parte citata de ratione victus, vbi ait: quoniam pacto vuluæ strangulatio cognoscitur: digitis duobus comprime, si sentit ea est: si non cõuulsio est, in hoc textu videtur esse insinuatũ, in vteri strangulatu sensum semper esse, ad hoc dicemus, textum hũc industria & eruditione vacare, nec sapere Hippocraticã eruditionem cuius nomine attitulatur, quod si ex Hippocrate esse contendis, dicam in citato textu autorem voluisse ex hoc agnosci, si sit vteri strangulatus vel epilepsia, quod in vteri strangulatu: compresso ac fricato pudendo ab obstetrice excitatur sensus, in epilepsia non item, aliquas verò strangulatu vteri captas hac compressione reualuisse narrat Gal. sexto de Locis, & Aetius proprio capite. Caterum vteri strangulatus aliquando est primogenium malum, aliquãdo est per cõsensum. Primogenio malo fit ex semine cohibito vel ex retentis mensibus, vt sexto de Locis dicit Gal. qui nono libro de simplicium medicamentorum facultatibus ex solo semine cohibito fieri insinuauit. Porrò licet plurima ex parte ex seminis fiat cohibitione, non est inficiandum, aliquando ex mensium retentione & ex vteri refrigeratione fieri. Per cõsensum verò fit vteri strangulatus vt

DE ARTE CVRATIVA. 325

**I**atus vt dicit Aetius ex ventris repletione, & aliquando hepatis aut splenis causa, quibus affectis vasa ex quibus vterus pendet retrahi solent.

**C**urant vteri strangulatum venę sectio, purgatio, medicamenta quę digerunt, atq; medicamenta quę vteri ascensum cohibent.

**S**ex cohibitis mensibus hæc affectio oboritur, presentaneum subsidium est venas malleoli secare, hæc enim venarum sectio menses citat & sanguinem qui morbi est seminarium euacuat.

**P**urgatio conuenit tam in eo strangulatu qui prisogenium est malum, quam in eo qui per cōsensum est. Etenim si ob prauorum humorum prauitatem menses cohibentur, qui cohibiti hoc malum producunt, nihilo fecius medicamentū purgans conuenit, quam quando in solismensibus promouendis intendimus animum. Porro quod ad mouendos menses sæpe pharmacum purgatorium sit exhibendum, sequenti capite dilucidabitur. Ceterum si ex ventris repletionem vel ex humoribus ex hepate vel liene mutuatis generatur hæc affectio, purgatio magnam opem potest afferre, repletionem verò ventris nunc vomitu, nunc clysteri, aliquando purgante pharmaco ablegabis, atq; prout fuerit hepatis vel lienis affectus præstabis remedium: si obstructione laborant hæc viscera, quę illa recludant porriges: & ita de alijs affectionibus intellige, quarum medella ex superioribus tibi patet. Ceterum quia plurima ex parte quę hac affectione corripiuntur crudita sunt abundans, & si inueterata affectio est ventriculū & cætera viscera debilitat: hieræpicę vsus est commē-

X iij

clarissimus, quippe quæ & viscera roborat, cruditateq; tollit, menses mouet, vterum calfacit, & quodam modo expurgat, atq; non debet esse conuulsus semel atq; iterum illum propinare, sed identidem vt malum præsens depellas & anteuertas futurum.

**A**D discutendum semē vel vitiatos humores, qui in vtero assident & ad tollendam ventris cruditatem, frigiditatemq; vteri, optimus est theriac vel mithridati vsus; ad idem facit confectio de moscho amara, diaciminum, diatrion pipere con: cum hæc medicamenta propinas, enchathismata quæ vterum expurgent & calfaciant in vterum iniicere iuuat: ad expurgandum facit mulsa, decoctum marrubij cui nonihil hieræ picræ conuenienter miscetur, confortat vterum & calfacit pessus ex cōfectione de moscho & puluere diambari: ad idem iuuat suffitus ex dicto puluere & caryo: phyllis & ladano. Cæterum ad calfaciendum vterum ipsumq; veluti manu tenendum, facit emplastrū ad vterum concinatum, cuius multæ sunt compositiones: emplastrum verò non solum pectini ad morum iuuat, sed etiam lumbis: vt colligitur ex ijs quæ dicit Aetius sermone quarto quartæ partis, cap. septuagesimo. Cæterum ad erradicandum malum optimū est synapsimum pectini admouere, qui post cucurbitæ appositionem mire iuuat: hæc dicta sunt de curatione quæ adhibetur ijs quashæc affectio solet corripere, nūc audi modum qui in profulsando paroxifmo adhibendus est.

**T**Empore exacerbationis conuenit, artus vincire extrema delegare, fricare crura. Porro cū vteri strangulatus est citra conuulsionem: omnia hæc facile hysterica tolerat, atq; cum cum conuulsione est,

mirumq;

DE ARTE CVRATIVA.

327

mirum in modum cum frictionibus & ligaturis cruciatur: non tamen ob hoc sunt dimittendę: facit etiam cucurbita cum multa flamma pectini admota, eidem parzi appositus synapismus prodest. Caterum ad excitandam sic affectam quę tetrum fundant odorem sunt naribus apponenda: infrã verò quę suauem odorem aspi- rant, mirum est enim quantum gratis odoribus vterus gaudeat: adeo quod Plato. vel ex hoc solũ vterum esse animal in thimeo dissertauerit. Caterũ chalbanũ, laser pitũ, funiculus lucernarius naribus appõsta iuuant: pef- sus odoriferus paratur ex lanugine fispina intincta in galia moschata vel in sudore algalia dicto, quod si placet miscbis moschum quę vterum quanuis languis- dum poterunt excitare, quod si obstetrix ijs medicamẽ- tistingit digitum & mulieris pudendum fricat, rem sa- tis proficuum faciet, legisti iam quę ex Galeno sexto de Locis citauimus.

**E**st autem hic considerandum, quod ea quę in po- tu porrigitur tempore insultus paroxisimi ali- qua adstringenti qualitate debẽt esse donata: vt deorsum trudent prauos vapores qui ex vtero sursum scandunt: hoc videtur elici ex ijs quę dicit Gale. nono Locali. vbi laudat semẽ plantaginis vel eius succum ex vino, & acetum scyliticum & medicamẽ onyx dictum, quę omnia stipitate non vacãt, laudat in ea parte aga- rici drachmam ex vino, quam non ad purgandum ex- hibere credas; sed ad calfaciendũ. Prout varig sunt vte- ri strangulatus differentiã: sic hæc medicamenta faciũt, si ex mensium suppressione & ventris repletione nasci- tur suffocatio, facit agaricus ex vino, si semen est conibi- tum mire facit acetum scyliticum quod infrigidati & vitiatĩ seminis qualitati opponitur, succus verò plantæ



ginis prohibendo feminis generationem, cohibendoq;  
vaporum ascensum iuuat.

✠ Ad menses citandos. ✠

**Q**uæ sit menstrui sanguinis causa, alibi longo sermone prodidimus: vbi diximus, Galenum tertio libro de Symptom. causis dixisse, hunc sanguinem non toto genere esse præter naturam, sed quantitate duntaxat: sed videtur sibi non constare, quãdo tertio lib. de morbis vulg. commen. tertio ait, est vero menstrua vacuatio non solum vacuatio, sed & purgatio. Purgationem verò esse alienæ materiae per qualitatem, commen. secundo prognos. dixit, quod si menstruus sanguis est alienus per qualitatem, non solùm quantitate peccat: pro hac cõtradiçtione diluenda, dicemus, in muliere inculpata sanguinem menstruum sola quantitate peccare: nec Galenum parte de vulgari. aliud voluisse: volenstamen probare menstruorum suppressio- nem quæ est à partu reliquis mēstrui sanguinis suppressio- nibus esse peiorem, ait: quod mēstrua suppressio quæ est à partu non solum abundantiam, sed insignem parit prauitatē: subiungit sit menstrua vacuatio, etiam purgatio: vt enim concludat non est, sed sit litera debet habere, vt velit scilicet, quod etiã si praua qualitate sit noxius menstruus sanguis, nunquam sic erit vitiatas, sicut quãdo à partu supprimitur: quomodo verò cohercant autoritates Galeni, qui primo lib. de facul. natur. & primo lib. de sani. tuenda insinuauit, sanguinem menstruum esse omnium membrorum matericm: semen verò solùm opificem: & in alijs partibus ait ex semine membra quæ spermatica vocamus creari, alibi iam declarauimus.

**M**enses citant, venæ sectio, purgatio, medicamenta quæ vim habent aperiendi, pedum frictiones, lotionesq;, & medicamenta quæ calidam temperaturam temperant.

**C**um plenitudo apparet, mittendus est sanguis: quod verò ex vena malleoli sepe fundi debeat, Fuchsius & alij contendunt: eo scilicet quod Galenus lib. de sanguinis missione, sectionem venæ malleoli mensuræ citare ait, & quæ in venis manuum fit auertere. Aetius, verò in suppressione mensium quæ ob plenitudinem fit, & ex brachio sanguinem fundere non vituperat: neque in hoc si bene aduertis dictis Galeni reluctatur: non quidem ille ignorabat, quod ad inferna auocandum fusus ex venis malleoli sanguis apprimè cõducatur: considerauit tamen quod ad demendam plenitudinem quæ natura tantum grauat, quod non finit illam per consueta loca euacuationem moliri, quod ex venis brachij detractus sanguis ad modum opitulabitur: congruentius enim plenitudini quæ totum corpus infestat, succurritur: scilicet vena quæ est ad brachium quàm quæ est ad malleolum: ego sanè experientia sæpe vidi, quod in istis quæ multo sanguine abundant, secta axillari vena natura deonerata menstruam euacuationem explebat optimè: nec renuo quod si tunc vena malleoli secaretur, quod natura etiam deoneraretur, & sanguinem excernere satageret. Cõtendo tamen non esse refellendum dictum Aetij, qui & sanguinem ex cubito missum iuuare fuit professus. Porro si solum atrahendi causa venam aperire discernis, venam malleoli sine discrimine secabis. Verum Aetius nunquàm in mensium suppressione sanguinem extrahendum docet, nisi cum ob plenitudinem sanguis supprimitur: ideoq; tam laudauit sectionem venæ brachij quàm venæ malleoli.

Porro ad sanguinem infra promouendū loco verò venæ sectionis tibiae scarificare, vel cucurbitas parti foraminum internæ adiuuere, aliquando fuerit.

**C**um ob vitiatos humores menses non respondent, portigenda sunt pharmaca, quæ dictos humores euacuent: ad pituitosos facit antidotū de datylis & agaricum, cum polipodij decoctio: ad melancholicos facit confectio hamec. cum decocto sennæ & epithimi: sed hæc ex superioribus patent.

**A**d obstruendas venas uteri, sanguinēq; infra ducendum, medicamenta quæ vim habent aperiendi sunt propinanda: quæ quidem maiori caliditate debent esse donata, quam quæ urinam mouent: quia uterus sanguinem mentis riuum non attrahit: perinde ut renes trahunt urinam, promouet menses syrupus de radicibus, syrupus de artemisia, decoctum passij & artemisias ex vino, decoctum calamintæ & cinnamomi, diacalamintha, mithridatum: lib. de sanguinis missione hieram picram laudat Gal. Constat quidem ex medicamentis vim aperiendi habentibus. Hac potest vti ægra septem vel octo dies, ut confectiones aperientes sumere est in viâ. Est verò hic multorū medicorum inscitia notanda, qui noxijs & multis humoribus ea cui menses de sunt scatente, medicamenta efficacissimam aperiendi vim habentia propinant, quæ tunc temporis tantum abest, quod profint, quod nocent humores noxios infra demittendo: præstaret igitur prius hiera picra, vel aliquo leui medicamento purgare, deinde quæ fortiter aperiunt tribuere. Dabis verò medicamenta aperiencia cum in balneo fuerit ægra, vel suffitus, vel vapores calidi admoventur: hoc ex Gal. li. de sanguinis missione colligitur.

**P**Edum frictions lotionesq; quæ cum calido decocto fiunt, infra vocant: verum cum menses fluunt, non vnde quaq; iuuant: quia humores ad vterum fluentes deriuant, & secundum illos qui malleoli sectione in principio vteri inflammationis laudant reuellunt: quod considerans Paulus dixit: probatur interiorum corporis partium arctior cum ligaminibus ad tres vel quatuor dies constrictio, auspicante iam muliebrium stata hora ligamina adimat: ijs etiam astipulantur quæ primo ad Glauco. dicit Gal. qui pedum frictions & vincula in alui fluore non vetat: licet frictions quæ in brachijs fiunt vtiliores censet. Si vero pedum frictio quodammodo ex aluo auertit, cur non ab vtero: quare nõ est eorũ laudanda conuetudo, quod eo tempore quo menses fluunt, venam malleoli aperiunt: prestat tũc quousq; naturam omnem suam operam experderit expectare, vt Paulus inuit.

**C**Um ob calidã intemperiem menses non respondent, ea quæ hanc prauam intemperiem corrigant exhibere monet Aetius: facit syrupsus de intubo, syrupsus de granatis absq; aceto, vltus infrigidãs. Cause vero calidæ quæ menses solẽt suppressere, medici raro aduertunt animum, quare semper medicamenta calida propinant; porro quia aliquando medicamenta frigida temperaturam emendando causa sunt vt menses promoueantur, ob hoc credendum est dixisse Plinianum vigesimo sexto libro cap. vltimo, psylium menses ciere, quod si vi aperiendi hoc psylium facere ille credidit, rationi consentanea minimẽ dixit.

DE VVLVAE  
inflammatione,



Vlug inflammatio perinde vt reliquarum  
 partium inflammationes est tractanda, ple-  
 nitudine apparente mittendus est sanguis,  
 quem ex vena poplitis vel malleoli esse  
 tundendum: videtur in sinuare Gal. tredec-  
 cimo Methodi, & libro de sanguinis missione, videtur  
 tamen harum venarum sectionem multa existente ple-  
 nitudine plus damni quam utilitatis allaturam, quonia  
 sanguinem ad inferna: promouetq; menses, &  
 autore ipso met Galeno decimo tertio Methodi, in prin-  
 cipio inflammationis vteri: fugienda sunt qua menses  
 citant, nec qua Gal. lib. de sanguinis missione dicit vi-  
 dentur conuincere, ait quippe, vteri inflamationes ma-  
 gis etiam quam renum a venis in crure sectis iuuantur:  
 nam qua ex cubito fiunt euacuationes, aliud habent ad-  
 iunctum malum: nempe quod purgationes menstruas  
 comprimunt sanguinemq; ad superiores partes retrah-  
 hant: qua vero fiunt ex cruribus tantu abest vt retrahat:  
 vt etiam menses promoueant: hec ille que potius videt-  
 tur suadere quod in inflammatione vteri secetur vena  
 cubiti quam oppositum dehortari. Si enim vena cubiti  
 sectio ad superiora trahit: & optime a parte affecta re-  
 uellit, sectio vero vena malleoli menses citat, claret ex  
 ijs que ex methodo citauimus, huius vena sectionem in-  
 ter initia inflammationis esse fugiendam, vena cubitiq;  
 sectionem esse eligendam: adde quod Gal. secundo lib.  
 de Arte curatiua ad Glauconem, cap. de causis inflam-  
 mationis dicit, fieri deriuationem ex locis mulieribus  
 venis malleoli sectis, reuulsione vero facta sectione ex  
 venis que sunt in cubitis, atq; cum incipiente inflamma-  
 tione, prius sit facienda reuulsio, quam deriuatio relin-  
 quitur. Vtero inflammato prius venam cubiti qua mal-  
 leoli esse secandam, mitto quod in eadem parte Gale.  
 expresse

expresse laudat ad incipientem vteri inflammationem venarum quæ in cubitis sunt sectione: vbi dicit si in parte dextra locorum passio fuerit, à dextra manu sanguinem detrahendum, sicut si in sinistra parte fuerit ex cubito sinistro: laudat etiam ibi venas crurum parti patienti respondentes, quod ad deriuandum fieri ex superiori sermonis contextu intelligitur. Dicit vero aliquis, quod sicuti ad deriuandum cruris secta vena quæ parti patienti respondet facit, sic ad reuellendum vena oppositi cruris, quando ad reuellendum læso vno crure scarificat alterum. Gal. & secundum hoc autoritates quæ videntur contraria conabitur conciliare: sed de ijs dicta sufficiunt. Cæterum quo ad reliqua, tempora inflammationis seruabis, & prout fuerit tempus localia medicamenta appones, inter initia repellentia, cui rei seruit oleum rosaceum, cum succo plantaginis, exi rodinū, ceratum sandalinum: intra etiam succum plantaginis potes infundere: caue autem intramittere medicamenta quæ acetum habent: quoniam acetum vterū, vtpote partem nervosam multum solet infestare, atque cum nervosam partem audis, non intelligas illū verè nervosum esse: quomodo enim nervosus dicatur, in Enchiridio ex Galeno sexto de morbis vulgaribus diximus esse ad similitudinem: miratus sum verò cur Antonius Musa exponens textum Galeni, qui tertio cōmentario de Ratio. victus habet, vterum esse nervosum, verè nervosum esse senserit. In vigore morbi applicabis medicamenta quæ digerunt, intra applicabis oleum de croco, vel oleū amaracinum, vel nardinum: extra appones vnguentum de agrippa, vel oleum samplici, mixta farina hordei, & meliloti, & fœni græci, & flore camemela: facit ex dictis herbis cataplasma, mixtis verò medicamentis quæ repellunt, cum ijs quæ vim habent digerendi, augmento inflammationis succurres.

## DE DIFFICVLTATE PARTVS.



**D**E difficultate partus multa egregie dicta in medicina scriptoribus reperies, quibus si hæc quæ de naturali partu celebres philosophi & medici dixerunt addideris, operepretiū mea sententia facies, quoniam & indicabunt tempus quo partus est adiuvandus, & aperient nonnulla in quibus multi medici cespitarunt. Porrò autore Hippocrate libro de natura fœtus, & Galeno quinto lib. Aphorif. Aphorismo trigesimo septimo, defectus alimenti est partus naturalis causa: ait quippe in hac parte Gal. Hippocratem citans, alimentum atq; auctio à matre veniens, non amplius est infanti sufficiens quando decem menses præterierunt, & fœtus auctus fuerit: trahit enim à sanguine id quod est dulcissimum, & simul etiam lactis parte aliqua fruitur. Vbi verò hæc illi rariora fuerint, & iam infans molem corporis habet, plus cibi requirens quàm illud quod ad est, calcitrat, & membranas dirrumpit. Hæc ille, ex quibus primo colligitur aliqua parte lactis nutriri fœtum. Colligitur secundo: decimo & undecimo mēse partus fieri vitales, quoniam transactis decē mensibus, partum editis verbis quæ habent: quando decem menses transierint indicatur: hoc vero clarius docet Aristo. septimo libro de natura animalium, cap. quarto, cum ait homini vni multiplex tempus pariendi datum est: nam & septimo mēse, & octavo, & nono, parere potest, & quod plurimum decimo, non nullæ etiam undecimum attingunt, hæc Aristo. in quibus decimo mēse plurima ex parte partum edi dixit, quod Hippo. libro de septimestri partu & Plato quinto libro de legibus docuit, cui sententiæ astipulatus fuit Salomon lib. Sapientiæ, cap. septimo, thi  
meus

## DE ARTE CVRATIVA.

338

meus verò vt dicit Plutarchus libro de placitis philosophorum contendit nonum mensem esse gestationis tempus, qua parte ait Plutar. polybū & Dioclem agnouisse octauum mensem genitalē: sed ad auctoritatem Aristotelis & Galeni regrediamur, ex qua colligitur vltra vñ decimum mensem partum non edi quod nō succinit ijs quę decimo animalium docuit Auicenna, qui & decimum quartum mensem nonnullas attingere docuit: sed vt Arist. citata parte dicit, qui diurniores quam vñ decimo mense nasci videntur latere putātur, latet enim mulieris conceptus initium. Ceterum si decimo mense partus editur, constat repudiandam esse eorum opinionem, qui ob imparis numeri perfectionem septimestres partus vitales esse aiunt, octimestres non item, etenim si hęc ratio valida esset decimus mensis non esset vitalis. Est verò hic obiter annotandum, quod licet Pythagoras in numeris posuerit perfectionem, quod non censuit vt multi putant omne impar esse perfectiorē pari, tā perfectum enim iudicauit quaternarium, quod vt dicit Plutarchus lib. de Placitis philosophorum, quaternarium numerū vt pote in quo vix denarij posita est, quasi sanctissimum iurandum censebant Pythagorici. Porro causam astrologorum esse ridiculosam: ex omnibus ijs quę supra diximus patet, dicunt enim septimestrem partum esse vitalem & octimestrem infelicem, quia septimus mensis dicatur lunę planetę beneuolę: & octauus Saturno planetę nequissimo, si enim hoc verum esset, & decimus mensis non esset vitalis, quādo iuxta eorum computationem attribuitur marti maleuolę planetę: adde quod si sua ratio vera esset, totus septimus mensis quandoquidem vni planetę attribuitur debent esse vitales, contrarium tamen docet Gal. qui lib. de septimestri partu qui non tardius ducentis & quatuor diebus



factum nasci dixit, in qua parte ait esse vitalem qui cen-  
 tum & octoginta & tres dies minus quarta vna attinge-  
 rit: hæc libro de septimestri partu Gal Hippo. tamen li-  
 bro cui titulus etiam est septimestris partus, diebus cen-  
 tum & octoginta duobus ac dimidio & insuper acce-  
 dente diei particula fieri partum ait, vt cumq; sit colligi-  
 tur non integro septimo mense partum edi, totus verò  
 septimus mensis secundum prædictos astrologos lunæ  
 attribuitur, licet alij qui altius astrologiæ arcana dicun-  
 tur rimari, ioui. vii. mēsem tribuunt, & primū Saturno,  
 sed horū signēta & nēnias plus quā aniles dimittamus,  
 quas sufficere diuus Augustinus. lib. v. de ciuitate Dei &  
 Magnus Basilius in Exameron exploserunt: tam doctū  
 q; de astrologorum nēnjs librū edidit Ioannes Picus,  
 q; audeo dicere de illo quod de Plinio dixit Hermo-  
 laus, indoctissimū esse, cui ille non sapit: recantent igitur  
 qui aniles fabulas excoluerunt: nam me qui satis &  
 super astrologiæ fui addictus, huius recantationis non  
 tēdet: sed dices, aperi tu causam ob quam septimestres  
 viuant, & octimestres pereant: quando iam dictis non  
 adhibes fidem. Porro Hippo. libro de septimestri par-  
 tu hoc ob id euenire insinuat, quòd octauo mense agre  
 laborat infans, ob laborem quem ex egressu quem sep-  
 timo mense tentauit contraxit, & impossibile iudicat  
 vt duas consequenter succedentes afflictiones pueri fer-  
 re possint, & eam scilicet quæ fuit in vtero, & eam quæ  
 in partu est: alicui tamen hæc ratio non videretur suffi-  
 ciens, quando & vndecimo mense natus viuit, qui deci-  
 mo mense etiam tentauit secessum: adde quòd quarto  
 mense quem egressiendi conatus non præcessit, graui-  
 das maximè infestari ait Aristot. adeo q; quæ tunc abor-  
 tiunt vitam soleant in mortem commutare. Si igitur vo-  
 lumus, in multas difficultates non incidere, dicamus po-  
 tius expe-

## DE ARTE CVRATIVA. 353

suffoces: vt ex ijs quæ ex Galeno libro de theriaca ad Pisonem audisti, tibi est perspicuum. Estq; hæc animaduersio habenda, ne quid post vehementis caloris & doloris extinctionem, vt Aetius monet, ex stupefactiuo pharmaco in membro permaneat. Animaduerte secundo, q, in dolore quem humor frigidus procreauit, ab ijs medicamentis stupefactiuis est abstinendum: quoniam humores frigidos incrassando, eosq; intromittendo, iuncturasq; sua natura & vi humoris frigidi caloris inopes magnopere offendent. Cæterum inter stupefactiua facit vnguentum populneū, lac bubulum, cui opij & castorij non nihil misceris: facit vnguentum rosaceū succo hyofciami addito.

## DE ELEPHANTIA.



Elephantia vt elicitur ex ijs quæ libro de tumoribus præter naturam et multis alijs locis Gal. dicit, est veluti torius corporis tumor à sanguine melancholico ortus, qui nõ solum cutem asperam & inæqualem liuidamq; reddit, sed ad hæc venas & carnem præhendit: quod fit tumor perspicuum est, quod à sanguine melancholico suum ducat ortum, explicat Gal. lib. de atra bile, qui ijs verbis ait: vbi simul cum febre melancholicus humor foras extruditur gignitur Carbo: quod si citra febrem abscedat: cum sanguine admixtus est, Elephantum parere sua natura solet. Cum autem solus impermixtusq; principio nigrum tumorem efficit: deinde in cæcrum nominatum spatium temporis desinit, hæc ille, ex quibus patet incipientem elephantum non esse cancrum quando in hoc impermixtus est humor, in elephante cum sanguine mixtus. A deo quod scñior

Z

morbus est cancer incipiente elephanto, spatio verò tē  
 poriselephantus migrat in cancrum, quia vt lib. de tu-  
 moribus præter naturam dicit Gal. primam quidē ge-  
 nerationem ex sanguine melancholico elephantus ha-  
 bet. Tēporis verò spatio ipse nigra plus sanguine fit:  
 sed adhuc videtur nunquam sine sanguinis permixtio-  
 ne esse humorem elephantum producentem, quo fiet  
 vt non tam atrociter ac vt verus cācer corpus dilaniet,  
 sed dices cum à solo atr: biliacio humore tumor dicitur  
 per vniuersum corpus procreat, quod habebit nomen,  
 vocabis generali nomine cancrū totius corporis, quod  
 si inueteratum elephātum vis vocare nil deerrabis, atq;  
 non est cur credas: quod vno insultu omnes corporis  
 partes elephanto apprehenduntur, tenet enim in prin-  
 cipio vnam partem deinde aliā: & aliam, donec totum  
 corpus occupet, quod si hęc consideras, non miraberis,  
 quod Gal. libro de inequalitate temperie posuerit elephā-  
 tum inter morbos vnā partem corripientes, locutus est  
 enim de elephanto incipiente: ex ijs verò quæ prædita  
 parte dicit Gal. clare etiam conspicies, nō à loco quem  
 afficit sed ab humore à quo producit elephantum à  
 cancro distingui. Si vero quæ diximus perpenderit vi-  
 debis quam supine ab alijs hæc fuerint discussa. Cæterū  
 diximus elephantum non solum cutem asperam redde-  
 re, sed etiam venas & carnem, quo nomine à lepra &  
 scabie differt, vt lib. de tumoribus Gal. dicit, circa hoc  
 est aduertēdum vt alibi annotauimus lepram arabum  
 esse elephantiam græcorum: lepra verò græcorū mor-  
 bus multo mitior elephantia est, subnotandum est etiā,  
 quod sequētes arabes suam vocatam lepram diuidunt  
 in vulpinam tyriam & leoninam & elephantiam, pu-  
 tantes à quolibet humore ad asito proficisci, sed hoc vt  
 iam explicauimus Gal. nō docet, & si de cuius coram  
 distincio

distinctio est indocta, cum sumendo lepram vt illi sumunt: à quo cunq; humore proveniat est dicēda elephātia, vel leontiasis, atq; quia de nomine morbi agimus, subnotare placet quod multi hunc morbum vocant fatyriasis, sed vt elicitur ex ijs quę libro de tumoribus dicit Gal. solum cum incipit hoc nomen antiqui illi deuderūt, dicitur vero fatyriasis similesunt vultu, vel quia illis est quædam alacritas ad coitum, quæ non tam venit quia semine abundant; quam ob flatulentum humorum caloremq; pruriginosum, licet enim melancholicus humor sua natura frigidus sit qui elephantiam producit ascitium habet calorem, qui in venerem irritat. Cæterum grauis est hic morbus, & prope ex eorum numero qui incurabiles existūt, & grauis quidem est ipsi ægro intolerabilis conspicientibus, & sanè malum est cum ipsis conuersari vt dicit Aetius, quoniam ex vlcærum fœtore & ex vitiosa spiritus exhalatione ambientem aerē inficiūt, qui quidē à circūstantibus attrahitur. Porro licet ego libenter asseram homines, qui tam infectos humores habent, non posse ijs qui secum conuersantur magnā noxam non inferre. Non possum tamen mihi persuadere, (quidquid dicent quidam) hominis sani naturam posse esse alteri homini aduersam, & toto genere præter naturam: ait quippe Gal. liq. de inæquali temperie: inde fit vt aliqua animalium conuenientes inter se succos habeant, aliqua non solum conuenientes, sed etiam quæ se mutuo corrumpant, veluti homo atq; vipera: at non homo hominem morfu interimit, neq; vipera viperam: siquidem quod simile est id congruum amicumq; est, quod contrarium est inimicum ac noxium, omnia hæc Gal. quæ perspicue damnant eorum opinionem, qui arbitrantur vnus hominis temperiem tam disparem alterius hominis naturæ esse,

vt credant vnum hominem in aliud vibrare venenum, quod nec aspis facit in aspidem, nec scorpius in scorpium. Caterum si dictis Galeni attentè animum aduertis, forsan dubitabis an sint effascinantés homines, quoniam si vt Gal. dixit, quod simile est, congruum & amicum: nullusq; homo límites humanæ transgreditur naturæ, non videtur quo modo in eadem spetie sint totre pugnantia, nam vt vipera non interimít viperam, nec basiliscus basiliscum, quia similes sunt: sic videtur hominem alteri homini non esse venenum. Sed dices: à viris grauisimis est scriptum, homines esse qui visu interimant: quod Ifigoni & Nymphodori sententia narrat Plini. septimo lib. cap. secundo: à qua sententia non ablutit Aulus Gellius lib. nono de noctibus, cap. quinto: quæ opinio sic sapientum & vulgariū induit mentes, quod nullus est qui non opinetur, anus esse quæ infantibus vt potè tenellis magnopere visu officiant: quod si hoc euenit vt multi arbitrantur, quia ex prauis humoribus in anis genitis, qui per oculo transpirant lęduntur infantes, videtur quod ex Galeno nuper citauimus non esse vnde quaq; verū: ego verò dictis Galeni adhærens, non absolum iudico asseuerare, hominem sanum nullatenus tam aduersæ naturæ alteri esse, vt visu vel tactu possit illum offendere: quæ enim dixit Ifigonus quæ ex apollonide retulit Plini. non tanta ratione sunt munita, vt illis prorsus acquiescamus: non enim rationi concinit, quod homines sint in vno oculo geminam habentes pupillam, in altero equi effigiem: nunquam tantum est nauigatum quàm præsentis sæculo, nunquam ad tam abdita loca, tam ad remotas plagas quàm præsentis ætate ventum est. Nemo tamen refert homines vidisse qui in oculo habeant equi effigiem; vel habeant geminam in vno oculo pupillā, nec creditu videtur dignum. Iam quod fate

quòd fateamur esse qui duplices pupillas habeant, quòd hi nocerent visu, cur enim aucta pupilla cū veneno habitura erat commertium. Quòd si certe aliqui homines sunt qui alijs tabem afferant, non ex naturali veneno in oculis genito fieri est arbitrandum: sed ex incantamentis, ex quibusdam delusionibus, quibus prauum hominum genus solet esse multum addictum: etenim quòd magicis, veneficijs & cantibus, nodisq; quibusdā homo hominem possit multum infestare, vn decimo libro de legum latione Plato dictauit. Hinc etiam potes per spicere, quòd ab incantamentis præcipuè hoc veniat malum: nā ab incantationibus petitur medella, & mulieres quæ ijs deliramētis infantes irretiūt, cōtrarijs prestigijs solent morbū dissoluere. Quod enim quidā dicunt qd anus eo quod fixe imaginātur, eoq; quod sanguine mēstruo non purgantur hoc possint factitare, rationi est dissentaneū. Primo quia si ex praua imaginatione prauos humores accumularent, qui per oculos trāsmissi infantes læderent, consequium est quod ipsæ ab ipsis prauis humoribus multo magis quam pueri læderentur, quando proprius illas attingerent, quod verò dicūt de sanguine mēstruo est ridiculum, quando anus non eget purgatione mēstrua, & quia frigidi & sicci sunt temperamenti humores habēt minus quam iuuenes, ad exhalandum aptos: quo fit, si suis rationibus inhæremus, vt anus minus possent offendere. Ceterum silentio nolo inuoluere, qd postquam hæc de effascinatione sic dictauit, vidi Magnum Basilium meam opinionē prius sic confirmasse, qd pedibus & manibus me coegit in dictam sententiam ire. Ait quippe homilia de inuidia: inuidios putant quidā etiam per oculos solos noxam immittere, vt corpora bona habitudine prædita, & ex gratia vigore ad summam pulchritudinem efflorescentis

colliqueſquant ab ipſorum inuidia, & tota moles aceruatim contrahatur, velut fluxione quadam pernicioſa ex inuidorum oculis diffluente, & legente, ac corrupte: ego verò hanc fabulam vt popularem repudio, & ab aniculis in gingceum ac muliebre conclaue inductam: illud autem aſſero, q̄ oſores probitatis dæmones vbi voluntates reperiant ſuis conſimiles omnino ipſis ad ſuum propoſitum abutuntur: quare etiam oculis inuidorum ad ſuæ voluntatis miniſterium vtuntur. Hæc eloquentiſſimus Baſilius: quibus etiam concinnunt, que diuus Chryſoſtomus, & ſanctiſſimus Hierony. in expoſitiõe textus, quis vos fascinavit qui Apoſtoli eſt ad Galatas, ſcribüt. Hæc de fascinatione ſint obiter hic dicta: nam cum de periculoſa conuerſatione quæ cū elephantiali correptis habetur, ſit facta mentio: non abſonū cenſui hæc hic inferere: ante tamen quàm coronidem addam, notandum eſt, q̄ contra illud quod ex Galeno citauit, ſaliuam hominis non eſſe nocuam hominis ſaliuæ videtur eſſe Aetius qui ſermone primo quarti quaternionis, morſum hominis inter virulentos morſus Archigenem ſequens numerat. Senſui porrò videmus hoc repugnare, cum nutrices cibaria ſaliuæ imbibita infantibus porrigunt, ſine infantium ſalutis diſpendio. Cæterum eſto q̄ hominis ſaliua alteri homini non ſit noxia, rationi quadrat, q̄ vulnus illatum à dentibus difficilius curetur, quàm illatum à ferro: quia dentes mordendo humiditatem immittunt: quæ quantumuis ſit veneni expers, vulnere curando eſt in remedimento, niſi quis dicat eſſe in dentibus hominis virus. v. r. ini. vn. decimo libr. cap. vigefimo ſeptimo viſus eſt ſentire. Sed de ipſo noſtro tractatu de venenis plura. Ad elephantiam nunc vnde ſermo de fluxit reuertamur, cuius regionē induſtricem eſſe calidam & vehementer frigidam dicit Aetius: ob hoc ſciliç

hoc scilicet q̄ calida sanguinem adasset, & frigida frigiditate suo eundē congelet, & perspirationes prohibeat. Gal. tamen secundo lib. ad Glauconem, regionem frigidam rarerer hūc morbum inducere insinuat, qui ait in Alexandria elephātis morbo plurimi corripuntur, propter victus modum & feruorem: & in Germania & Mysia rariſsima hæc passio videtur, cuius rei contrarię debent esse causę: frigiditas scilicet regionis, & temperatior victus. Regio verò plus debet adiuuare, nam cibarijs crasis Germani velcuntur: nec videtur in ijs regionibus licet satis frigida sint sanguinem congelari, caloremq̄ suffocari: imo à frigiditate adiuuatur, & roboratur calor, viuidiorq̄ est illis q̄ ijs qui calidam regionem habitant: sed dicent aliqui, Germaniã non esse regionem vehementer frigidam: sed hoc non fatentur, qui ex Syria vbi Aetius habitauit illuc se appellerent. In eadem parte dicit Aetius, quòd elephantus præcipuè inuadit pueros & iuuenes, maximè quo tempore pubescere incipiunt: hoc aliquibus videretur difficile, nam cū elephantiasis à sanguine melancholico oriatur videtur eam ætatem quæ hunc humorem plus generat frequentius inuadere, atq̄ cum pueri sanguinem melancholicum minus quam adulti gignant, sequitur eos elephantiasis esse minus procliues, respondebunt tamen alii qui: hoc ratione sanguinis menstrui euenire, cuius vis in pueritia frequentius manifestatur, non mireris cum hæc audis. Quoniam ob sanguinem menstruum qui in venis puerorum latitat exanthemata frequentius ætatem puerilem quam alias ætates inuadere fatentur, absurde dicitur cum nō sanguine prauo nutriatur fœtus, vt libro de fœtus formatione dicit Hippocrates, & Galenus quinto libro Aphorismorum, Aphorismo trigesimo septimo, & multis à ijs locis. Porro nec sanguis infectus qui tem



pore partus expellitur decem menses in utero referuat: sed in venis matris continetur vt in Enchiridio esse ad mentem Galeni, iam diximus: quod si in utero non detinetur ille vitiosus sanguis, ex eo noxam non contrahent pueri. Cæterum si verum est quod pueros frequenter inuadat elephātia ex eo prouenit, quod licet fœtus purissimo sanguine alatur intra uterum cõtensus & oclusus: à redundantia superfluitatum nõ potest cõgrue expurgari: ac si in edito loco esset expurgaretur, quod fit vt postquam in lucẽ est egressus: natura semper morliatur humorum expurgationem: mitto quod humores in infantibus nõ sunt perfecte decocti: sunt enim veluti si mustum dicas, natura in eorum coctione intendit: in qua veluti in musto cõtingere solet, excrementicia partes separantur: nec solum natiuus calor ipsos humores coquit, sed etiam mēbra quousq; ad integritatem ipsa produxerit: vt ex ijs quæ libro de Marasmo, Gal. dicit colligitur. Porro in hac naturæ coctione nunc manifestantur vlcera in capite, nunc psora, aliquādo variolæ: quas Aetius forsan sub elephāto voluit complecti. Cæterum quia nunc ingluuies & in pueris regnat: quia etiā infantes sic indulgent vino ac lacti: hæc humorum redundantia magis apparent morbusq; variola dictus familiarior est pueris quã præteritis seculis debebat esse. Nã non memini quod grecorum vllus faciat hũc morbum pueris familiarem. Vinũ quippẽ calori puerorum additum veluti fermentum ebullire facit humores & naturę expurgationem impellit. Porro si tam frequenter hic morbus præteritis seculis pueros vt nũc inuaderet, non dubitandum est, quod nihilo secius ponerent illum inter morbos puerorum familiares ac reliquos quos expresserunt: tantum verò abest quod hoc fecerint quod nec peculiare huic morbo dedere nomen: nam quod

variola  
 à pueris  
 inter se  
 nunc  
 familiaris  
 pueris

quod quidam vocant exanthemata, generalius est nomen quam quod variolis conueniat, siquidem variolæ semper sunt cum febre, exanthemata sunt aliquando sine febre: ait quippe Gal. libro de atra bile, sed alia quæ pluribus non febrientibus exanthemata per cutem crassescentem oriri videmus: hæc vero sint per transe- nam dicta ad quæ explicanda dictū Aetij me inuictauit.

**C**Vrant elephantiam venæ sectio, purgatio, res quæ prauam temperaturam corrigunt, medicamenta quæ extergunt.

**C**VM elephantiasis signa apparuerint, confestim sanguinem esse auferendum monet Aetius, quoniam reuiuiscit inde aliquo modo insitus calor: vt sensibilibiter corpus alleuetur: est vero parce sanguis fundendus, quod si malum altasegit radices, à sanguinis detractione esse abstinendum docet Paulus, ob hoc scilicet ne fiat à cute in profundum ac intima trāsumptio. Porro hæc causam multi assumunt, ad probandū quod in scabie inueterata, vena non est secanda: verum errāt toto cælo, quoniam quando scabie totas suas radices egit, non est tam deprauatus morbus: ac incipiens elephantia. Quod si incipiente elephantia non interdicitur venæ sectio, cur in scabie affecto qui sanguine abundat est interdicienda: quod si dicis ab interna fit reuulsio, inficiabor utiq;, quoniam si vbi vires valēt, & vasa non sunt exinanita, non est cur per venæ sectionem cogatur ex cutaneis partibus humores trahere, quod si cogentur non sic humores scabiem producentes qui solum iuxta cutem sunt ad intima remeant, vt humores elephantiam gignentes, qui altius adherēt, & ipsas venas prius attingunt, Cæterum si incipiente elephantia licet

Inter initia venam secare, non absolum censerem mittere sanguinem in viro plethorico cui incipiunt pilulare exanthemata, quando scilicet extruduntur segniter, & non pro multitudinis ratione: quoniam si multa est plenitudo, non timor est quod venæ internæ humores ad cutem transmissos reuocabunt, quod si semper velis tarris venæ sectione facta necessario ad interna fieri humorum remigrationem, teneris fateri quod in carbunculo qui ab humore non minus pernicioso quam est is qui exanthemata producit oritur, nullatenus esse venam secandam, ridebunt aliqui quod hoc probare sic annuntiar, sed minime mirabuntur qui sciūt maiorem partem medicorum qui medicinam faciunt, religiosum habere exanthematibus apparentibus sanguinem fundere.

**P**urgatio fit medicamentis atrum humorem cientes, quæ non semel sed iterum atque identidem sunt porrigenda, quoniam maligna & difficulter cedens affectio est, faciunt ad euacuandum pilulæ arabicæ, pilulæ indæ, pilulæ de lapide lazuli, diascena, confectio hamec, hiera colocyntidis.

**I**n hoc morbo conducunt primæ tenet theriaca, quæ præter alia salubria medicamenta habet carnes viperæ maximum huius morbi antipharmacum, atque hæc carnes paratæ miram opem hoc morbo correptis solent exhibere, præter hoc enim quod nutriunt medicamentis totam habent qualitatem, nempe excalfaciunt & desiccant, & per totum corpus euacuant vt vndecimo libro de simpli. medica. facult. dicit Gal. huius autoritatis occasione dixi ego in meo libello de vino, viperas esse calidi temperamenti: nec verum esse quod sola animalia frigida

frigida: hyeme deliteſcant. Si em̄ pro proportione qua animalia in temperatura excedunt carnes quoq; diffe- runt atq; exuperant: vt in eadem parte dicit Gal. cōſtat ſi carnes viperæ calidi ſunt temperamenti ipſas vyperas calidæ eſſe naturæ, ſed de ijs alijs. Porro parandæ ſunt hæ carnes amputato capite & cauda, detractaq; pelle exemptiſq; interioribus viſceribus, aqua deinde affuſa anethoꝝ ibi iniecto, vt Gal. dicit lib. de theri. ad Piſo- nem: poteſ etiam vt alijs placet addere oleum & vinũ. Caudas enim inquit ob id amputandas quod ſordidio- rem ſubſtantiam magiſtrahunt. xj. verò libro de Sim. medi. faculta. à ratione dicit alienum, caudas adimere, nec dicere licet inquit: quod id faciendum ſit ob recre- menta tum liquida tum ſicca. Nam interfectiſatq; exco- riatiſ apertiſq; exempta interanea omnia abijcimus, vt ſola ſit carniũ ſubſtantia. Cæterũ Dioſco. ob id quod caput & cauda carne vacant amputanda eſſe dicit. Por- rò iam quod Dioſcoridi daremus: ob id amputari cau- dam non videtur acceptandum eſſe, quod de capite di- cit, quoniam nõ ob hoc quod carne vacat abijcitur, ſed ob venenum quod ore cõinet, vt vndecimo de Simp. medica. facult. à Galeno eſt enarratum, quod ſi viperæ carnes cũ ſolæ exhibentur, vel theriacæ confectionem ingrediuntur, à veneno iam ſunt immunes, taxandus eſt gentiliſ & multi aliq;, qui eo ex ijs carnibus theriacam parari aiunt, vt earum venenofa ſubſtantia reliqua me- dicamenta ad cor aſportet, induit enim eos in ſana opi- nio, quod ſua natura venenum petit cor: ſed vt in quin- qua genis iam dixi, commertium nullum cum corde ha- bet venenum: ſed ideo creditur venenũ cor petere, quia cum vitalibus potentijs officiat, autumant multi recta cor properare. Sunt verò aliqua venena quorum natura nõ eſt vitalibus vel naturalibus facultatibus, ſed anima-

libus officere, qua ratione posses dicere petere cerebrum: vtralia sunt quæ membris vrinæ incommodât vitalibus & animalibus potentijs illi esis, sed ad vyperas regrediamur, quas ex humectioribus locis esse capiendas Gal. & cæteri probati autores docēt: multi autem nam nisi ex locis aridissimis eas volunt venari, non aduertentes quæ viri classici docuerunt: est etiam utilis caro colubræ quæ ex locis siccis est melior, e go quidem in anti-qua scabie magnam vtilitatem in carne colubræ vidit: aliqui vyperas exhibent gallinis quibus nutriri volunt elephanticum: hoc remedio vsus fuit Aurelianus, sed in morbo tam atroci, vix faciunt viperæ nedū caro galli-  
mæ quæ viperinæ carnis non nihil imbibit.

**A**D extergendum faciunt vnguenta desiccatiua, mire facit theriaca, & oleum de viperis, facit vnguentum marciatum cui radicem betæ vsq; miscebis, optimum paratur vnguentum ex punice vsto & sulfure & gallis & cocleis vitis cum adipe vulpino, & oleo de viperis, & succo rumicis acuti, quod & ad pforam non instrenue solet iuuare, ad tollenda vestigia quæ ex lepra vel variolis remanere solent, laudant quidam pro magno secreto acetum acerrimum destillatum, sequenti verò die dicunt abluendum esse locum aqua in qua furfur & malua decocta fuerint.

FINIS.

368

## LIBER QVARTVS

Qui sub compendio Febres curandi tradit Methodum.



Ebris autore Galeno sexto vulgar. commen. primo est præter naturam caliditas maxime quidem in totum animal effusa, sin minus aut omnino vel in plurimis partibus vel in nobilissimis accensa, ex qua diffinitione patet quam futilis sit eorum questio, qui anxie investigant, an necessario febris totum corpus occupet. Porro fit febris Galeno in multis locis autore, calore naturali igneo reddito: adeo vt sub diffinitione vel descriptione possit comprædi: quod dicit primo libro de Ratione victus, febrem scilicet esse cõuersionẽ natui caloris in igneũ: explicatur enim per hoc febris caloris natura, modusq; suæ productionis. Cæterum febris triplex est genus, est quippe febris diaria, humeralis, hec̃tica. Porro febris quæ proprie diaria est, ab incensis spiritibus ducit ortũ, est verò alterũ diariorum genus, quæ ex sanguinis feruore in ijs qui sanguine abundat oboritur. Febris verò quæ id genus est ad tertium vsq; diem potest extendi: porro vocatur diaria licet hominis etymologia reclamet, quia vt dicit Gale. nono Methodi conuenienti nomine destituti: ne aliud genus denuo configeretur clarioris simulq; breuioris doctrinæ gratia ab eo quod sæpius eis accidit nomen est inditum. Hæc verò febris alio nomine synochus non putrida nominatur: porro Aetius de diarijs plurtium dierum aliter videtur loqui, qui quidem in corporibus vitiosis humoribus prædictis dicit eas exci-

tari, synochumq; non putridam inter diarias non numerat: sed postquam de diarijs multarum dierum tractauit, proprio capite de synocho non putrida sermonem agit. Hęc verò Aerij opinio tota diametro Galeni dictis oppugnat: quādo hic obstructionem citra putredinem nisi id quod transpirare desinit, copiosum sit & calidum, febrem non posse generare sensit. Verū non videtur creditu indignū, in corporibus vitiosis humoribus præditis, vasis circa cutem multū obturatis, quod citra putredinem illi humores calefiant, quorum quidē calor duret circa primum ac secundum diem: qui quatenus citra putrefactionem est, nec membrorum eī habitus dicatur diaria: atq; videtur quod ea febris quæ exhibilis efferuescentia proficitur, de qua Gale. decimo Methodi tractat. Eadem ratione sub febrium ephemerarum genere complectitur. Est quippe citra putrefactionem, nec solidas corporis partes præhendit: quod si vt ex Galeno nono Methodi citauimus, omne febrium genus ad diarias, & putridas, & habituales est referendum: non videtur ad quod genus hæc potius quàm ad diarias referantur. Obstat tamē quod Gal. teor. sum de his agit mentionem, & nono Methodi dixit nō ex alio humore quàm ex sanguinis feruore diariam pluriū dierum excitari. Aetius etiā diuersum caput his quàm diarijs plurium dierum dedit. Porro hæc febres quatenus ex accensis vaporibus fiunt, breuiq; finiuntur optimē videtur ad diarias referri: quatenus verò earū calor mordax est & ficcus, corporaq; arida vt plurimum præhendit, quandam similitudinē cum habituali febre habent: sed de ijs hæc tenus. Caeterum secundum febrium genus earum est quas putridus concitat humor, quas acutas vocari dicit Gal. tertio vulg. commen. primo. Verū proprie non omnes febres ex putridis humoribus ortæ sunt  
acutæ

DE ARTE CVRATIVA. 367

acuta, quando solas febres assiduas esse dicendas acutas, Gal. primo de Ratione victus dixit. Non tamen me præterit, quod tertio lib. Apho. Apho. vigesimo nono, tertianam febrem numerat inter morbos acutos: quod forsitan fecit, attendens breui terminationi & pravis symptomatibus, quæ aliquas febres tertianas solent commitari, vel dices ibi intellexisse de tertianis continuis, sed non est suus mos, tertianas continuas ab ardentium febrium genere separare. Parte vero citata est exaratum, febres ardentes & tertianæ, textuiq; Hippocratis concinnit, q; tertianæ intermittens ibi fiat mentio, quando & iuuenibus est familiarissima. Cæterum humores febres producentes tres sunt, vtraq; scilicet bilis, & pituita: illud enim q; libro de natura hominis reperitur, omnes febres à bile proficisci nõ videtur ab Hippocrate esse dictatum: nisi dicamus, q; eatenus dicuntur omnes febres à bile proficisci, quatenus omnes humores siue pituita, siue sanguis sint: cum producut febrem, bilis accedunt naturæ. Calor quippe insitus in sanguine & pituita subsistit, vt octauo de decretis Gal. dicit: cum vero redditus est igneus, ex sua natura potius humorem biliosum, vel ei accedentem pro subiecto desiderat, nã calor naturalis ex frigiditate est contemperatus, vt parte citata dicit Gal. ex qua clare colligitur, pituitam præter sanguinem esse humorem naturæ familiariorum. Colligitur secundo veram pituitam minus officere vitæ durationi, quam bilem: porro quia cum calor nõ optime ex frigiditate contemperatur, sed fit igneus in calidiore, & vt ita dixerim, biliosa sanguinis substantia consistit, putrefactusq; sanguis breuiter transit in bilem, atq; eandem habet accessionum proportionem, ac bilis. Ideo febrem ex sanguine putrido genitã, biliosam vocauit Gal. nec simpliciter dixit biliosam, sed quodam-



modo biliosam, ac si clare dixisset: non ratione primarij humoris à quo enascitur, sed habito respectu ad accessionum proportionem, quæ cum ea quam biliosæ febres habent eadem est, dicitur biliosa. Cæterum febres ex ijs tribus humoribus quos diximus excitatæ, in duplici sunt differentia: quædam quippe sunt assiduæ, alteræ intermittentes: assiduæ sunt cum humores in vasculis putrescunt, ibiq; manent: intermittentes cū per totum corpus humores deferuntur: hæc cum frigore, vel rigore inuadunt humoribus externa membra motu celeri percellentibus: illæ vero sine rigore vexant, non eo quod humores à quibus dictæ febres producuntur, in vasculis sentiu expertibus, vt quidam perperam docent: nam venæ autore Galeno lib. de ita quali intemperie nõ obulse sentiunt, præter cæteraq; membra vario dolore afficiuntur: causa vero ob quam citra rigorem sunt febres assiduæ, est quia humores à vasculis in quibus putrescunt nõ egressi nouam non inducunt alterationem: ob id dicit Gal. secundo lib. de differentijs febrium, quod febris continua cū exquisita fuerit, neq; rigorem, neq; horrorem habet, quod intelligendum est de rigore per circuitus repetente: nam contingit aliquas febres continuas cum rigore incipere, maligno scilicet humore naturam multum stimulante: quapropter huiuscemodi rigor perniciosissimus Galeno primo vulga. commen. secundo iudicatur, quærit, non oportet decretoria statim allucere: quo fit vt rigores in principio febriū ardentium sint perniciosi. Cæterū est notandū quod licet febris continua non habet rigorem, quod aliquando nõ est citra aliquam tepiditatem, quod insinuauit Hipp. cum primo de Ratione victus texto quadagesimo sexto, à forbitiõe motet temperare, cum pedes sunt frigidi. Atq; quod non omnes febres continuas careant frigore in febri lipyria  
clare

clare perspici potest: quævt Gal. dicit secundo lib. prognosticorum, commento quarto, accidit: propter magnitudinē inflammationis, quæ est circa viscera, in qua interiora vruntur & extrema frigent, sed de ijsiam factis. Nunc de qualibet specie febris aliqua speciatim annotemus. Porro febris ex sanguine producta, quæ continens Galeno dicitur in triplici est differētia, quædam enim à principio equali intensione perdurat, quædam semper augetur, alia semper minuitur vt nono Methodi & alijs multis locis Gal. declarat, à bile verò febris ardens & tertiana excitatur: humor enim has producens febres, idem est qui si in venis manserat febrem ardentem generat, si per totum corpus defertur tertianā. Porro febris ardens vt secundo de crisi dicit Gal. vel cum alicuius mēbri est inflammatione, vel citra alicuius partis inflammationem accenditur, mos verò veterum est, vt ille primo vulg. comm. tertio inquit, quæ ex alicuius partis inflammatione accenditur, non febrilem morbum sed pleuritim scilicet vel hepetim (prout fuerit scilicet membrum inflammatione affectum) vocare, atq; cum inflammatio magna circa viscus aliquod est, adeo vt internis partibus ardentibus extrema frigeāt, febrem lipyriam secundo libro Prog. comm. quarto Gal. vocat. Aetius verò febribus ex inflammatione vel si maus ex erysipelatibus viscerū ortis, propria nomina dedit, vocat lipyriam quæ est ex erysipelate circa vētrem, fusmosam quæ ex erysipelate circa iecur, algidam quæ ex erysipelate circa pulmonem, qua parte in duobus Galeno dissensit primum est, quod solam vocat lipyriam, quæ est ex erysipelate ventris, cum Gale. ex cuiuslibet visceris magna inflammatione febrem ortam vocat lipyriam, secundū est, quod Gal. nō ex erysipelate viscerum, sed ex eorum inflammatione dixit lipyriam pro-

ficisci. Febres verò quæ ex viscerum erysipelate oboriuntur malignas ardentes vocat secundo libro de crisi quas à lipyrijs libro de inæquali intemperie distinguit, ubi ait in aliquibus febribus sentitur calor in visceribus & in externis partibus vniuersis: ignis, tales perpetuo febres sunt, quæ græce lipyrie vocantur: præterea quoddam ardentium febrium perniciosum genus: hoc verò genus est earum febrium quæ ex erysipelate viscerum oboriuntur: de quo secundo libro de crisi mentionem fecit, ex omnibus ijs patet, quam diuerse de febre lipyria loquantur arabes quam ex pituita proficisci docet, in febris etiam hepialæ declaratione etiam differunt, dicunt quidem hepialam febrem esse, in qua calent interna & externa frigent, quam à pituita vel bile crassa proficisci dicunt, Gal. verò ut elicitor ex ijs quæ dicit libro de inæquali intemperie, hepialam febrem vocat in qua simul in vna & eadē parte sentitur calor & frigus, hanc dicit proficisci ex duplici humore ex vitrea scilicet pituita & bilioso humore simul ad externa membra delatis, non tamen inficiandum est, quod alijs multis modis febres quæ varie afficiant possint produci, in quibus si simul sentitur calor & frigus sub hepialæ nomine complectentur. Caterum febris ardens quæ citra alicuius visceris inflammationem vel erysipelā proficiscitur, vrit magis aut minus prout fuerit humor eam producens. Etenim febris quæ ex flaua bile excitatur ardentior est ea quæ ex rufa bile producitur: quæ verò ex rufa bile generatur intensior ea quam palida produxit bilis, à quocūq; verò humore producatur cauius remissionem habet: vt secundo de crisi dicit Gal. vnde constat errare qui citra remissionem febrem ardentem esse docet, quantum verò hallucinatus fuerit Herculianus qui dixit. In febre ardente imparibus diebus fieri remissiones, eo quod hu

DE ARTE CVRATIVA. 371

quod humores ad externa tunc mouentur, iam in En-  
chiridio diximus: nec mihi quadrat quod quarto libro  
Apho. Apho. quadrag. esimotertio dicit Fuchsius, qui  
quidem ait. Ardentes febres secūdo die validiores esse  
oportet, vt pote in quibus tertio die noua semper inci-  
piat accessio, atq; vigor in secundum incidat diē. Por-  
rò cum dies in ægritudinibus nō numeretur à media no-  
cte vel à solis ortu: sed ab ipsius ægritudinis insultu. Ter-  
tiusq; dies sic computatus vigorem complectatur acces-  
sionis, Fuchsi ratio inualida est. Si enim quod ille dicit  
verum esset, diebus paribus in febre ardente fierent iu-  
dicia, quādo in vigore accessionis iudicia fieri solent.  
Caterū tertiana febrisque ex bile vt iam diximus per-  
inde vt febris ardens suum habet ortum, quo humor eā  
producing penitiores partes minus potest vexare, hoc  
est illa securior, aliquando vero in numero ardentium  
februm numerat tertianam Gal. vt videre est in ijs que  
oçtauo de decretis dicit: eatenus porrò est dicenda fe-  
bris ardens, quatenus in humore febrem ardentē pro-  
ducente communicat: quod si libro de morborum tem-  
poribus reperitur, tertianam febrium esse deterrimā.  
Tertiū esse deprauatū intellige, qm̄ si de tertiana esset  
fermo, verba q̄ ibi scribit Gal. minime cohererentes, ille  
em̄ Apho. iij. libri exponēs qui habet febres quocunq;  
non intermittentes tertio die fortiores sunt, dicit. Non  
enim hoc ait Hippo. quocunq; modo declinant, nam  
hoc falsum est, quippe cum tertiana febrium sit deterri-  
ma: tamē in declinationem quibuslibet manifestā per-  
uenit, hæc ille in quibus vult probare, quod nō de quo-  
cunq; modo intermissionis locutus sit Hippocrates, sed  
de intermissione quæ ad integritatem venit: atq; cum  
tertiana ad integritatem veniat, male concluderet non  
loqui Hippo. de ea intermissione, quam habet febris

tertiana: putandum est igitur quod ubi textus habet tertiana omnium februm est deterrima, est scribendum semitertiana, in qua quidem febre optime quod intendit rat: probat Gal. hæc enim declinationem vel remissionem habet, non tamen vacat periculo, quia declinatio non venit ad integritatem, quod si veniret citra periculum esset: ut aphorismus quem Gal. exponit palam docet: non citra cautam vero semitertianam pro exemplo parte citata Gale. assumpsit, quia in aphorismo citato Hippocrates hanc semitertianam scilicet, quæ tertio die fit validior esse periculosiorem dictavit. Porro nec mirum quod aliquis diceret, quod libro de temperibus cum dicit Gal. tertianam februm esse deterrimam quod de tertiana assidua sit locutus, sed quæ diximus dictis Galeni magis quadrant. Cæterum a pituita duplex februm oboritur species, quædam est cœtinua: intermit- tens altera, quæ eo quod quotidie inuadit dicitur quotidiana: id vero quod lib. de morbis secundo Hippocrati ascripto reperitur, quæ scilicet febris à bile quotidie corripit, non est ad grauium autorum mentem, forsitan qui hæc dixit in hanc incidit opinionem: videns tertianam duplicem quotidie molestare. Porro Alexander Aphroditæus lib. de Febris ephemeram vocat quotidianam, sed cum ephemeram vnum non transeat diem, quotidianæ nomen illi minimè adaptatur, ab atra vero bile generatur quartana quæ duplex est intermittens, & assidua. Quatum vero hallucinatus fuerit Trallianus, qui atram bilem producentem quartanam non putrefieri senserit, iam in Enchiridio annotauimus: porro quintanæ & sextanæ atra bilis etiam solet esse seminaria. Porro quartana ut primo de morbis vulga. commẽ tertio Gal. dicit, ipsa sua sponte periculo vacat, cui sententiæ alludit quod dicit Corne. Celsus quartana ne  
minem

DE ARTE CVRATIVA. 373

minem iugulat. Cæterum post pilorū defluuium quartanam febrem non esse vltra annū, sexto vulg. sectione sexta dicit Hippocrates, alij legunt quartanam ante annum non desinere: hoc plurima ex parte est intelligendum, sicut et illud nō esse vltra annum si absolute legas: vidi enim ego aliquos & octo annos à quarrana fuisse correptos. Porro si ex quartana fit quotidiana in malis esse egrum, dicit Celsus, atq; cum hæc hic autor dicit: non intelligēdum est fieri quotidianam: eo quod atrabilis migret in pituitam, sed quotidiana fit a multishu: moribus crudis quos prauo regimine, detenti quartana acervant, fit etiā quotidiana id est quartana alsidua, vel triplex quartana, quæ quotidie inuadit: quotidieq; medicorum inscitia quæ pharmaca calfacientia in principio adhibent inducitur, vt primo libro ad Glauconē Gal. dicit. Cæterum quartanam nūquam hibernis mensibus incipere dicit Plini. septimo libro capi. quinquagesimo, cui experientia & ratio refragantur, nō quippe videtur cur melancholicus humor & vigēte bruma non putrescat, & quartanam pariat: aduersatur etiā Plinio magnus Hippocrates, qui secundo libro Apho. quartanas hyemales cæteris esse longiores dixit, nisi quis pro Plinio dicat, quod Hipp. non dixit quartanas quæ hibernis mensibus incipiūt esse maximas: sed inter autumnales eas esse maximas, quæ attingunt hyemem, vt pote sunt illæ quæ in fine autumnii incipiunt: dicitq; ob hoc Hippocratem quæ ad hyemem coniunguntur dixisse, & non hyemales, quia hyeme nō incipere quartanam vt Plini. etiā voluit. Verum aliud sonant Hippocratis verba à Galeno sapienter exposita. Cæterum quartana non solum ex simplici humore melancholico generatur, verum etiā ex atrabile ex alijs humoribus genita, vt pote ex melancholia ex sanguinis adu-

stione genita, & ex parte terrestri quæ putrefacta vel adusta bile remanere solet: atq; cum hæc audis, non intelligas quod atra bilis quæ ex superaffata fit bile quartanam generet, acrior quippe est hic humor quã vt febrem sua natura periculo vacantem & diuturnam & integritatem habentem possit inducere: cum ergo dicit Gal. tertio lib. Apho. Apho. vigesimo secundo quartanã fieri ex atra bile, genita ex sanguine crasso & bile superaffata intellige, quod ex adusta bile, in cædicio iam extincto, terrestre quid remanet, quod denuo putrefactum quartanam vel errantes febres solet generare. Ceterum quæ de febribus hucusq; diximus, prout sunt simplices & exquisitæ sunt intelligenda, varijs verò modis componuntur febres, quæ & medicum eruditum solent decipere: miscetur quippe assidua de pituita cū assidua de bile: quartana continua cū quotidiana continua, & vt summatim multa complectar, intermittēs ex vno humore cum intermittente vel assidua ex alio, de ijs omnibus copiose Gal. secundo libro de differentijs febrũ, & secundo libro de crisi. Porro exquisita dicitur febris, quæ ex vnico duntaxat humore producit, quæ verò ex humore mixto oboritur spuria vel notha est, est exquisita tertiana quã sola bilis producit, est notha quam bilis pituita mixta generat, est quartana exquisita quã solus melancholicus producit humor: spuria dicitur, quæ ex melancholia pituita mixta generatur, ad eundem modum de quotidiana & alijs febribus est intelligendum: causus quippe exquisitus ex bile producit, qui verò non est exquisitus ex bile pituita mixta, est etiã causus non verus: vt iam in superioribus ex Galeno citavi qui ex pituita falsa producit, febrem verò quam bilis pituita mixta intra venas manens producit, non in merito quis vocauit febrem ardentem spuriam, quod si dicitur

dicisreclamat nomen: quoniam hæc nō multum ardet, respondebis, quod ob hoc vocamus illam non exquisitam febrem ardētem, quæ exquisita quippe est semper est cum assiduitate sitis exurentēq; calor: vt tertio vulga. commen. tertio dicunt Hipp. & Gal. quæ verò non exquisita est, non semper habet assiduam sitim: vt quarto de ratione victus dicit Gal. qua parte ait quod febris ardens interdum fit in toto corpore, interdum in vna corporis parte; quod si in toto corpore fit necessaria sitim parit, si in vna parte nō necessario, nisi ipsa pars sitim pariat. Ceteram febrium putridarū malignitas non solum ex caloris intensione provenit: sed etiam ex prava putrescentis humoris qualitate. Ait quippe Gal. lib. tertio de crisi bus, debiles quidem & parvæ febres quædoq; valde malignæ sunt, & aliæ calidæ, atq; incendentes vt aliquando stomacho angustiam & calorem & sitim intolerabilem afferāt: nihil tamen habent nonnūquam periculosum. Hæ verò febres quæ ex maligna humorum putredine oboriuntur, pestilentes sunt. Porro ex putredine aeris humores plurima ex parte hanc corruptionem accipiunt, licet ex potu aquæ infectæ posse pestem oboriri non est inficiandum, quo verò differat epidemia à peste in Enchiridto iā dixi, vbi declaravi, non omnem morbum qui pestis est, esse cum febre. Cæterum febres pestilentes omnes à putredine ortum habent, Galeno primo de differentijs febriū autore, huic sententia videtur repugnare, quod quarto de præfagatione ex puilibus dicit, quippe ait esse aliquas febres pestilentes heclicas in quibus ait contingere nec in lofo nec in pulsu manifestam apparere mutationem, cui sententia voluit alludere Avicenna, sed sententiam Galeni accurate non intellexit quoniam quæ Gal. de febre heclica dixit attribuit ille febri pestilenti ex humoribus



putridis ortæ, in qua difficilius est lotium sano simile  
 emitti quam in incipiente hectica, verū non est renuen-  
 dum, & in febre pestilenti ex humoribus putridis orta,  
 lotium inculpatum nonnūquam videri hepate scilicet  
 parum laborante, malignaq; putredine in pectore assi-  
 dente: quod si humor etero geneus est, in quolibet ge-  
 nere febris potest vno die apparere lotiū inculpatum  
 & alio illaudabile, vt in Prog. dixit Gale. sed reuertar-  
 mur iam eo vnde sumus digressi. Porro licet febris pes-  
 tilens sit hectica, non inde sequitur quod sit citra putre-  
 dinem, inicit quippe aer putridus solidas corporis par-  
 tes: etenim cū Gale. primo lib. de diff. febr. dixit, om-  
 nes febres pestilentes a putredine ortū habere, non in-  
 tellexit ab humore putrido, sed putredinē esse earum  
 indutricē, hæc verò putredo ab infecto prouenit aere,  
 quæ si cor & innatam eius præhenderit humiditatem,  
 hectica dicitur. Si verò humores ibi contentos infecer-  
 rit, dicitur pestilens humoralis, nec defuerunt qui dix-  
 runt: omnem febrem pestilentem esse hecticam, dixit  
 enim Montanus, quē recitat Hieronymus Fracastorius,  
 febrium pestilentem esse, cum putrefactio est in substā-  
 tia cordis, eoq; omnem febrem pestilentem esse hecti-  
 cam, atq; licet hic auctoritatem nō asserat posset aliquis  
 velitari, non esse Galeni dogmatibus dissentaneum, fe-  
 brem hecticam esse cum putrefactione. Primo enim li-  
 bro de differentijs febrium, recitās Atheni sententiā,  
 qui omne febriū genus ex putredine oriri asseueravit:  
 ait huic viro magna ex parte consentio, nisi quod eas  
 quæ ephemera nominantur excipio, neq; enim vidētur  
 mihi hæ humorum sequi putredinem, in hac parte Gal.  
 non excipit hecticas febres, ab illis quæ ex putredine or-  
 tum ducūt: atq; ratio videtur suffragari, quod externus  
 & præternaturalis hectici calor putredinem in innatis  
 humidita

lib. 2. p. 26

humiditatibus quas præhædit excitet, verum esto quod aliquis fateretur, esse in aliquibus hæcticis putridum calorem in solidorum membrorum humiditate fixum: nõ videtur illas febres hæcticas quæ ex mœrore aut ira fuerunt productæ (cum non aliam quam febre sephemere habuere principium) cum putredine inter initia esse, licet quod temporis progressu externus & ascititius calor putrefaciat non est creditu indignum. Cæterum annotandum est, quod licet Auicenna pulsus durum tanquam febris hæcticæ semper comitem ponat, quod hoc non est semper perpetuum: vt primo libro de differens febrium scribit Galenus. Est etiam aduertendum, quod etiã si in ea febre quæ proprie hæctica est, calor non sentitur, quod ea quæ in principio est prauum inducit sensum, vt elicitur ex his quæ libro de inæquali intertemperie dicit Gal. qui solum cum omnes corporis solidæ particule ex calfacte ad absolutionem iam sunt, dicit calorem nõ sentiri, in qua parte videtur etiam insinuare, febrem non esse hæcticam: quæ ad absolutionem solidas corporis partes non reddidit calfactas: secũdum quod diceret aliquis, ad quod genus febris reducenda esset febris, quæ ab humore nõ proficiscitur, sed solidas corporis partes citra absolutionem præhendit, dices eã hæcticam imperfectam, quæ sane eo quod prauum inuenit sensum sæpe medicum decipere solet.

**C**vrant febres diarias medicamenta quæ alterant, quæ densitatem tollunt, atque venæ sectio.

**M**edicamẽta alterãtia plurima ex parte febres ephemeræ curant: quoniã ad tollendum feruorem qui in spiritibus est, sola alteratio sæpe sufficit: hoc cõsiderans Aëtius in omnibus fere diariis bal-

A a v

neum laudat, ad eundem verò vsum prodest etiam sy-  
rupos infrigidantes qui feruorem extinguant exhibere,  
dummodo ex cruditate vel frigore vel cutis densitate  
diaria non sit oborta: nam tunc vtile est adhibere quæ  
cruditatem tollunt, quæ cutem calfaciunt, quæ densita-  
tem extirpant. Porro ad densitatem tollendam facit bal-  
neum & frictio & linimentum cum aliquo oleo calido,  
quale liliaceum vel anethinum est, quod etiam facit in  
iis diariis quæ ex frigore duxere ortū, & in iis quas las-  
situde concitant. Cæterum vtilis est venæ sectio cū dia-  
ria ex inguinum inflammatione proficiscitur, oportet  
autem celerrime venā secare, vt dicit Aetius prius quā  
humor in inflammatione putrescat, ac febrem putridam  
accendat, in qua parte aut inflammato inguini ante ve-  
næ sectionem ad tringentia ac repellentia medicamen-  
ta esse ad mouenda, & post venæ sectionem laxantia ac  
moderate discutientia. Porro hoc dissentaneū videtur  
ab iis quæ Auicenna & eius affecte docent, quippe qui  
nullatenus repellentia inguini inflammato esse appo-  
nenda dicunt, qui etiam monent ne ante corporis vacua-  
tionem repellentibus medicamentis medicus vtatur. Cæ-  
terū quia noxius non est humor in inflammato inguine  
contentus a quo diaria proficiscitur, repellentia medi-  
camenta non sunt suspecta, nil enim ex ea parte potest  
repelli quod offendat: atq; cum solum sit feruor & hic  
a frigidis medicamentis possit extingui infrigidantia me-  
dicamenta faciūt: vt temperatior sit humor qui sursum  
aspirat, quod si certè multa esset plenitudo & noxius hu-  
mor in inflammato inguine esset, a repellentibus medi-  
camentis Aetius abstinuisset, quæ si applicasset, non nisi  
vacuata abundantia fecisset: verum feruorem solum cu-  
piens extinguere, ante venæ sectionem ea applicat: qua  
facta ad mouet laxantia ac discutientia, vt si quid noxiū  
in ingui

DE ARTE CVRATIVA. 379

in inguine mansit discutiatur. Cæterum non solum in ephamera ex inflammatione inguinis concitata venæ sectio iuuare solet: sed etiam in ea quæ ex lassitudine excitatur, purgatio conuenit cum ex cruditatibus ephamera oboritur, in qua prodest famē adhibere, vomitu vel clysteri ventrem purgare, quod sine sic cruditas propulsatur, & timor est, quod ex cruditate febris excitabitur putrida, leui pharmaco poteris ventrem subducere. multa poteramus hic de febrium ephemerarū curatione inserere: verum cum rarerent qui eis sunt correpti medicam præstolentur manum, vitataq; causa à qua sunt inductæ, breuiter lenetur coger, longiorē de eis nolo sermonem protrahere.

**C**urant febres putridas venæ sectio, cōcoctio, euacuatio, quæ viscerum obstructions tollunt, quæ ventriculo subueniunt, quæ alterant, & quæ delitescenti qualitate iuuant, & quæ symptomatibus operantur.

**V**enæ sectio multis de nominibus in febribus putridis iuuat. Primo quia obstructionem prohibet. Secundo quia transpirationem quæ putredinis est causa remouet, tum quia putrefactum humorem euacuat, tum etiam quia natium calorem temperat: ait quippe Gal. vndecimo Methodi, quod duo præcipue scopi in curandis febribus putridis sunt habendi. Primus est à putredine. Secundus est à calore. Porro venæ sectio & ad tollendam vel inhibendam putredinem, & ad curandum febrilem calorē prodest: hoc considerans Gal. in omnibus febribus quas putridus concitat humor: vtilis esse venæ sectionem fuit professus, qui cum hac distulit: noluit vt in omnibus febribus putridis sanguis

mittatur: insinuauit tamen, quod omnes febres putridæ quatenus cum prohibita euentilatione & obstructione sunt, sanguinis missionem exposcunt: quod si aliquādo sanguinis missio non iuuat, est quia alia impediunt: vt potè humoris crudi multa copia, & præcipue sanguinis mittendi scopi: indicatione tamē sumpta ab humorum putredine, semper est in febribus putridis vena secanda; conuenienter igitur extrahitur sanguis in synocho putrida, quod verò in synocho non putrida vtilis sit sanguinis missio, omnibus etiam est in confesso, conuenit etiam sanguinis missio in causo, grauius quippe errant qui dicunt, in hoc morbo sanguinem non esse extrahendum, cum si ætas & vires cōsentiant, vel ob hoc solum, quod vehemens est morbus sanguinis extractionē exposcit: vt ex ijs quæ quarto de ratione victus, & libro de sanguinis missione dicuntur elucescit, libro etiam primo Aphorif. Aphorif. vigesimo tertio: vsq; ad delirium animi in febre ardente extraxisse sanguinem dicit Gale.

**I**N febre tertiana vtilis est etiā sanguinis missio, quæ iam factæ putredini medetur, & putredini futuræ ponit obicem: obstructionē quippe tollendo & sanguinem inutilem euacuando, nec obstat quod Gal. de cura febris tertianæ tractans huius singularis præsidij nō meminerit: quoniam hos libros de febribus, ijs qui prius in libris de Methodo erant exercitati tradidit: in libris vero de Methodo iam dixit, non solum in febribus continuis: sed in omnibus quas putridus cōcitat humor, sanguinis missionē esse vtilem: si igitur tertiana correptus iuuenis est, & virium habet robur, & tempus non reclamat, dummodo crudis humoribus nō abundet, satis vtiliter extrahitur sanguis: extracto quippe sanguine tutius exhi

DE ARTE CVRATIVA. 381

tius exhibentur medicamenta, quæ obstructions aper-  
riunt, & medicamenta etiam quæ purgant: quoniã vñs  
referatis melius medicamēti purgantis expletur actio.  
Porro si vile cenes venam secare & inter initia & in  
progressu tertianæ potest fundi sanguis, licet in prin-  
cipio quoniam vires magis constant, securius adhibe-  
tur venæ sectio, nec Auicenna qui dixit si fuerit necessa-  
ria phlebotomia post tres periodos fac, ab hac ablu-  
sententia: non enim voluit quod non mittatur sanguis  
quousq; tres periodi transeāt, sed idem quod Gale. fuit  
professus ipse attestatus est: vt scilicet quod non solum  
in principio extrahatur sanguis: sed etiam post tres pe-  
riodos, si necessitatem incumbentem indicamus, prole-  
tarij tamen multi suum principem non intelligentes, di-  
cunt quod post tres periodos in tertiana tutius sanguis  
mittitur, quia bilis est sanguini mixtus: quantum verò  
hi cęcutiant iam vides. Cæterum ad vacuandam abun-  
dantiam, secabis venam axillarem: procedente verò ter-  
tiana, venæ sectio quæ ad medium digitum vel anilla-  
rem tendit est admodum proficua, vt in Enchiridio  
iam diximus.

**I**N febre quotidiana quatenus à putrido humore ob-  
loritur, vtile est venam secare: verum sæpe multa hu-  
moris cruditas venæ sectionem prohibet: quo fit,  
vt sæpe numero in principio quotidianæ non conueniat  
venæ sectio: & in progressu humoribus concoctis fit  
proficua. Omnia hæc intellige, tam de quotidiana assis-  
dua, quam de intermittente. Porro in quartana conue-  
nit nonnunquã venam secare: sed vt Gal. dicit, hoc non  
est faciendum, nisi magna adfuerit necessitas: quare tur-  
piter errant, qui ex hoc quod lotium aliquantisper ru-  
beat, venam in febre quartana aperiunt. Porro si vires

constant & sanguinis adfuerint notæ, venam seca: si ve-  
rò vires languent, melancholicusq; humor multum re-  
dundare videtur, bonum est à venæ sectione abstinere:  
quoniam hæc ægritudo est nimis diuturna; & oportet  
ægotantis vires seruare: adde quòd extracto sangui-  
ne melancholicus humor fit syncerior: quòd fit vt magis  
infestet. Cæterum cū ex melancholia ex sanguinis adu-  
stione genita quartana oboritur vena axillaris dextra  
est secanda: aliàs sanguis ex sinistra axillari, vel ex vena  
q; in sinistra manu inter anullarem digitū & medium  
prereptat effusus magno est adiuueto: quoniã in quar-  
tana affectis, lien plurima ex parte laborat, & lienem  
hæ venæ maximè respiciunt. Porro non est silentio in-  
uolendum, quod quidam magnopere iuuari quartana  
correptos aiūt: si tempore coitus luminarium ex di-  
ctis venis per venæ sectionem mittitur sanguis, inquit  
quidẽ quod ratione interlinij omnes humores multum  
miscentur: quare tunc melancholicum humorẽ vt potẽ  
sanguini magis mixtū facilius educi assuerant. Verum  
nō videtur cur horum coitus planetarum intermiscet  
humores, & esto quod miscerentur, & hoc magnè ef-  
fet vtilitatis ad propulsandã quartana, sequeretur quod  
tempore paroxisimi sanguis esset educendus, quãdo tũc  
magis miscentur humores quam in die intermissionis.

*4/10/17/17*  
*est mibi*  
*deus. mibi*  
*intra de*  
*6/10/17/17*  
*et*

**E**St porro in febre pestilenti vtilis sanguinis missio  
ad mulcendam vel tollendam putredinem, adhi-  
benda vero est inter initia antequam vires colla-  
bantur. Cæterum in morbi progressu rarentur sanguis  
est mittendus, quia virium robori est intendendum, in  
aliquibus verò pestilentibus à venæ sectione est abstinẽ-  
dum, nimirum si non est plenitudo, & humores prau-  
totum corpusprehendunt, timor est quippe quod hu-  
mores ad

DE ARTE CVRATIVA. 383

mores ad externa delati ad interiores partes facta ven-  
 sectione remigrabunt, quod in magnum esset ægrota-  
 tium detrimentum, contingit etiam febrem pestilentem  
 ex prava putredine in humoribus crudis fixa choriri,  
 vbi sanguinis missio non est utilis, nec est à ratione alie-  
 num, quod aliqua febris pestilentes non sint assidue, in  
 quibus e hoc sanguinis missio nocet: ca humores ad  
interna vascula reuocat, tanta tamen potest esse pleni-  
tudo, quod quemodo libet febris pestilens oboriatur  
sanguinem mittemus maiorem utilitatem ex vacuata  
abundantia sperantes, quam damnū ex humorum com-  
mixture, vel ex vna ad aliam partem delatione. *Exter-*  
*num si bubo apparet in eo qui febre pestilenti laborat,*  
 ex directa parte sanguis est mittendus, si est quidem sub  
 ala dextra ex axillari dextra: si sub ala sinistra ex axilla  
 ri sinistra: si in iugine dextro ex mastoideo dextro: si est  
 retro autē dextram ex humeraria dextra, reliqua per  
 hac intelliges: si nulla inflamatio apparet, ex parte in  
 qua maior grauitas sentitur potes haurire sanguinem,  
 vel nūc secabis vnā axillarem mox alteram, nō qui p-  
 pe attentio n: qui afferant in febribus laborantibus,  
 ex vno duntaxat cubito sanguinem esse mittendū, cum  
 em ex vtroq; cubito missus sanguis omnibus venis pra-  
 uis humoribus inbutis magis respiciat quā missus san-  
 guis ex cubito dextro, qui non æque venis sinistri lateris  
 ac dextri respicit, nescio cur communem consuetu-  
 dinem vituperare intendant. Adde quod in alijs mor-  
 bis vbi hoc minus videtur conuenire ex vtroq; cubito  
 mitti sanguinem Hippo. vt patet ex n̄s que de curatio-  
 ne morbi nigri & cuiusdam morbi pulmonis secundo  
 & tertio de morbis dicit.

**H**umores producentes febres multis modis euacuantur: euacuantur quidem pharmaco sub-



ducente, clysteri, vomitu, atque ijs quæ vrinam vel sudorem prolestant. Est autem in euacuatione duplex habēdus respectus: vnus est ad humores à quibus febris enascitur, alter est ad materias quas communes vocant in intestinis vel ventriculo cōtētas. Porro hæc inter initia sunt euacuandæ quæ in intestinis sunt clysteri, quæ in ventriculo extant leui vomitorio: leue vomitorium est mulsæ, quod si tenaciter crassi humores adherēt, parum oximellitidis, vel decoctum seminis anethi cōgrue miscetur: lene clystere paratur ex decocto remollientium herbarum, cui medullæ castæ aliquid miscetur: si remollientes herbe ad manum non sunt, mulsæ medullæ castæ miscebis: quod si fortius vis euacuare, benedictæ, vel hieræ, vel anthidoti indi non nihil miscebis. Porro ad hos humores vacuandos licet etiam in principio pharmacum leuiter euacuans inter initia propinare, cū sint enim parti per quam sunt euacuandi tam propinqui, leui negotio etiam si crassi sint educuntur: neque hæc reluctantur Aphorismo Hippocratis, qui dixit concocta esse medicanda, quoniam de his humoribus a quibus febres suam trahunt originem intellexit: materias vero cōmunes quanto breuius euacuaueris, tanto citius egrotanti subuenies: ante quippe earum euacuationem nil poteris citra scrupulum ægrotanti adhibere: etenim si ventriculi est cruditas, vel intestina recremētū ijs humoribus abundant, congruè non secatur vena, atque syrupi infrigidantes cruditatē augendo nocent: quæ vero insigniter calfaciunt non iuuant, quoniam timor est quod aliquid excrementosum ad venas asportabit. Si igitur clysterem renuit æger, vel iam quod accipiat, nõ sufficenter quæ in ventre sunt purgantur, non incongrue exhibebis aliquid quod ventrem leniter subducat. Porro si biliosa est febris, & humores biliosi ventriculum & in-

testina

2000  
 21  
 22  
 23  
 24  
 25  
 26  
 27  
 28  
 29  
 30  
 31  
 32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46  
 47  
 48  
 49  
 50  
 51  
 52  
 53  
 54  
 55  
 56  
 57  
 58  
 59  
 60  
 61  
 62  
 63  
 64  
 65  
 66  
 67  
 68  
 69  
 70  
 71  
 72  
 73  
 74  
 75  
 76  
 77  
 78  
 79  
 80  
 81  
 82  
 83  
 84  
 85  
 86  
 87  
 88  
 89  
 90  
 91  
 92  
 93  
 94  
 95  
 96  
 97  
 98  
 99  
 100

testina tenent, decocto tamarindorum eos vacuabis: quod si non nihil rhabarbari addideris non est scrupulus, si febris ex crassis humoribus sit orta, & humores crassi quos plurima ex parte cruditas generat in intestinis assident, & clystere recusat æger, vel eo non congrue dicitur humores educuntur (quia in intestinis superioribus est humorum infarctus) confidenter potes exhibere melleam concinatam ex medulla castæ & diaphœnico: neque quanta enim sit utilitas ad alios humores concoquendos & euacuandos, prius humores in visceribus communibus contentos euacuare, iam didicisti: neque timor est, quod pauca quantitate horum medicamentorum coctioni humorum qui in vasculis continentur facies offensam, quod si aliquid incommodaretur, quia utilitas quæ ex ventriculi & intestinorum purgatione est maior, nullatenus quidem esset dimittenda. Cæterum respectus qui ad proprios qui febrem gignunt humores habendus est, quod si turgent incunctanter sunt subducendi: si vero non turgent, vel tenues sunt vel crassi: si sunt tenues nil expectare monet Gal. lib. quos purgare cõueniat: & Aetius sermone tertio primæ partis, cap. vigesimo tertio, qui sine ulteriori auxilio hos monet euacuare. Porro quia homines ganæ & crapulæ multum sunt dediti, raro humores tam tenues reperiuntur. Cæterum si humor tenuis vel quicumque alius multum scandescent & vrit, congrue adhibentur non ad incrassandum, sed ad scandescentiam mulcendam pharmaca quæ vim habeant refrigerandi, & extinguendi: in hunc usum adhibemus febre ardenti laboranti syrupum de intubo, syrupum de nymphaea, oxifaccharum, syrupum acetosum. Idem facimus in his qui ex quibuscumque tertiana laborant: syrupi enim qui id genus sunt, licet incrassent, quatenus humoris feruorem extinguunt, reddunt illum obsequentioris naturæ. Por

ro si syrupi adstringūt, licet infrigidi & extinguen-  
 di habeant vim, inter iuitia nō sunt exhibendi: quia hu-  
 mores intromitteret, & euacuationi faceret minus pro-  
 cliues: quare syrupus de acetositate citri, & syrupus de  
 granatis multum acidis in principio febris ardentis, &  
 principio febris tertianę non conueniunt. Contingit ta-  
 men quod in ijs febribus ad ventriculi hostiolum est hu-  
 morū affluxus illud male habens, vbi nimis proficuum  
 est syrupos adhibere, qui sua aciditate & ventriculicō  
 fortatione humores ex tam sensili repellant parte: tunc  
 etenim & summo mane & ante cibum præstat succum  
 granatorum, vel succū limonis, vel arantij, vel syrupos  
 ex ijs succis confectos exhibere. Porro non debet esse  
 perpetuum, in omnibus febribus syrupos vel decocta  
 porrigere: nam aliquādo tam acuta febris est, quod vel  
 aquam exhibere nocet, vt secundo de diebus decretor-  
 rijs dicit Gal, qui ijs verbis ait: Cū peracutus morbus fue-  
 rit, nec alimentum adhibueris, nec melicratum aut huic  
 simile: imo etiam ab aqua quantum potest abstinere iu-  
 beto: quod si melicratum, & quid simile, & aquam ne-  
 gat, quodlibet decoctū negasse patet. Restat de febre  
 pestilenti dicere, in qua quia malignam & facile perne-  
 cantem habet putredinem, nunquam exhibeas syrupos  
 qui acidam non habeant qualitatem: quoniam hæc qui-  
 dem qualitas malignę putredini relictatur, & plus de-  
 bemus esse solliciti in id genus febribus, in oppugnanda  
 maligna putredine, quam in feruore extinguedo: nam  
 sæpe febres pestilentes sunt mitēs. Prodest igitur in ijs  
 febribus oxifacchar, syrupus de succo arantij, syrupus  
 de succo oxalidis, syrupus de acetositate citri. Dilues  
 hos syrupos aqua de oxalide, vel aqua de scabiosa,  
 que mire pesti opponitur. Porro si febris à crasis hu-  
 moribus fuerit orta, vt tertiana notha, & febris quoti-  
 diana

DE ARTE CVRATIVA. 387

diana, & quartana oboriri solent, exhibebis ad atten-  
nuandos & concoquendos humores syrupos, vel deco-  
cta quæ attenuent: huic rei facit mel rosaceum, oximel  
simplex, oximel diureticum, syrupus de radicibus, sy-  
rupus de bisantijs, syrupus de eupatorio: huc tamen ser-  
uabis ordinem, quod si humores sunt viscerati non dimir-  
tas acetum, est etiam tibi considerandum, quod sepe est  
vehemens febris & humores sunt multum crassi, quare  
partim tibi est intendendum febris vehementiæ, partim  
humorum attenuationi, sed quæ diximus iam exemplis  
explicemus, in tertiana notha exhibebis syrupum aceto-  
sum vel oximel diureticum, cū aqua fœniculi: hi enim  
syrupi licet febris sit vehemens non incommodant, si  
magis vis attenuare misce syrupum de radicibus cum  
syrupo acetoso, in febre quotidiana propinabis inter  
initia oximel, in progressu syrupū vel decoctū de radī-  
cibus, atq; ut ventriculo subuenias coques simul absinthij  
comā, prodest syrupus de bisantijs & mire facit syru-  
pus acetatus diarhodon, & syrupus de eupatorio: in fe-  
bre quartana dabis mel rosaceū mixto syrupo de radī-  
cibus, ad idē facit syrupus de bisantijs, syrupus de sco-  
lopēdria, decoctū tamaricis, capparis, & scolopēdriæ,  
lupulorū, & fumarix. Ceterum humoribus cōcoctis in  
qualibet febre prout fuerit humor eā producēs exhibe-  
bis pharmacū, in ardēte febre raro pharmaca purgātia  
sunt exhibēda, iuxta illud Hippocratis: in acutis mora-  
bis raro. Quod si vitimur, est in principio materia turgē-  
te, verū hoc pro lege certa nō est habendū, cū enim me-  
dicus naturæ sit emulato, & vētris fluore multas febres  
ardentes naturam curasse aduertat non abrefaciet: qui  
humoribus coctis naturæ porrigit manum: acutus quip-  
pe morbus est pleuritis: cuius plurima ex parte febris as-  
cuta est comes, tamen fortissimis medicamentis eā pro-

pulsandam si est sub septo transuerso dictauit Hippocrates, quod si helleborus tuto tunc exhibetur, non est cur in febre ardente medicus formidet mitissima pharmaca propinare: ad adiuuandam nempe naturam pigre scilicet operantem, vel prorsus dormitantem: huic uero rei faciet decoctum infrigidas cui sit adiecta catholici & tamarindorum singulorum uentia media, uel uentia integra, electarij rosacei, electarij de prunis, quantitas que tibi iuxta agrotantis vires visa fuerit: non est enim cur hac electaria in quibus scammonium est tam ebetatum & ferme a sua natura commutatum formides, neq; a re facies si rhabarbarum exhibueris, quando eius caliditas non est tam exuperans, ut sit formidanda: maxime quod decocto frigido immixto uel infuso multum atteparatur,

**I**N febre tertiana etiam pharmacis purgantibus est utendum, faciunt que in febre ardente conueniunt: quando hæ febres in eodem humore communicant, nec est acquiescendum Martino Achachia & alijs, qui contendunt in febre tertiana: raro uel nunquam esse porrigendum pharmacum purgans, suadetur isti, eo quod primo ad Glauconem tractans de febre tertiana Gale dixit: præstat humoris qualitati opponere: quam quomodo libet euacuare: qui etiam dicunt in febris tertiana capite medicamentum purgantis nullam egisse mentionem, sed sane mea quidem sententia multum diuersa docuit Gal. quam isti putant, cum enim dixit: præstat humoris qualitati opponere, quam quomodo libet euacuare, nil aliud uoluit: quam quod non omnis euacuatio est tuta: hoc dixit aduersus eos qui balneis sulfureis uolunt bilem producentem tertianam extrahere, hos reprehendens inquit, præstat ad naturam humoris habere respectum, quam quomodo libet euacuare, quam euacuare scilicet illum

illum humorē purgatione quæ balneis sulfureis fit. Ex hoc tamen non elicitur quod purgationem quæ phar-  
 maco purgante fit inhibuerit, quæ & respectum habet  
 qualitati humoris, nec sic vt euacuatio quæ cū sulfureis  
 balneis fit potest nocere. Etenim exhibere potest ad pur-  
 gandam bilem pharmacum quod ferme nil calfaciat:  
 balneum verò sulfureum efficacissime calfacit, & exic-  
 cat. Adde quod euacuatio quæ fit pharmaco: breui per-  
 ficitur: quæ vero cū balneo sulfureo magis durat, mit-  
 to quod pharmacum purgans quod in febre tertiana  
 exhibemus, vel tantillum corporis solidas partes pre-  
 hēdit, balneum verò sulfureum has multum attingit, ob  
 quod etiā si nil euacuaret posset sua siccitate maximam  
 siccitatem inducere, quam multū veretur Gal. ob quod  
 dicta balnea vituperat: nec obstat quod medicamentū  
 purgantis non meminerit: nam etiā venę sectionis nul-  
 lam egit mētionem: & vndecimo Methodi, & in febre  
 tertiana sanguinis misionem conuenire non fuit reluz  
status: cum in omnibus febribus quas putridus concitat  
 humor, sanguinem extractum iuuare dixit. Porro cum  
 medicus naturam imitari debeat: & multas tertianas fe-  
 bres alii fluore à natura curari videat: non est cur exu-  
 dantem bilem quam natura non vacuat, vomitu vel me-  
 dicamenti purgantis exhibitione euacuare non moliaz-  
 tur, quæ verò sint medicamenta purgantia iam didici-  
 sti: si verò tertiana spuria est, miscebis medicamentis bi-  
 lem purgantibus ea quæ pituitam euacuent, decocto  
 quidem tamarindorū, hordei, prunorum, anisi, misce-  
 bis, electarium de prunis, vel de succo rosarum & ele-  
 ctarium de dactylis, si mitius vis purgare iniicies solum  
 rhabarbarum & agaricum: nec vna euacuatione debes  
 esse contentus, sed perseverante tertiana quæ si notha  
 est, in plures dies solet extendi, per intervalla adhibeo

bis quæ humores concoquant, & quæ eos euacuent. Idem  
 faciendum est in febre quotidiana, in qua quia de ven-  
 triculo magna est habenda cura, non sunt exhibenda  
 pharmaca quæ illum remolliant, & supinent, quare ca-  
 sia fistularis in hac febre non est accommodata: facit aga-  
 ricus & diaphœnicon cum decocto purgâre pituitam,  
 faciunt pilulæ de agarico & aggregatiug. Ad roborân-  
 dum vero ventriculum pituitosorum humores in ventre  
 acernatos vacuandû, vltus hierę simplicis est vtilissimus,  
 quæ & subueniendo ventriculo, febrî etiam quæ à pi-  
 tuitosa materia in ventre contenta fouebatur, præstat  
 opẽ. Et in quartana porrò purgante pharmaco est vten-  
 dum: tunc scilicet cû coctionis apparuerint indicia, pur-  
 gât atrabiliarios humores epithimus, diasena, cõfectio  
 hamec, pilulæ indæ, pilulæ de omnibus generibus my-  
 robalanorum: sic verò potes parare potionẽ, decocto  
 ex sena, & fumarîa, & epithimo, & ex hor deo, miscela  
 tholici & cõfectionis hamec singulorû drachmastres:  
 sed inutile censeo quantitatem exarare: cum hæc multis  
 ex causis sit permutanda, ad idem prodest potio ex præ-  
 dicto decocto, & syrupo de epithimo cû antidoto de  
 sena & agarico. Si potionem abhorret æger, exhibe ali-  
 quas ex pilulis dictis, post pilularum verò exhibitionẽ,  
 non ab re erit decoctum purgans melancholiam quod  
 supra descripsimus exhibere. Cæterum vt in reliquis fe-  
 bribus tempore maioris intermissionis est exhibendum  
 pharmacum purgans, sic in quartana, atq; cum duobus  
 diebus fit in quartana intermissio, non in die quæ sequi-  
 tur paroxisum, quia ex ante acto labore defatigatus

*quæ  
 sit purgans  
 non in quæ  
 ratur*

est æger, sed in die quæ paroxisum præcedit, cõgrue  
 purgans pharmacum exhibetur. Sunt verò aliqui medi-  
 ci qui vtilius censent tempore paroxisimi quam tẽpore  
 quietis exhibere pharmacum, in hac febre, ob hoc nimi-  
 sum

DE ARTE CVRATIVA. 393

quę sub illo sunt esse noxiorum humorum copiam, vē-  
trem vellicantium: operepretium facit, pharmacū pur-  
gans vel clysterem adhibendo. Porro cum nō vna dun-  
taxat febris pestilentis sit forma, neq; vnus sint tantum  
modi humores eas producentes, non omnibus eadem  
euacuatio conuenit. Etenim si ad imum ventrem humo-  
res deferuntur, & vt diximus in membris quę in ventre  
sunt noxiorum humorum quantitatem asidere medi-  
cus iudicat, satis prudenter faciet: si per aluum eos cona-  
tur purgare. Porro hi non multo negotio educuntur,  
quare sepe fat erit exhibere tamarindos cum aqua oxa-  
lidis vel electarium de prunis simplex, quod si his medi-  
camentis non cedit aluus, miscebis nō nihil agarici vel  
rhabarbari, quod si febris non est vehemens optimum  
erit exhibere pro potissima, ex rufi, ex ammoniaco, & a-  
loe, & myrrha paratus: hæc enim educendo, venenoso  
humori etiam repugnat, quod si tā leui pharmaco nō  
obedit æger: pauco addito euphorbio prædictas pilu-  
las acues, euphorbium verò mire ad extinguendam ma-  
lignam putredinem & ad purgationem festinandam  
conducit, poteris etiam addere agaricum, vel ex agari-  
co pilulas, vel eas quas aggregatiuas appellant.

**P**orro ad prolectandum sudorem, multa electa-  
ria reperies commendata: parata quidem ex me-  
dicamentis quę sudorem mouent, & veneno res-  
pugnant: facit saluia imperialis, theriaca, diatefferon:  
ego vero (quia ad manum non semper sunt hæc medi-  
camenta composita) vsus sum hac potione, quę habet  
aquę scabiosę vntias septem, aquę vitis vntias tres, dip-  
tamni drachmam mediam, corticis citri & zedoarię  
scrupulum vnum, euphorbi grana quinque, bulliant pa-  
tum: hæc quidem potio nō infrenue sudorem mouet,

B b v



virtuteꝝ diptamni & aquę scabioſæ veneno repugnat,  
 virtuteꝝ aquæ vitis & euphorbij malignā putredinem  
 extinguit & exiccat: etenim vt venenofus humor qui in  
 bubone eſt medicamento exurente extinguitur, & ſuas  
 amittit vires: ſic venenofos humores qui per venas ſūt diſ-  
 ſeminati, euphorbio, vel alio medicamento quod ſimi-  
 les vires habeat prorſus extinguntur: mihi crede, ꝓ ſi  
 febris eſt mitis, & de eius vehementia non times, quod  
 non eſt par curandi modus, atq; ſi febris vehemens eſt,  
 miſce boli armenię parū, & reſ ex vobis ſuccedet. Por-  
 rō vt ſudorem apprime conuenire, in febre peſtilenti  
 diſtauiimus, ſic & multis alijs febribus à putridis humo-  
 ribus concitatis ſolet eſſe accomodatiffimus, poſt gene-  
 rales quippe vacuationes, quæ venæ ſectiōe & phar-  
 maci exhibitione fiunt, ea quæ ſudores mouent & vrinā  
 proleſtant iuuare ſolent, etenim cum febris omniū  
 corporis partium ſit morbus, quodlibet genus euacua-  
 tionis ad proprias expurgandas partes quodam modo  
 conuenit, euacuatione quippe quę ſudore ſit partes ex-  
 crementitiæ quæ verſus cutem vergūt euacuantur, eua-  
 cuatione quæ ſit per vrinā partes gibbe hepatis & quæ  
 ab his vel ad has deriuantur, adde quod in febribus præ-  
 cipue diuturnis viſcera obſtructione ſolent laborare,  
 quo ſit vt medicamenta, quæ vrinam mouent, quatenus  
 obſtructionē aperiunt ſint proficua, citatur verō ſudor  
 balneo, aquæ tepidę potu. Porro in febre ardente cum  
 exurens ſit calor qui libet potus humectans ſufficiens eſt  
 ſudorem citare, nimirum madefaciendo ſcandescētes  
 partes, quare & potu aquæ frigidæ vel liquorum ſtilla-  
 titiorum mouetur ſudor, ad eundem modum in exa-  
 cerbatione febris tertianę potus frigide partes quę mul-  
 tum ardent irrorando ſudorem mouet. Verum ſi in fe-  
 bre ardente à natura ſudorem moueri & nondum per-  
 fici vidi.

DE ARTE CVRATIVA. 391

rum quia tunc cum humores sint in motu facilius purganti medicamento quā reliquis diebus cedunt: verum cum humorum motus qui in paroxismo sit contrarius sit ei quē pharmaco procuratur, ratione vacat, quod tunc purganti pharmaco magis cedant. Etenim tempore paroxismi humores de partibus internis ad externas demittuntur: purgans verò pharmacum ad interna adducit humores, per interioresque partes humores euacuat, contingit tamen quod in paroxismo quartanae multa copia humoris ad ventriculum vel intestina fluit, quae partim per inferna partim vomitu propellitur: ad hanc verò vacuandam: quod optimum sit naturam adiuuare nemo est inficiaturus: profuit enim tunc quae vomitum proluciant: profuit etiam si ad inferna est humorum maior delapsus clysteres, atque si sua sponte multa humoris copia tunc ad ventriculum fluit, non mirandum quod adhibito forti pharmaco vomitorio quod ille humorum motus qui est ad partes externas impediatur, tantumque ille qui ad ventriculum est adiuetur, ut tam copiosa euacuatione magnam opem sentiat aegrotus, idem dices si sua sponte humores ad intestina deferruntur, qui pharmaco subducente tunc possunt educi frequentius tamen ad ventriculum humores demandantur, quare tunc vomitus sunt utilissimi: si verò medicus discernit forte vomitorium tunc exhibere, tria ei praecipue sunt consideranda. Primum quod aeger non habeat imbecillum ventriculum. Secundum quod sine multo molimine vomat, neque habeat quae ei vomitione interdiciant, ut potest arctum pectus, & strictum collum. Tertio quod tempore paroxismi humores ad ventriculum fluitare sint assueti. Verum Gal. libello quos purgare conueniat ad humorē atrabiliarium magis laudat purgationem quae cum subducente sit pharmaco quam quae cum me-

dicamēto vomitorio, qua parte tempus pharmacis vomitorij aptius dicit esse tēpus paroxisimi, idem etiam docuit Hippo. septimo libro popularium; quæ sententia aduersa est ijs quæ communiter docentur: nec licet dicere quod hi celebres viri intellexerunt de vomitorio leui quale est aqua tepida vel mulsa, nam de vniuersali purgatione loquuntur, quam naturam æmulando tunc temporis esse adhibēdam dicit Gal. cuiusquidem dicta quæ diximus roborant & quæ ex Hippocrate citauimus exponunt. Cæterum quod in pestilenti febre tam ad anteuertendum quam ad euacuandum medicamento purgante sit vtendum, satis fusc in Enchiridio contra Fuchisum declarauit: verum non inficior quod sæpe adhibitis his quæ sudare faciunt, sine exhibitione pharmaci purgatorij qui pestilenti febre laborant sint curandi: etenim sæpe tentat natura humores hanc febrē producētes per sudorem euacuare, quo tempore adiutuanda est, & non impedienda: nonnunquam etiam & citra sudorem videtur, naturæ motum ad externas partes esse: nimirum papulis apparētibus, hoc verò tempore salubrius est sudorem citare, quam adhibito medicamento ad internas partes fieri reuulsionem, atq; licet papulæ vel indicia sudoris non appareant, si medicus videt, quod in ea pestilentia quæ diuagatur, naturam plurima ex parte sudorem mouere, optimum est eam æmulando ijs quæ sudorem proliciunt noxios humores euacuare, neq; inficiari possumus, quod quatenus euacuatione quæ per sudorē fit de internis & principibus partibus humores ad externas & minus nobiles partes deferuntur, semper esse vtilem sudorem, cum hoc tamen conuenit, aliquando purgans medicamentum conuenire: nimirum si medicus videt ad ventris fluorem naturam incitari, quod si coniicit in iecore vel in membris quæ sub

fieri vidisti, quæ valeant ad externas partes humores mo-  
 uere poteris exhibere, facit aqua apij, aqua scabiosæ, de-  
 coctum anisi, & seminis fœniculi. In quotidiana conco-  
 cto iam humore conueniunt etiam quæ sudorẽ mouet:  
 obiter verò est hic notandum, quod hæc febris raro in  
 principio sudorem fundit, in progressu verò in toto  
 corpore sudores facere solet: vt secundo de crisi dicit  
 Gal. sed dices, Gal. non sibi constat: quippe qui primò  
 ad Glauco. dixit declinationes febris quotidianæ non  
 sic vt declinationes februm tertianarum sudoribus ter-  
 minantur: verum si bene textum perpendis, in hac par-  
 te nil aliud voluit Gal. quam quod sudores qui fiunt in  
 quotidiana, nõ sic terminant febrem vt in tertiana: in-  
 tentum enim Galeni est, quod non veniunt ad manife-  
 stam infebritationem qui quotidianam habet, sicut qui  
 tertiana corripuntur. Cæterum in quotidiana intermit-  
 tente facit decoctum seminis apij & anethi, decoctum ve-  
 rò samplici, vel verbenacæ, vel vinum fuluum: aqua fœ-  
 niculi dilutum facit in quartana, atq; in progressu de-  
 coctum gaiaci non est inutile. Porrò nisi concocto hu-  
 more ea quæ sudorem mouet in quartana & alijs febra-  
 bus à crassis humoribus ortis officere solent, nimirum  
 euacuando subtile reliquosq; humores crassiores red-  
 dendo: ad promouendum sudorem facit in febris à cali-  
 dis humoribus productis balneum calidum vel tepidæ aquæ,  
 si humores producentes febres sunt frigidi, aliquot her-  
 bas calidas in aqua coques, audiui verò aliquos in pro-  
 gressu quartanæ apprimere adiutos excitato sudore va-  
 pore rerum calfacientium vel aliquo suffumigio, miror  
 verò cur prorsus à balneis tantum ab antiquis commen-  
 datis medici abstinerint. Sed explicemus iam quo modo  
 vrina sit proleclanda in febris: in febre ardente de-  
 coctum seminum frigidorum & anisi vrinas mouet, nõ

quod semina frigida proprie sint diuretica, sed quia ex tergendis vim habent vrinae meatus si nimis non sunt obstructi extergunt, eoque vrinam quodam modo mouere dicitur. Porro si natura per vrinam curare tentauit, & opus quod aggressa est non perfecit, quae fortius vrinam mouent poteris exhibere, facit decoctum quinque radicum quas aperitiuas appellant, facit decoctum hordei & dauci: in febre tertiana si exquisita est eundem seruabis modum, sed haec paucis machinamentis propulsatur: si vero tertiana est spuria, quae vrinam mouet apprime conducunt: ob hoc sane quia cum a crassis humoribus sit orta obstructionibus est multum opportuna, ad quas extirpandas facit syrupus de radicibus, syrupus de bisfantijs, syrupus de eupatorio, idem syrupi in febre quotidiana conducunt, eidem vsui seruit decoctum absinthij & amygdalarum amararum, & radice apij, facit succus apij admixto saccharo, vel melle, atque ut febrili calori & obstructioni simul intedas, in tertiana notha & quotidiana miscebis dictis decoctis acetum, quod quidem in frigidat & visciditatem humorum tollit, in quartana ad vrinam proliciendam hi syrupi etiam conducunt, verum quia in hac febre lien plurima ex parte obstruitur, quae fortius aperiunt: ut ex capit. de obstructione lienis didicisti sunt exhibenda, exhibebis vero praedictos syruposum decocto scolopendriae & corticis capparum. Ceterum ad aperiendas obstructiones linimenta & emplastra exterius ad mota iuuant, atque ut difficilius diuelluntur quae lienem obstruunt quam quae hepar ita efficaciora unguenta applicabis lieni quam hepati, sed haec ex proprijs capitibus patent, facit unguentum quod de oppilatiuum appellant, si obstructio leuis est, si vero viscera multum sunt tensa ut in diuturna quotidiana & quartana solent esse, linies ventrem unguento de agrippa mixta

*mixta dialthea, nec abre erit in quartana emplastrū ex ammoniaco in aceto remollito lieni applicare, de omnibus porro euacuationibus in summa aliqua diximus. Restat de ea quæ vomitu fit nonnulla dicere. Cæterum quod vomitus in quartana sint vtilis supra declarauimus, sunt verò vtilissimī etiā in febre quotidiana, quoniam cum in hac febre ventriculus pituitosis excrementis abundet, & quæ in ventriculo extant facile vomitu pellatur, summe cōducit in hac febre adhibere, quæ vomitu ventriculū expurgent, atq; vt pituitosa excrementa, q̄ v̄triculo tenaciter adherēt diuellātur à cibo vomitū irritabis, exhibebis oximeli. Cui semē radicis fuerit incoctū: p̄ interuallaq; hoc genere euacuationis æger vtetur: ante verò q̄ vomitus proliciatur, accipiet q̄ pituitosa excrementa attenuare & cōcoquere valeāt, quæ etiā possint ea à ventriculi membranīs, si fortiter adhærent, dimouere. Huic rei facit oximel simplex & diureticū, atq; omnia illa quæ ad concoquendum pituitosos humores supra vtilia esse diximus valent. Porro in febre tertiana, si natura tentat bilem per vomitū vacuare etiā est adiuuanda: atq; bileus humor facili negotio cū ad ventriculum fluitat vomitu vacuatur: solo quippe aque tepidæ vel mulsæ haustu solet euacuari: ad irritandum ventriculum syrupus acetosus cum dictis aquis prodest. Porro ante cibum in febribus à bile ortis excitabis vomitum, quoniā cibo assumpto deorsum detruditur biliosus humor, linitaq; cibariorū qualitate bilis acrimonia maiori molimine vomitu propulfatur.*

**Q**uæ ventriculo subueniunt, in omni genere febrium conducunt: maxime tamen in febre pituitosa. Pituitosum quippe excrementum ventriculum remolliens appetentiā deiectat, & concoctio

nem impedit. Huic rei seruit vomitus, prodest purgatione facta absinthij comam aquæ melysophyli incotam portigere: mire facit syrupus de eupatorio, pastilli de eupatorio, pastilli de absinthio. Extra applicanda sunt quæ ventriculū roborent, cui rei seruiunt vnguenta quæ cap. de ventriculi imbecillitate vtilia esse diximus. Facit quippe vnguentum ex oleo nardino, & oleo de absinthio, cum puluere agalochi, cinnamomi, menthæ concinatum. Atq; quia in febre quartana ex lienis consensu, viq; diurni morbi ventriculus debilitatur, vtile est ei suppetias præstare. Idē facies in tertiana notata, eadem fere qua in febre quotidiana progrediendum est via: quoniam ob debilem cœcætricis vim, etiā si febris sit quartana vel diuturna tertiana multa excrementa pituitosa in ventriculo aceruantur.

**C**um multis modis possimus in febribus alterare, hic de infrigidatione qua fit ad extinguendum febrilem calorem est intelligendum: hæc fit copio aquæ frigida potu, vel decoctis infrigidantibus, epithematibus, & vnguentis, & balneo. Porro in febribus plurima ex parte euacuatione facta dictis medicamentis vtimur, timendo enim q̄ copiosus aquæ potus, vel vngueta, vel epithemata infrigidantia humores nō concoctos stipabunt, eosq; reddent euacuationi minus procliuēs ab eis abstinemus, quousq; aliqua facta euacuatione de humorū stipatione non sit timor, atq; cum euacuationē audis non intelligas, q̄ sine pharmaci purgantis exhibitione hæc medicamenta non sint tuta: in nulla quippe febre magis hæc medicamenta conueniunt, quam in febre ardente, in qua rarerer medicamentis purgantibus est vtendum, medicamentis vero quæ alterant semper. Etenim si medicus differt in febre ardente infrig

DE ARTE CVRATIVA. 399

te in frigidare, facile a grotus in febrem hecticam incidet, vt secundo de differentijs febrium Gal. dicit. Tuto igitur in febre ardente sine medicamento purgantis exhibitione potes applicare epithemata, vel vnguenta in frigidantia. Facta quippe ventæ sectione, qua vt plurimum in febre ardente vitimur, non est cur timeas hæc medicamenta applicare, quoniam humores ex quibus febris ardens producitur, plus exurenti qualitate quam glutinositate & lentore offendunt, & extincta scandescenti qualitate, magna vtilitas a grotati irrogatur: idè faciendum censeo in exquisita tertiana. Caterum epithemata & vnguenta quæ sunt applicanda citra adstrictionem debent refrigerare: quoniam medicamenta quæ adstringunt, præter hoc quòd non humectant, obturant meatus, quibus nocentis humoris semper aliqua fit exhalatio. Etenim si in febre hectica quam noxijs humores non producant, iubet Gal. decimo Methodi, vt medicamenta refrigerantia quæ adstringere non valeant applicentur: cur in febre humoralis quæ præter humectationem noxijs humorum vacationem exoptat adstringentia medicamenta non formidabimus, quare taxanda est vulgata medicorũ consuetudo, qui nisi medicamentis adstringentibus epithemata parare non curant. Solemne enim illis est aqua rosacea, santalis, & speciebus diamargaritonis pectus perfundere: putant enim quòd præter in frigidationem quam hoc epithema infert, quòd proprietate specierum cordialium corroboret. Supinus sane error, cum hæc medicamen potius exiccat quam humectat: nec creditu est dignum, quod pretiosorũ lapidũ vis sic cor penetrabit, vt illius adaugeat vires. Longe porro ab horũ opinione sentit Gal. qui quidem parte citata tradens normã qua hectici extra sint in frigidandi, laudat medicamenta quæ citra ad



strictionem in frigidet, & quantum possibile est tenuium sint partium, qua parte numerans medicamenta quibus hoc opus feliciter expletur, numerat in tybi & lactucae succum, & unguentum ex cera alba, & rosaceo paratum. Porro si in hectica ubi tantum labant vires, species quas cordiales vocant ad pectus perfundendum non applicat Gal. credendum est, quod in alijs febribus: in quibus vires non sunt tam imbecillae, quod ijs medicamentis roborationem intenderet, sed culpandus sum qui in ijs immoror cum Gale. has quas illi cordiales species vocant, nec intra applicare ad profligationem febrium dignum duxisset, cum exiccanti & adstringenti vi qua polent non possint non incommodare, & nimis anceps & dubia est quae corroborandi proprietates illis imputatur, sed iam rem aliquibus exemplis aperiamus, facit ad infrigidandum rosaceum unguentum, oleum rosaceum, mixta aqua de intubo, & sandalis, & aceto rosaceo: facit succus lactucae admixta aqua oxalidis, facit succus granatorum acidorum, & intubi mixta caphura: ijs porro epithematibus pectus & praecordia in febre ardente linies: mire enim medicamenta infrigidantia praecordia si admota iuuant, quando autore Galeno, secundo libro de morbis vulga. febres ardentes plurima ex parte ex humoribus in venis iecinoris & ventris contentis proficiuntur, sunt vero applicanda praecipue vigoris tempore autore Aetio ca. de febre ardente, non solum vero ijs quae exterius adhibentur in febribus est alterandum: intra etiam exhibendae sunt potiones quae febrili calori repugnent. Porro potus aquae frigidae insigniter in febre ardente iuuat, non tamen omnibus indiscriminatim praebenda: sed ijs quibus natuum calidum vegetum est nec inflammatione interna laborant. Porro quia de alteratione hic tractatur, considerandum est, quod in-

DE ARTE CVRATIVA. 401

ter ea quæ ad alterationem maximè conducunt est am-  
 biens aer, quod si considerans Gal. nono Methodi, illum  
 arte parari iussit, si calidus scilicet est aspergendū aqua  
 pavimentum dixit, ac germina ac flores quæ frigide fa-  
 cultatis sint, per aera projicere: hoc vero faciendum nõ  
 esse dicit musa quarto lib. de ratione victus sectione duo-  
 decima: rationem verò adducit, quia omnia odorata  
 sunt calida: sanè mirandum est de hoc viro qui sic ausus  
 est Galeno contradicere, qui nihil parte citata de aro-  
 matibus loquitur. Sed de arborum folijs vel floribus,  
 non tamen omnis flos bene olet, nec omnibus est asser-  
 tum omne odorum esse calidum. Flores quippe frigi-  
 dæ facultatis laudat Gal. Cæterum alterant in febre ar-  
 dente & tertiana syrapi vim infrigidandi habentes, hu-  
 jus caralogi sunt oxitachar, syrupus de endiua, syru-  
 pu: de oxalide, decoctum tamarindorum, aquam frigi-  
 dam in qua duo vel tria candida oui fuerint concussa,  
 tertio de morbis laudat Hippoc. facit oxicratum, in fe-  
 bre enim ardere, & tertiana exquisita, quia admodum  
 acris est humor, humoris scandicentia & acrimonia  
 magnopere est repugnandum. Cæterum ad infrigidan-  
 dum & urinam iuvandam, decoctum feminum pepo-  
nam, quidquid musa quarto libro de ratione victus di-  
 cat nõ est inuile, dicit nempe in febre ardente hoc de-  
 coctum non conuenire, quia non nihil habet caloris, si  
 ad tam remissum calorem attēdit, nec pituitam potest  
 præbere, quæ caloris nõ est expers, exhibet Gal. primo  
 ad Glau. in febre tertiana (quæ in eodem humore cum  
 febre ardente communicat) decoctum anethi prolectiã  
 di lozj causa, & ille decoctum quod non instrenue in-  
 frigidat timet. Cæterum si multa est scandicentia in  
 aqua frigida est mergendus æger, vel linteo decocto  
 infrigidante madefacto est irrorandus, Porro in febre

Cc

pituitosa habito ad humorem ex quo producitur respectu, quæ multum infrigidant non sunt tuta: quare nec epithemata multum infrigidantia nec potus gelidæ cōducit, idem in quartana intellige.

**A**D febres per circuitum repetentes antipatia iuuant plātaginis radices, chamædryes decoctū, verbascum ex vino, aliqui habent pro consuetudine verbenacam carpo adiuuere, qui dicunt feliciter succedere.

**M**ulta sunt symptomata quæ febrientes committuntur, inter quæ sunt inexcitabilis somnus, immoderata vigilia, appetentiæ deiectio, canina appetentia, de omnibus ijs proprijs capitibus egimus. Nūc de rigore & immoderata sitis est tractandum, aduersus rigorem tertianæ cōuenit totius corporis frictio: vt poris patefactis biliosus humor aspiret, illa etiā medicamenta quæ bilis acrimoniæ opponuntur, rigori tertianæ repugnāt, aduersus frigus quotidianæ oleum anethinum prodest: mira proprietate oleum cui incōsta fuerit aranea facit, ijs vero oleis spina ægrotātis est linienda. aduersus rigorem quartanæ prædicta olea faciūt, insigniter iuuat vnguentū marciaton, panni etiam aqua vitis madefacti & spinæ admoti iuuant: sorbitio verò aquæ vitis in initio paroxysmi præstantissime opitulatur: Aduersus sitim quæ præcipue febre ardēte correptos infestare solet, ea prosunt remedia quæ alterare diximus: mulcet sitim succus liquiritiæ, frustulum cucurbitæ ore detentum, panis albo ouorū perfusus & linguæ applicatus: ad hanc rem concinnantur pilulæ ex tragacantha contusa, & semine cucurbitæ, & mucagine psilij: ad idem faciunt catapota quæ libro de remedijs para-

*que in  
gore patē  
ad sitim*

DE ARTE CVRATIVA. 403

dijsparatu facilibus describit Gal. quæ sic concinat, seminis cucumeris domestici vnciæ octo: tragachantæ vnciæ quatuor, dissolue tragachantam recentium crudorum ꝑ quorū agnatis, ac tritam exactius dissolutamq; ad fundito cæteris, conformatoq; ex omnibus mistis capotia, quæ in umbra deficcantur, teneaturq; ex ipsis vnum sub lingua, solutusq; salua humor paulatim deglutatur.

**C**Vrant febres heclicas, medicamenta quæ alterant, cibaria quæ commodissime nutriunt.

**Q**Væ alterant intus & extra sunt adhibenda, intus adhibetur decoctum ex herbis vim infrigidandi & humectandi habentibus, facit decoctum ex hordeo, lupulis & ex cortice boraginis & intubi, facit syrupus de intubo, syrupus de cucurbita, syrupus de nymphaea, & de violis, id genus sunt multa, alterant etiam lac, decoctum ranarum, & cancrorum, sed de ijs sequenti tractabitur sectione. Cæterū extra sunt adhibenda quæ humectant & infrigidant, quam rem facit aquæ frigidæ solium: ante tamē quam corpus in frigida mergatur balneo calidæ aquæ, quo ad ferendā aquam frigidam membra disponantur, prius heclicus est laudandus: vt decimo Methodi Gal. dicit, nec inconveniens est, quod caput ægri calida irroretur: nam si mergi caput in aqua calida nō est noxium, quare perfusio quæ aqua sit calida si ad plura non extenditur, quammersio erit periculosa, quod autē caput sit in calida mergendum, dicit Gal. decimo Methodi, qui ijs verbis ait in ipsa solij aqua mediocriter moretur æger, id est in sindone sustentus nulla infusione aquæ cuiusmodi in alijs vti solemus adhibita, immo nec capiti eius infundi quiquam velim.

Cc ij

cum sit satis id quoq; bis terve vna cum toto corpore in aqua mergi: hæc Gal. quæ nõ extra pensum in medium adduximus nimirum vt reuincatur Euchlij opinio, qui tractans de viu balnei quod hecicis adhibetur, dicit nullatenus capiti esse aquã infundendã, potuit sane Galenũ parte citata voluisse, nullatenus hecicis caput aqua esse contingendum, sed vt caput libet et peripetum nihil aliud voluit, quam quod totũ esse totum hecici corpus in aqua mergi, obiq; vterq; infusione, & dicens non esse ascendum, qui quam infundi subit: nec capiti eius infundi quiquam velit: nec dicit si aliquid est membrum cui aliquid infundi solet est caput, sed neq; huic infundi quicquam est necessum: cum sit satis id cum toto corpore in aqua mergi, hæc annotasse libuit: vt Galeni autoritas omnibus fuisse per se licet, atq; quia cætera q̃ ad balneorum sunt vsum ibi à Galeno iunt tradita: ideo in eis explicandis non immoror, hoc tubnorare placet, quod tradidit tibi Gal. balneum hecicis potius incommodare quam prodesse, nisi ad frigidã solium asportentur, solum enim vt iam diximus, balneo est vtendum, ad præparanda membra ad frigidum solium, vnde claret à Galeni desciscere sententia, qui balneis calentis aquæ contenti ad frigidam non transeunt, balneq; enim solum adhibita: quatenus meatus patefaciunt naturæ subitantiæ adaugent fluorem, quare potius incommo- dant, quam iuuant, atq; licet ex medicamenti humectãtibus sit paratum balneum, neutiquam si frigidẽ solium nõ sequitur, vtilitatem præstabit, quoniam si calet aqua non potest humiditatem naturam fluidorem non reddere, quod si nimis emaciatus est æger, humiditas quam humectantes herbæ membris possunt mutare parum ad extirpandam siccitatem conducit, quoniam siccitas qua sunt confecti hecici ex humiditatis naturæ pendet inopia,

inopia, quam non referciunt ea quę vteunq; humectāt, sed quę deperditam humiditatem restaurant: hanc vērō neutiquam quę extra adhibentur sufficere possunt: quare non est cur quis arbitretur, quod vnguenta quę resumptiua vocant humiditatem deperditam refarciāt, vide igitur in quanto errore sit medicorum vulgus, quę balneum calidum non subsequente solio frigidaę aque admouent, sed dicet aliquis aquam frigidam ijs qui hec caventriculi intemperie laborant vituperat Gal. septimo methodi, eo scilicet quod læter corpori infirmo frigiditatem insinuat: ex qua ratione videtur, quod hec ticcis vtpotē corporibus iārmis sit deuegāda, sed vide quod est dispar ratio, quoniam frigiditas quę corpori febricenti insinuat, non sic nocet vt frigiditas quę corpori debili a febre immani mutuatur, calor febrilis potē nitobicem frigiditati, & frigiditate est profligandus, non sic sicca intemperies, quod si corpus hec ticcis nimis emaciatum est adhibebis solum balneum aquę ad vnguentem temperatę rebus humectantibus coctę: deinde vnguento frigido corpus linies.

**V**ictus humidus & infrigidans est hec ticcis porrigendus, facit pituita, olera frigida, caro pullo- rum & ranarum, conuenienter nutrit lac, cuius vilitatem & vrendi rationem septimo Methodi, tradidit Gale. inter verò omnia genera lactis humanum præstat: hoc sequitur Asininum, quod si de calfactio- ne quam potest inducere times butyrum extrahe, sed in asinino lacte butyrofa partis pars est pauxilla: su- perat enim pars serosa, quę Galeno autore quarto lib. de simp. medi. facult. frigida & humida est, neq; obstat quod tertio lib. de alimentorum facultatibus, dicit: oxigala ideo in nidorem non vertitur, quia non habet pin-

quem substantiam neq; calidam nec acrem quam lac  
fero habet, quia esto quod serū à dominio sit frigidum  
& humidum habet partem quādam calidam & acrem  
quæ ratione suæ acritudinis potest reddere lac nidoro:  
sum. Porro si serum quāuis frigidum ratione partium  
acrium quas possidet nidoris potest esse causa, bene  
quod intendebat probauit Gal. taceant igitur qui asse:  
runt illum sibi non constasse, & de manardo mirari su:  
bit, qui ijs Galeni dictis aggressus fuit lucem præbere,  
& nil quod satisfaceret dixit. Cæterum multi laudant  
cocleas ad nutriendos hecticos, quod non videtur ad  
mentem Galeni, qui tertio lib. de locis affectis dicit eas  
melancholicum sanguinem generare atq; tanquam es:  
barium exiccās eas dysentericis laudat Aerius, atq; esto  
quod humectarent quia calfaciunt in hectica non con:  
uenient, neq; in marasmo quæ est citra febrem multi fa:  
ciendæ sunt, quando difficulter concoquuntur, sed qui:  
dam tantū in eis fidunt quod eas destillant, sed in destil:  
latione non humiditatem sed siccitatem acquirunt: sed  
quibusdam tantum noua inuenta placuerunt, quod &  
sanguinem humanum destillare præceperūt. Cæterum  
est communis medicorum consuetudo caneros & testu:  
dinis carnem hecticis exhibere hanc nulli ex antiquo:  
rum autoribus laudatam vidi, illos ijs qui tabe confici:  
untur Dios. laudat. Porro videtur quod testudo & om:  
nia animantia quæ tam duram testam habent, quod pos:  
tius gignent sanguinem melancholicum quam hume:  
ctantem, quali affecti hectica egent, esto etiam quod hu:  
mectarent, quia difficile concoquuntur non essent ex:  
hibenda hecticis quibus ventriculus est admodum im:  
becillus, quoniam vt rectè à Galeno vndecimo Metho:  
traditum est, non ex ijs quæ deuorauerit quis, sed ex ijs  
quæ ventriculus & hepar bene concoxerit alimentum  
toxicor

DE ANTE CVRATIVA. 407

toti corpori suppeditatur, quod si quis cācros bene nō  
 coquit idem de illis intellige. Etenim non sat est, vt can-  
 cris vel ranis vtaris, vt conuenientem humiditatem suf-  
 ficiant, operam quippe perdes si hæc cibaria illi exhi-  
 beas qui probe non concoquit, atq; vt non renuo quod  
 aliquando id genus edulia tribuantur: ita in hac sum-  
 ptetia, quod electarium ex carne testudinis paratum,  
 cuius magnus est apud medicos vsus, nunquam porriga-  
 tur, quanuis enim testudinis caro coctu facilis esset &  
 humectaret nescio quomodo ijs speciebus quibus illam  
 parant, fere incoctilis nō est reddenda: adde quod non  
 potest in hoc electario communiter diatestudo vocato  
 aliquid genuinæ humiditatis testudinem non amisisse:  
 quis enim non præferet ad suppeditandum optimū ali-  
 mētum carnem animalis quod hodie mastratum est, illi  
 quod præterito mēse fuit occisum: sed vt alibi iam a me  
 est pro ditū ostentatione quadam multa id genus in hac  
 præclara arte sunt admissa, adeo vt marciapanos ex  
 carne caponis & phasianorum ad vires restaurandas  
 ægrotantibus ministrent, considerare an hæc carnes tan-  
 diu ibi referuat, & tot dies post cocturam frige factæ:  
 magis quam recens coctæ sint commodaturæ: mitto  
 quod amygdalis & pineis & alijs cibarijs difficilis co-  
 ctionis quibus parantur, non possunt maiori molimine  
 & negotio non concoqui, sed de ijs hæc sint satis. Sunt  
 verò multi qui multum confidunt in pullis carne rana-  
 rum mixta farinæ hordeaceæ nutritis: sed si à ranis pul-  
 los magnam vim posse mutuare putant ipsas ranas pos-  
 sunt exhibere, quæ suam vim facilius accomodabunt,  
 quod si pullos à cibarijs volunt vt conuenientem humi-  
 ditatem induant, facilius erit eos pane lacte asinæ im-  
 bibito nutrire, neq; erit à re cancos vel ranas lacte co-  
 quere: vt cap. de tabe Aetius insinuat. Cæterum est sub-



408 LIB. III. DE ARTE CURATIVA.

notandum, grauiter errare medicos, qui alimentum  
quanuis laudabile hecticis in magna quantitate exhi-  
bent, quoniam cum eis vires sint imbecilles, facile ma-  
gna copia cibi læduntur, quod considerans Hippocra-  
tes dixit quæ longo tempore extenuata sunt corpora len-  
te reficere oportet,

FINIS.

**INDEX** IN HOS QUATUOR LIBROS DE ARTE CURATIVA.

Delitera A.

<b>A</b> Cetum melancholicis aduersum, circa quod ex- plicatur Paulus.	fo. 62
Acetum destillatur, & cui vsui facit.	fo. 364
Acidus sapor an semper à causa frigida.	fo. 210
Aloes quo modo vniuersum corpus purgare dicta est Galeno.	207
Aloes non solum de obstruendo purgat, quidquid pu- teanus.	256
Anhelitus operatio dicitur voluntaria, nec Galenus si- bi contradicit, quidquid quidam dicent.	158
Angina quid & quotuplex.	128
Anginã producit melancholia contra Africanũ.	129
Angina captis ex brachio vel lingua mittitur sanguis, nisi tempore quo mens fluere solent inuadit: tunc enim ex malleolo optime funditur.	132
Anginæ in initio poteris purgare.	131
Anginæ potius hirũdo quam eius stercus prodest.	134
Anginæ linamentum purpura tinctum conuenit.	135
Anginæ	

TABVLA.

Anginæ in initio medicamenta multum frigida non conueniunt.	133
Apoplexia quid.	42
Apoplexia fit ex sanguine.	fo. cod.
Apoplexiæ magis fiunt à quadragesimo vsq; ad sexa- gesimum annum, quod in aliquibus quos ipsi noui accidisse verum esse reperio.	45
Apoplexia non fit iugularibus venis compressis.	43
Apoplexia fit cerebro compresso, non tamen eo quo- modo libet vulnerato.	44
Apopleticis aliquando affatim sanguis est mittendus.	45
Apopleticis quæ vena est secanda.	ibidem
Apopleticis aliquando pharmacum purgans est exli- bendum.	46
Appetitus communis non est in ventriculo quidquid musa.	222
Appetentia canina quid.	221
Appetentiã caninam an excitet calida intemperies.	224
Arthritis quid.	342
Articularis dolor producitur à nuda qualitate quid- quid Fuchsi.	343
Asthma quid.	156
Asthma differt ab orthopnea.	156
Asthmatis causas non recte expressit Auicenna.	157
Athletæ cur appetant.	221
Auri ex inflammatione dolenti nullum pharmacum est infundendum.	107
Aurium sybilus ob acrem audiendi potentiam non ta- men ob incolumen proficitur.	110
Auditus organum neruus non aer quidquid farneli.	113
Audiendi grauitas.	ibidem

De litera B.

Cc v

TABVLA.

<b>B</b> Alneum conuenit in melancholia.	63
Balnea sulfurea conuulsis & neruorū resolutio- ne correptis conueniunt.	74
Balnea sulfurea neruose molliunt in hoc sensu, quod eorum assiduo vsu, nerui sani debilitantur, emolli- re pro effœminare vel debilitare aliquādo accipitur vel dicuntur balnea sulfurea neruose molli- re, quod tollunt neruorum rigiditatem.	74
Balneum Arthritide occupatis an vtile.	359
Balneum quo modo sit adhibendum hæcicis.	404
Bulimus quid & quo differat ab appetētia canina.	221
De litera C.	
<b>C</b> Alculū in hepate genitū vidit Cælius. 197. & in vesica fellea calculos genitos vidit Vesalius.	
Calor hominis menti seruit.	3
Calor hominis cæterorum animantium calore est po- tentior.	ibidem.
Caput cur aperiebatur aspectu magistratum.	2
Capiti dolenti etiam si sit imbecillitas potest lac appli- cari: quidquid Auicenna.	9
Capite dolenti nunc vena humeraria nunc media est se- canda: si menses sunt suppressi inter initia vena mal- leoli scissa iuuat.	10
Capite ob plenitudinem dolente est vena secanda, & circa plenitudinem quando ingens est auertendi & maioris mali præcauendi causa.	ibid.
Capite ex humoribus admodum crassis dolente que ve- hementer calfaciunt sunt nocua.	11
Capite dolēte in febribus repulsoria medicamēta sunt tuta quidquid quidam dicent.	12
Capite dolente ex vaporibus deorsum delatis repulso- ria medicamenta prosunt.	ibid.
Carum non est subet.	33
	Catho

TABVL A.

Cathocus quid.	38
Cathocus potest esse cum delirio.	ibidem.
Cathocus non idem Galeno & Actio.	39
Catarrhus quid.	76
Catarrhi nomine pro defluxione ad peculiare mem= brum non fuit vñs Gal. vt Paulus.	77
Catarrhus non est omnis defluxio à cerebro quidquid musa.	78
Catarrhum intemperies calida producit contra bra= chelium.	ibidem.
Catarrho captis an frigida perfusio proffit.	81
Catarrho cuius causa est humor admodum calidus pi= lulae de cynoglossa iuuant.	83
Cerebrum dolet secundum Galenum cōtrarium tenet Arito. & Auicenna & omnes eius affecta.	5
Cerebrum mentis sedem esse libris de decretis vult Ga= le. probare, contrarium ex multis homeri carmini= bus elicitur.	8
Cerebrum non est sursum locatum propter oculos.	2
Cholera quid.	196
Cholera captis an mulla conueniat.	197
Cholera captis an tepida aqua sit porrigenda.	198
Cicorei natura qua.	239
Coli dolor quid.	262
Coli dolor an vehementior eo qui est in tenuibus intre= stinis	264.
Colicis nonnunquam est pharmacum purgans exhi= bendum.	268
Coliquatio quid.	272
Cœliaca affectio quid.	271
Conuulsio quotuplex.	69
Conuulsione captis parce est sanguis detrahendus.	71
Conuulsione correptis calidiora quam paralyfi deten= t	

TABVLA.

Conueniunt medicamenta.	72
Convulsione alicuius febris inducta prodest.	74
Cocculi arcaea qualitate ventriculū non roborat.	209
Cor molle habent qui sunt ingenio peripicaces.	4
Cor quodam modo est naturalis facultatis sedes.	184
Cordis palpitatio quid.	ibidem
Cordis laborant quæ vena secanda.	186
Coxæ dicitur dolore laborantibus quæ vena secanda.	347
Coxæ dicitur dolore correptis an venæ retro aures sint aperiendæ.	352

De litera D.

<b>D</b> entes sentit.	124
Dentes cur in infantia non nascantur.	125
Dentes quæ dealbant.	127
Diaris febris quid.	365
Diaris multarum dierum non est eadem Aetio quæ Galeno.	ibidem.
Diaris febris medella.	377
Diarchoea quid.	271
Diarchoea captis adhibetur pharmacum purgās.	275
Diarchoea praesentis clysteres frigidi conueniunt.	281
Diuria quid.	291
Dolor producitur a siccitate.	5
Dysenteria quid & quotaplex.	273
Dysenterie conuenit sanguinis missio.	284
Dysenterie conueniant medicamenta purgantia.	285
Dysenterie ratione mulcendi dolorem conuenit hirci nam seuum non quod vere vlceri opponatur.	289

De litera E.

<b>E</b> ffaciantes homines an sint.	357
Eleborum nigrum esse securius medicamentum scammonio sensit Aetius & Paulus, aliud vo- luit Alexander.	153
Electa	

## TABVLA.

Electarium de cirro difficulter coquitur.	209
Electaria multa sine ordine à Meius & à nicolao sunt parata.	208
Elephantia quid.	353
Elephantia non est cancer totius corporis.	ibid.
Elephantia incipiens dicitur taryriase.	355
Elephantia cui regioni & ætati est familiarior.	359
Elephantia medella.	361
Electarium diatesiudo non conuenit heclicis.	407
Empyema quod & quorū medis autoribus accipitur.	175
Epilepsia quid & eius differentie quot.	48
Epilepsia potest dici morbus sacer.	ibidem
Epilepsia non solum homines & coturnices vt Pli. dixit sed etiam alia animalia inuadit.	ibidem
Epilepsia frequenter viros quā feminas inuadit.	51
Epileptici capiti quā parte est ad mouendū canteriū.	54
Epilepsiam mouet apium quidquid serenus.	55
Epiola febris quid.	370
Epithemata adstringentia nocent in febribus quare errant qui id genus epithemata applicant.	400. Ibi videbis aliqua epithemata per me cōcinata quæ etiā habent aliqua medicamenta quæ adstringunt miscebis hac in pauca quantitate alijs medicamentis quæ ibi ponuntur quæ non tantum adstringunt.
Epithemata infrigidantia ante vacuationem aliquādo applicantur.	398

### De litera F.

<b>F</b> Auces aliud apud Gal. quā apud Pli. significāt.	130
Febris quid.	365
Febris triplex genus.	ibidem
Febris acuta est assidua.	367
Febrem omnem esse ābile, quomodo intelligitur.	367
Febris assidua bene potest esse cum rigore.	366

TABVLA.

Febris ardēs imparibus diebus validior, quid quid Fuch sus & Herculanus.	371
Febristertiana.	371
Febris quotidiana.	372
Febris quartana hibernis mēfibus uadit qd qd Pli.	373
Febris pestilēshēctica in q̄vrina reddiī sculpata.	375
Febris hēctica an sit cum putredine.	377
Febris humoralis medella.	379
Febris omnis sanguinis detractionem exoptat.	379
Febris in peracutis syruipi non sunt porrigendi.	386
Febre tertiana captis adhibetur pharmacum purgato- rium.	388
Febres antiphatia pellentia.	402
Februm symptomatibus medentia.	ibidem
Febris hēctica medella.	403
Febris pestilentig iudore propulsatur.	395
Febre quartana correptis aliquādo tempore paroxi- smi exhibemus pharmacum iubductorium.	391
Febris in multis ante coctionem humorū exhibemus pharmacum.	384
Figuram erectam homini esse impartitā vt posset cœ- lum contemplari quo modo intelligitur.	3
Fœmina ante fari incipit quam vir.	114
Fomentum non solum ad tentandum sed etiam ad cu- randum adinuetur pleuriticis.	144
Flores & germina frigidæ qualitatis per aera cubiculi febricitantis projicere iuuat, quid quid musa.	421

De litera G.

**G**alenus lib. medica. loca. potius compilerator quā  
autor, qui non omnia quæ prædictis libris con-  
tinentur examinavit. fo. 239. & .241

Grauedo quid.

76

De litera H.

Hēctica

TABVLA.

<b>H</b> Ectica febris medella.	403
Hectici capiti an possit aqua infundi.	404
Hectica febre correpto an solium frigidum no ceat.	405
Hæmorrhoidis quid.	318
Hæmorrhoides antiquæ non omnes sunt compescendæ quidquid Aetius.	319
Hepar corde prius gignitur.	184
Hepar hircinum secundum Paulum visum roborat se- cundum Hippocratem hepar bubulum.	98
Hepati an accidat oedema pituitosum.	242
Hydrops quid & quot eius species.	249
Hydrops non prouenit nisi affecto hepate.	ibidem
Hydrops an ex intemperie calida hepatis possit profici- cisci.	250
Hydropum quæ periculosior.	ibid.
Hydropi non minus fœminæ quam viri sunt obnoxii quidquid Fuchsi.	251
Hydropi cur pueri obnoxij.	252
Humor tenuis nō expectata coctione pōt euacuari.	385

De litera L.

<b>I</b> cterus quid & quotuplex.	244
Icterus qui ante septimum in febribus est malus non necessario ab inflammatione proficiscitur.	245
Iecinoris obstructio & dolor.	235
Iecinoris inflammatio.	242
Ileon quid.	262
Ileon non est membri, sed morbi nomen.	264
Ichuria quid.	291

De litera L.

<b>L</b> acte non omnes febre humoralis laborantes sunt interdicendi.	182
Lethargus duplex.	33



TABVLA.

Lethargus eundem locum quem phrenitis occupat.	33
Lethargus à caro differt quidquid Alexan.	ibidem
Lethargo captis sanguinem per scarificationem extrahivile contra Mathæum.	35
Lienteria quid.	272
Lienis dolor.	258
Lienem tenuiori sanguine quàm hepar nutriri quomodo Gal. intellexerit.	259
Lippitudo quid.	84
Lippitudo tantum pro inflammatione calida aliquibus visum.	55
Lobi hepatis sunt velut figiti.	234
De litera M.	
<b>M</b> edicamenta purgantia abdita qualitate trahunt quidquid dicit Puteanus.	256
Melancholia naturalis non excitat appetentiam equinam.	223
Melancholia moribus quid.	57
Melancholia flatulenta detentis quæ fortiter purgant nocent.	63
Melancholia hypocondriaca affectis potius nocent quam presunt medicamenta cordialia stiptica.	65
Menstruus sanguis quâtitate solum noxius nec Gal. sibi adversatur.	328
Mensum in suppressione vena cubiti & vena malleoli secatur.	329
Mensis absolute pro ratione solis ut Gal. dicit. s. epid. cõputatur, habita tamen consideratione ad tẽpus utri gestationis pro ratione lune subducitur, ut lib. de septime tri partu dicit Gal. qua parte non assentit q. Hip. h. epid. definerit mensẽ triginta diebus constare, sed quod id qua fierit.	336. & 341
Mensis aliquando autoribus sumitur pro spatio quod est ab	

TABVLA.

est ab vno coitu luminarium vsq; ad alium quod licet non semper sit æquale, viginti nouem diebus & dimidio complecti dicit Gal. 34r

Mentha an cohibeat sanguinem. 12r

Moschos deuorata parum aut nihil prodest. 19r

Mel antosinū cōcoquit humores in neruis contētos. 7z

Mel cui flos roris marini est inspersus & coctus antosinum vel antosiatum quidam vocant. Nos vero nō dubitamus antos plura quam florem roris marini complecti. ibidem

Moschus est sanies ex cuiusdā animalis vomica sic Ruellius & alij viri celebres, scio vero alios carnem cuiusdam animalis moschum esse dixisse. 19z

De litera N.

**N** Arcotica oculo applicita nocent. 89

Neruorum resolutio quid. 67

Neruorum in resolutione pars sana trahit egrā contra Auicennam. 68

Numeris dedit perfectionem picus. 33r

De litera O.

**O** Dorata medicamenta non omnia roborant vires. 19r

↳ Olfactus organum in extremitatibus anteriorum cerebri sinuum quo narium meatus pertinet suam sedē habere dicit Gal. 122. Vesalius porro non ex extremitatibus anteriorum ventriculorum processus qui sunt olfactus organum dicit pendere, sed e regione medij ipsorum ventriculorū lōgitudinis.

Oleum superinducit oculis ægris Alexander. 9r

De litera P.

**P** Aplegia quid Galeno. 68

Partus naturalis causa. 334

Peripneumonia quid. 16r

Dd

TABVLA.

Peripneumoniæ secundum varios autores causa.	167
Peripneumonicis sputum minus spumofum quam pleuriticis.	162
Peripneumonicis vena axillaris sinistra est secãda, quæ pulmonẽ respicit licet quidam nil ex pulmone hæc tusa vena dixerint.	165
Pericranio dolente gargarismi parum iuuant.	15
Pharmacis lenibus acceptis non illico est porrigendus cibus.	151
Pharmaca quæ non dicuntur esse miscenda.	154
Pharmacis fortibus acceptis vitra horam est cibus differendus quidquid dicat musa.	151
Philoteus notatur.	246
Phrenitis quid.	23
Phrenitis quõ intelligatur esse ex septo transuerso.	25
Phrenitidis duæ differentiæ.	26
Phreniticis nõ solũ in principio est mittendus sanguis.	28
Phreniticis medicamenta quæ repellunt tepida secundum Aetium & Paulum sunt applicanda.	29
Pleuritis quid.	139
Pleuriticis nõ semper affatim sanguis est mittendus.	146
Pleuriticis parce sanguinem mittebat Aetius.	147
Pleuritide miti laborantibus sanguinẽ non extrahebat Gale.	149
Podagra quid.	342
Pueri quo modo vitalem facultatem validiorem inueniunt habent.	183
Pulmo non est sensus expers.	163

De litera Q.

Q	Variana febris ex assata bile quo modo dicitur producit.	374
	Quartana febris accidit hibernis mēsisibus.	373

De litera R.

Raucedo

TABVL A.

<b>R</b> Aucedo faucibus aduenit.	76.&.137
Rhabarbarum torrefactū ad purgandum diar-	
rhoea vel dysenteria captis parū cōducit.	275
Rheumatismus quid.	78
Renum calculi causa.	297
Renum calculi qua parte gignantur.	ibidem
Renum calculo captis forte medicamentū autores ex-	
hibuerunt.	300
Renum calculo captis an medicamenta calida conue-	
niant, explicatur Galenus.	303
De litera S.	
<b>S</b> Anguine ē naribus fluente quæ ven a secanda.	118
Sanguinis in profluuiō quando medicamenta ad-	
stringentia sunt capiti applicanda.	120
Sanguinis reiectionis causa.	167
Sanguinis in reiectione non semper medicamenta fri-	
gida & medicamenta adstringētia conueniunt.	172
Scientia non est reminiscētia.	59
Scribonius largus notatur.	171
Seminis peponis decoctum in febre ardente iuuat, quid	
quid musa.	412
Senes cur e minus melius videant.	96
Serum est frigidi temperamenti.	406
Sermo vnus non est prior altero.	114
Septimestris partus vitalis.	337
Sordes aurium dulcis est mortifera.	116
Siccitas inducit dolorem.	5
Sudorem quæ mouent in febris.	395
Suffusio inueterata sola manu curatur.	102
Suffusio ex spiritus visorij frigiditate non proficiscit.	100
Surditas quid.	113
Sybilus aurium ob acrem audiendi potentiam non ta-	
men ob in:olumem proficiscitur.	110

TABVLA.

Syncope quid. 195

De litera T.

<b>T</b> Abes quid.	175
Tabi opportuniiores mulieres quam viri.	179
Tabes ex mensū suppressiōe difficile curat.	180
Tabidos forti medicamento purgabat Auicenna. ibid.	
Tabidos decocto ex unā & vnguento de argento vino curant quidam.	183
Testudinis caro an conueniat heccticis.	407
Tertiana febris quid.	388
Theriaca recens quæ Galeno dicatur, vbi ostenditur Aetium in multis à Galeni sententia declinasse.	174
Tenesmus quid.	273
Tussis quid.	130

De litera V.

<b>V</b> ariola an sit exanthema dicenda.	361
Variola non fit ratione menstrui sanguinis.	359
Variola erumpente aliqñ mittitur sanguis.	352
Variolæ frequentius nunc erumpuntur quam antiquo tempore.	300
✚ Venam paris expertem sub corde emergere forsitan credidit Hippo. eb quod vt Gal. dicit non laudauit ille venæ sectionem in pleuritide descendente.	150.
Hæc vt à Galeni sententia non deuiaremus sunt dicta. Verum etiam si vena sine cōiuge sub corde emergeret: venæ sectio non erat in pleuritide descendente deneganda. Si enim iuuat in inflammatione iecioris venæ sectio, cur in pleuritide quæ esset sub septo transuerso non iuuaret.	
Ventriculi imbecillitas quæ dicitur.	201
Ventriculi imbecillitate laborantibus à cibo aliquid quod roboret potest exhiberi.	204
Ventriculum imbecillum an iquet emplastrū retro. ad motum	

## TABVLA.

admotum.	205
Ventriculus Gallinæ abdita qualitate ventriculorum non roborat.	209
Ventriculi inflammatio.	211
Vermium differentia.	310
Vermes in renibus geniti.	212
Vermes ex melancholia generantur.	313
Vermes in ventriculo generantur.	312
Vesica urinam non trahit.	293
Vesicæ lapis an possit iuxta Galeni sententiam medicamentis ebibitis curari.	306
Viola non est pectoralis.	143
Viola non est cordi amica.	196
Viperæ quæ theriacam ingreditur an sit cauda ampudenta & caput.	363
Vomitorium pharmacum tempore paroxysmi exhibendum.	392
Voluulus quid.	263
Vteri strangulatus causa.	324
Vtero inflammato quæ vena secanda.	332
Vteri strangulatus quo differat ab epilepsia circa quod notatur Celsus & musa.	324
Vene sectione securius adhiberi quàm scarificationem in morbis ab humoribus frigidis obortis de suffusione dixit Matthæus.	35

Errata quæ libellum vitiant, autorem arguunt, typographi incuriam notant, quæ me subinde monent ut deinceps nil nisi cum excusatione interesse possim excudam, legem iam optime lector, plura forsitan inuenies quia transierunt libellum excusum percurri, tu ad mouebis censuram, Vale.

Pag. 17. li. 3. proficuū, li. 17. obstinate. li. 21. atq; etiam  
D d iij

## ERRATA.

caput roborandū. li. 27. mixta. Pag. 20. li. 23. neuve des  
 uolutioni. Pag. 22. li. 9. dictis, li. 24. inusta parte. Pag.  
 23. li. 6. meninge in Enchiridio, li. 15. mortuus. Pa. 26,  
 li. 24. hos. li. 31. labat. Pa. 29. li. 28. ab Alexā. & Aetio.  
 Pa. 30. li. 17. mixa, li. 26. apozema. Pa. 31. li. 13. nisi exa  
 cerbatiōis declinatiōe, li. 29. huic. Pa. 33. li. 1. 13. Pa. 32.  
 li. 1. huic, li. 2. expultricē, li. 17. sed animā obscure tunc  
 imaginari, li. 24. intentus. Pa. 35. li. 20. principibus. Pa.  
 37. li. 9. letargicus, li. 10. smemate. Pa. 40. li. 15. speciē.  
 Pa. 41. li. 19. iubet, li. 28. sinus, lin. 29. si ante. Pa. 43. li. 1.  
 frequētius. Pa. 45. li. 12. hi celebres, li. 17. occlusiones,  
 Pa. 46. li. 7. baccis. pa. 47. li. 13. linimēto. pa. 48. li. 24.  
 futilior. Pa. 50. li. 17. post hos. Pa. 54. li. 6. inurere, lin.  
 26. seuo, li. 29. fiat a pituita, li. 31. meninx. Pa. 55. lin. 12.  
 inustio, li. 31. cynna, li. 32. musto. Pa. 56. li. 9. pellis. Pa.  
 58. li. 1. idiomata. pa. 59. li. 12. hipototomus. li. 13. adūci  
 tate. Pa. 65. li. 17. balneum humectās. Pa. 66. li. 18. egri  
 tudines alias affectus, li. 27. affectus actionē vitians. Pa.  
 67. symphoma. Pa. 69. li. 6. nullo. Pa. 72. li. 12. arthre  
 ticæ. Pa. 76. li. 28. imbuentis. Pa. 77. li. 20. elicitor. Pa.  
 78. li. 4. nomine, li. 24. ascititius. Pa. 80. li. 21. lippitudi  
 ne sæpe hippitudine pro lippitudine posuit typogra  
 phus. Pa. 88. li. 28. mixtum. Pa. 82. li. 13. lentium. li. 15.  
 qui frigidus & adstringens est licet ad pulmonem. Pa.  
 83. li. cynoglossa, lin. 15. nimis calidus vel deme minus,  
 li. velitari. Pa. 84. li. 6. iuuat. Pa. 89. li. 4. aqua rosacea,  
 in eadem pag. bis ponitur esse cauendū ab opio. Pa. 91  
 li. 5. Paulus alias Alexander. li. 21. tota. Pa. 95. li. 19. ab  
 sunt. Pa. 97. li. 4. offundunt, li. 14. excrementicios. Pa.  
 98. li. 22. deme ceterum et lege quod si arcana. Pa. 102.  
 li. 1. sagapeno. li. 5. ad sacram. Pag. 103. li. 5. pompholi  
 ge. li. 10. sugillationem, li. 13. cortex, li. 30. angulorū.  
 Pa. 105. li. 13. aliter alias generaliter, li. 21. aqs. pa. 108.

## ER R A T A.

*li. 26. taurinum. li. 27. amaris. Pa. 109. li. 22. quidã. Pa. 110. li. 5. sybilis. li. 17. generari, lin. 30. perfectius. Pag. 114. li. 18. affeueravi. Pa. 115. li. 25. & vino, li. 31. smematib. Pa. 119. li. 16. tenuis. pa. 120. li. 29. linamentũ. pa. 122. li. 3. sinuum, li. 8. protuberãt, li. 22. insit, li. 25. perficitur. Pa. 113. li. 11. elicitur. Pa. 134. li. 16. chelidonibus. Pag. 130. li. 19. tam presse Galenus ac Plinius. Pa. 137. li. 28. educi. Pa. 143. li. 18. à tempore inflãmationis in principio. Pa. 144. li. 1. pituitã, li. 8. iuiubis, li. 27. camemelã. Pa. 148. li. 17. officiet. li. 9. leua. Pa. 152. li. 5. acutus, lin. 15. & vt hec. Pa. 153. li. 28. at dematur. Pa. 156. li. 17. qui difficilime. Pa. 164. li. 22. dicet. li. 32. iuffultus. Pa. 166. li. 9. inspersã. Pa. 169. li. 8. tũdi. Pa. 184. li. 26. facultatis. Pa. 185. li. 15. producunt. Pa. 189. li. 17. terrea. Pa. 192. li. 20. quod ex siccitate, li. 22. gemmis. pa. 194. li. 9. arri-deret. Pa. 207. li. 14. tantam. Pa. 216. li. 22. superfluitãt. Pa. 208. li. 24. afsidue, li. 32. ab arabibus, li. 17. demevr. Pa. 122. li. 20. vndequaq. Pa. 125. li. 12. captis. Pa. 129. li. 11. te gesseris. Pa. 232. li. 10. vt vero hanc. Pa. 237. li. 15. audi. Pa. 239. li. 30. a deo vt. Pa. 240. li. 27. dieta. Pa. 245. li. 9. ad splen à iecore. Pa. 265. li. 24. flatuofos. Pa. 243. li. 7. fatearis. Pa. 235. li. 19. suos abundat. Pa. 264. li. 25. tantum non cruciarẽt. Pa. 270. li. 27. frigido. Pa. 277. li. 1. scioli. Pa. 280. li. 6. sed hæc. Pa. 282. li. 18. rotãtã nouellã. Pa. 288. li. 24. obsonio. Pa. 293. li. 6. vt in Enchiridio. Pa. 303. li. 27. nõ itẽ. Pa. 305. li. 7. esse exiit benda. Pa. 310. li. 5. quia altius. Pa. 311. li. 17. in quo air. Pag. 312. li. 20. serpentes in tibns hominum. Pa. 313. li. 15. externum. pa. 319. li. 33. rectã dieta. Pa. 327. li. 11. la- nugine gospina. pa. 329. li. 15. naturam. Pa. 332. li. 28. muliebribus. Pa. 335. li. 18. esse pfectius. li. 7. nono ani- malium, lin. 31. debet. Pa. 338. li. 16. infestationem. Pa. 353. li. vltima, sauior, Pa. 355. li. 7. Satyriãlis, quia satyr*



## ERRATA.

riſſimiles ſunt vultu. Pa. 358. li. 15. elephantiaſi. Pa. 367.  
li. 25. quoniã vbi. Pa. 365. li. 24. nominis etymologia.  
li. 31. præditis. Pa. 366. li. 16. complectatur. Pa. 368. lin.  
31. textu. Pa. 369. li. 12. manſerit. Pa. 371. li. 22. textum.  
Pa. 376. li. 15. inducricem. li. 21. febreſi. li. 23. afferat.  
Pa. 381. li. 5. præcipui. pa. 385. li. 22. lege priori auxilio.  
Pa. 393. li. 23. ad proleſtandum ſudorem in febre peti  
lenti. li. 29. ſcabioſa. Capite de curatione februm hu  
moralium ſectiones quas diſtincte poſuimus non recte  
diſtinxit typographus, tu verò pro varietate remedio  
rum eas diſpunges.

## ¶ S T E L L A E

Ex officina Adriani Anuerz,  
pridie Calend. Auguſti.  
M. D. LV.



